


DON LEONARDI  
**GUTIERREZ**  
DE LA HUERTA  
HISPAÑI.

Alcantarensis Ordinis Equitis, U. J. D; ac Jurisconsulti  
Villacarridensis,  
MAGNÆ CURIÆ ADMIRATIÆ JUDICIS.

TRACTATUS  
DE  
**THESAURIS**

Si verò utilis, doctus, eruditus, Jurisque professoribus, huma-  
narumque litterarum cultoribus gratus, non Author,  
sed ipse tantum respondeat.

Cum duplīci Indice Capitum uno, rerum notabilium altero.



NEAPOLI MDCCV.

Ex Typographia Leonardi . Josephi Sellitto .

SUPERIORUM LICENTIA.

Digitized by Google

Digitized by Google



EXCELLENTISSIMO DOMINO

# D. JO: EMMANUELI FERNANDEZ, PACHECO,

Giron, Acuña, & Portocarrero Marchioni Villena, & Moyæ,  
Duci Escalonæ, Comiti S. Stephani de Gormaz, &c. à Con-

silijs Status Suæ Catholicæ Majestatis, Velleris Aurei

Forque insignito, Néapolis iustissimo, ac integrissimo, optatoque Proregi.

**E**mulo dumtaxat Numini (Excellentissime Domine) in rerum Uniuersi Regimine, præmio sci, licet & suppicio, Democritum locum fecisse narrat Veronensis.<sup>(1)</sup> Cum nil magis justitiae consonum, quām supplicium nocenti, præmium benemerenti clargiri. Omne, quod humana sollicitudo perquirit collimat in mercedem, hæc unica laborantibus nobis meta proponitur, ad hanc percædes, & funera gradimur; cum habeat quandam cum præmio affinitatem labor. <sup>(2)</sup>

Hinc Reipublicæ felicitatis fundamina fluunt, & in singulorum laboribus acquiescunt. Hinc quidam agriculturæ operam nauant; al-

<sup>(1)</sup>  
Plinius lib.  
2. histor. c.  
7.

<sup>(2)</sup>  
Divus Gregorius lib.  
3. epist. 11.  
Paulus Diaconus lib. 3.  
cap. 23.

teri Martis pericula petunt; reliqui spuman-  
tes Neptuni campos peragrant, Mineruæ Ly-  
cœo continuò desidat sapiens: & quò tot ten-  
dunt labores? ad præmium! Coloni haud gle-  
bam aratro funderent; nisi eis messem locuple-  
tēm polliceretur æstas. Sterile scerent vites, &  
nullo amputatæ ferro frondescerent; nisi uber-  
rimam sponderet vindemiam autumnus. (3)

(3)  
Manilius  
lib. 1. Astro-  
nomicon.

Ser pereret apud mortales consuetudo Scytha-  
rum peragrandi sylvas; nisi ad moliendas ædes  
pecuniæ merces sollicitaret fabros. (4) Virtus

(4)  
Olaus Ma-  
gnus in hi-  
stor. Septe-  
trion.

ipsa, quam malè sui ipsius præmium poeta com-  
mendat, prorsùs contempta reperet; ni præmi  
cupido ad illius amplexum urgeret. (5) Uni-  
geniti Dei filius, quem ad nos erudiendos ca-  
ligantis ignorantia nocte suffusso, miseratio  
traxit in terram, nostræque exuuiis mortalita-  
tis vestiuit, pluries mercedem laborantibus re-  
pendendam iussit. (6) Non solum homines;

(6)  
S. Lucas c.  
10. S. Pau-  
lus ad Co-  
rinth. c. 3.

verum & Bruta quoque præstolantur præ-  
mium; tantaque est vis distributiæ justitiæ, ut  
nè eis tardius detur laboris præmium, quod sen-  
tire haud poterant abnegatum.

Sed Te regente (justissime Princeps) sa-  
pientiam Thronis exaltatam conspicimus, &  
præmium sapientes sestat. Unde non inui-  
deat

deat jam calamus decantatum à Philomelis  
Parnasi faustum cornu Amaltheæ, quo Capra  
terram fodiens aperuit *Theſaurum*, quo Pa-  
ſtor Irus Methamorphoſeοn inopinata eſt  
Cressus diues effectus. Hinc Amaltheæ cornu  
pro fortuna, & copia ſolemne inter Rhetores,  
& Vates. At ecce fons ferè torua, nunc uberè  
mihi ferena; dum fodiens juris arua in te *The-  
ſaurum* inueni, quo mihi fortuna aurea, non  
amplius aduersa.

An *Theſaurum* non dicam Te, in quo ſcien-  
tia, que in Alcinoo Ulli, in Chyrona Achilli,  
in Aristotele Alexandro, in Thelemacho Me-  
nelao, in Xenophonte Cyro dictantibus jura,  
Legesque populi meditatis affedit, Throni-  
que Majestatem conſtituit? An *Theſaurum*  
non ſuſpicer Mineruam, que ut ad felicis regi-  
miniſ portum appellat, mercenaria Nau non  
eget? An *Theſaurum* non censeam Palladem,  
que vapores è ſeculento Reipublice ſolo pro-  
genitos abſumit; priuſquam in nubem coeant,  
& nubes fulmina jaciant, que ſint Reipublicæ  
incendiū; poſt quod ſuſpирent en *Campos ubi  
Troja fuit?* Cur Te *Theſaurum* non predi-  
cem, dum strenuus Atlas animo Herculeo, nè  
labatur ſuſtines Regni Olympum? Te, qui

Scipionis instar inter bellorum meditamenta,  
Palladem contubernalem vocas; instar Cyri  
habitas sapientiae domum; & percurris Mar-  
tiales campos instar Alexandri? Cui denique  
Thefaurū non clamitem principem caput  
Jouis tota Pallade gravidum; omnigena eru-  
ditione refertum?

Hunc Thesaurū ut inteniret Crates suas ma-

<sup>(7)</sup> Diogenes Laertius de vitis Philo- soph. in vit. Crates. lib. 6.

ri projecit opes<sup>(7)</sup>. Democritus sibi oculos eruit;<sup>(8)</sup> Linguam sibi præcidit Zeno,<sup>(9)</sup> Ma- num combusit Scæuola; & Diogenes con-

<sup>(8)</sup> Diogenes Laert. ubi sup. in vita Zenon lib. 9.

tempfit omnia. Sed Tu (Excellentissime To- parcha) minori pretio cum comparasti, dum unico omnium concentu scientiarum Orna-

<sup>(9)</sup> Idem Diogenes lib. 9. in vita De- mocriti.

mentum appellaris.<sup>(10)</sup> Operā tua scientia Re- gnorum omnium fulcimen euchitur, cum sa-

<sup>(10)</sup> Idem Laer- tius lib. 6. de vit. Philo- soph. in Diogen.

pientię si non defuncta saltim expirantis Mau- solaea, & Cupressus ad Phæacum amēnitatis vertas. Fervet per Te literariū opus. Mineruæ funera suis è sepulchris ad vitam eduxisti. Præ- luxerunt litteræ rediuiue, quum tibi humanissi- mo Principi in venerationem surrexerunt. Nil in moderantibus Dynastis, magis quam sa-

<sup>(11)</sup> Imperator Justinianus in proem. Instit. civil.

pientiae decus optatur,<sup>(11)</sup> quia Regna diu si- sterè nequeunt, labente fundamine scientiæ, quia parua sunt foris arma, si non est consi- lium

*hunc domi.* (11) Ideo Agamemnon Mycenarū (12)  
Rex ad expugnandam Trojām , haud decem  
Ajaces strenuos poposcit; sed tot Nestores pru-  
dentissimos postulauit . (13) Non milites, nec ar-  
ma; sed sapientes Urbes Regnaq; tuētūr. (14) Ast  
cum te habeamus, qui e què litteris, & armis præ-  
cellas , dum Martis , & Minerve insignibus  
fulges , litteræ simul cùm armis e qua lance flo-  
rebunt: *quia es in utroque Cæsar.*

Felix ergo dies, qua Celo Parthenopæo ob-  
tenebrato præluxisti ; que magna signabitur  
Ara , queq; sit longè sacratior illa Herculis cel-  
fa , quam prout tranquilli Imperii omen Prisci  
summa religione coluere. (15) Tu Iris paciferus  
nobis Olivę ramum attulisti. (16) Et post fæcula  
ferrea; aurea nobis reuiuiscit ætas; cum nequeat  
esse fortuna torva scientificis, quum sapiens, re-  
Et usque dominatur princeps.

Majorum gloriæ tuarum virtutum addi-  
tamenta cumulas ; tam litteris sapiens , quām  
bello strenuus, & arte regendi prudens . Se-  
das populos lenitate regiūinis , mancipes cun-  
ctorum corda humanitate , benignitateque  
morum. Populo Annonam abundè præstas, ac  
offers, solerter in eam augendam curam  
impendens , ut Vespesianum imiteris . (17)

Cicerō lib.  
1. de offic.  
Victoria to-  
2. theatr.  
Deor. Gen-  
tilit lib. 1.  
cap. 1.  
(13) Homerus  
lib. 2. Illiad.  
(14)  
Victoria to.  
2. Theatr.  
Deor. Gen-  
tilitat. lib. 1.  
c. i. D. Ify-  
dorus lib. 1.  
etymolog.

(15) P. Victoria  
Theatr.  
Deor. Gen-  
tilirat.  
(16) Plinius in  
Panigyr.  
ad Traian.

(17) Cornelius  
Tacitus lib.  
3. histor.

*Vix Imperio adepto, Vespasiano præcipua  
annoq; cura fuit. Nauarræ Cathalonię, utrius-  
que Siciliæ Proregis munere tanta fuisti inte-  
gritate perfunctus, ut de Magistratu nil præter  
gloriā, subditorumq; incrementum appeteres;  
nouus profectò Epaminonda, qui de Republi-*

<sup>(18)</sup>  
Cornelius  
nepos de  
vit. excolēt.  
Imper. in  
Epaminon-  
da.

<sup>(19)</sup>  
Plinius in  
Panegyr. ad  
Trajan.

*ca (18) nihil præter gloriam cœpit, fide ad  
alias subleuando sèpè usus est. Ideo sine ut  
cum Plinio exclamitem: (19) O nouum atque  
inauditum ad præsulatum iter! non propria  
cupiditas; sed aliena utilitas te præsulem  
fecit.*

Quid de justitia, humanitate, ac modestia,  
mundanæ ostentationi refragante rependam?  
Sileam nè, an loquar? Par in utroque scelus, ubi  
nec loqui licet, sine irrogata parum laudatis re-  
bus injuria; nec silere sine derogato virtutum  
tuarum splendore. Sileam, at Novocomen-  
<sup>(20)</sup>  
Plinius lib.  
1. epist. 22.  
sis (20) te describens loquatur. Quam parcus  
in viciū, quam modicus in cultu, imago quę-  
dam prisce frugalitatis. Ornat hęc magni-  
tudo animi, quę nihil ad ostentationem, om-  
nia ad conscientiam refert; in summa non  
facilè quis quem quam existis, qui sapien-  
tiæ studium habitu corporis præferunt huic  
viro comparari.

Quid

Quid si pietatem, aut erga pauperes misericordiam tangam? hic aut silere licet; vel cum Cassiodoro affirmare. <sup>(21)</sup> *Si pietatem velimus intrare, vix nobis poterunt centum lingue, centumque ora sufficere.* Adeo charitate erga egenos splendes, ut possim asserere cum Paulino: <sup>(22)</sup> *Tu quippe pauperibus ager fertilis, tu fundus est fructuus.* De nobilitate tua, Orbi Universo notissima, nil consultò pandere censui, ambigens potius lèdere, quam blandiri, quia solem nitens extollere, magis laude resplendorem commaculat, quam ejus fulgorem evehit.

Cur ergo non gratulabor mihi cum de Thesauris agerem Te invenisse Thesaurum, in quo cunctæ opes Palladis, & Astree? An Mineruē alumnis, & in literarum agris fodientibus, non est Thesaurus princeps, sapiens, clemens, pius, misericors, justus, integer, fortis, rectus, & patientis, apud quem nullum meritum periisse necit, quod quempiam laborasse contigerit? <sup>(23)</sup>

Quocirca omni titulo hoc de Thesauris opus tibi scientiarū omnium Thesauro nuncupādum erat. Herculi Clauam, Neptuno Tridentem, Fulmina Jouī, Lyrā Orpheo, Midæ Diuitias tribuat antiquitas. Tibi eruditio Numini

<sup>(21)</sup>  
Cassiodor.  
lib. 11. epist.  
1.

<sup>(22)</sup>  
Paulinus  
epist. 22.

<sup>(23)</sup>  
Cassiodor.  
lib. 1. c. 14.

librum. Suscipe assueta benevolentia, fove serena fronte, quartum ingenii foetum. Velim ut, quod tanto Principe mancipatur, foret tanto Principe dignum. Cedat jam in tanti Viri Thesauri recensendo pretio calamus, tantum est, ut ad prororanda cuncta, verius quam ad Macedonis laudes, non unico erat insudandum Orpheo. Deniq; Excellentissime Domine juxta cunctorum vota, lustra Nestoris emulator, ut te diu benè valente, optimè de Republica literaria meriti decorentur. Vale. Die 1. mensis Januarii M.DCC.V.

Excellentiae Vestræ

Humillimus servus

D. Leonardus Gutierrez de la Huerta.

# AD AUCTOREM ENCOMIA

D. Blasii Aldimari Regis Consiliarii.

**F**ilius Alcmenæ domuit si claviger hydram  
Tempus, & invidiam tu, Leonarde, domas.  
Hesperidum rapturus ovans migravit ad Hortos  
Ille, unde Plantis aurea dona tulit.  
Thesauros fodiens calamo tua docta papyris,  
Dixitias Themidis detegit una manus.

D. Michaelis Vargas Machuca Praesidentis  
Regia Camera Summaria.

**Q**uæ compensantes valeant modo jura sovere  
Trino opere exundant cuncta redacta tuo.  
Tot jam clara per Orbem extollit fama labores,  
Nec tales fructus quilibet Hortus alit.  
Thesauris nunc lumen das tellure reclusis  
En lucem ex umbra hac aurea dicta parant.  
Legibus hinc præbes magno sub Milite palmas  
Contulit ille suis Turribus arma tibi.  
Ergo animo excidat calamo præfigere telos  
Edere non sic est parta sudore labor.

Di D. Pietro Emilio Guasco, Giudice perpetuo,  
Decano della G.C. della V. del Regno  
di Napoli.

**D**'Anfrite sul Regno  
**U**n Ligure Colombo  
Vold nell'Indie à discovrit Tesori:  
Mà il tuo sublime ingegno,  
Che di Fama al rimombo  
Ti fregia il crin di vérdeggianti allori,  
Hà con vanto più certo  
Un Mondo di Tesori à noi scoverto.  
Ejusdem.

**H**aud nostra invideat priscis mortalibus ætas,  
Nam tot Thesauris aurea secula refert.

D. Cajetani de Nielo, & Correa Advac. Neap.  
**Q**uæ tibi multa viā summo patefecit olympos,  
Et raras, virtus prodiga fudit opes.  
Jam satis ad laudem cum per tot gesta parentum  
Duxerat, & magnum visa dedit decus.  
Splendida nobilium fors dedit ordine nasci,  
Inclita sed virtus gesta præsse patrum.  
Quæque imitanda suis peperere nepotibus illi  
Cuncta per egregia jungere laude vales.  
Mox nova majoris meruisti præmia famæ,  
Aeternumque aurum pandere tendis iter.  
Iura yetustati, quæ jam damnata jacebant  
Ex alto repetens, te duce, lumen habent.  
Aurea splendescit verè sapientia terris,  
Dixitiisque tuis maxima gaza latet.  
Nomine, & auspicio decorat tua scripta perenni  
Principis Hispano mens benè nota lovi.  
Haud latet Esperia quantum effebuit aula  
Gesserit, & quanta munera celsa inanu.  
Fortuna, & mauros studiis properantibus adsunt  
Religio, & Pietas, Pallas, & alma Fides.  
Ergo opere hoc viatura diu tua Fama perennat  
Ir. vido nec nomen temporis arma timet.  
Invito desertur honos, & præmia laudis  
Nam magnos sequitur gloria, ut umbra, viros.

D. Ioseph Mattiae Baronis Ailani Revisorum  
Fisci Patroni.

**H**esperiū, Leonarde, genus, cui præmia virtus  
Illa, quo satus es sanguine, digna dedit.  
Astrorum motus alii, quæsasque latentes,  
Et Cæli referant, Oceanique vices.  
Unde tremor terris, aut quo litus impete Pontus  
Turgeat, aut trepidis Luna laboret equis.  
Aut cur elitis splendescant nubibus ignes,  
Cur ferus æquoreas concitet Auster aquas,  
At tibi dum Terræ rimas scrutariſ avaras,  
Fronde nova Pallas cingit amica comas,  
Non opus Hesperiæ est Indorum quærere gazas  
Dum sibi Thesauros congregat ipsa tuos.

D. Michaelis Cito I.C. Neapol.

**S**pectarat titulum, Thesauros legerat; ecquid  
Fallimur! hic agitur Res mea, Plutus ait.  
Spectantem risit: dein, Té tua lumina fallunt  
Plute; mea hac munera, Pallas ait.  
Quæ legis, hic meus est custos Leonardus, & omnes  
Illa meas docto pectore servat opes.

Abb. D. Sigismundi Caraccioli.

**T**hesauris ditata novis Astræa superbit  
Namque, ait, heu quondam lurida, dives era

Di D. T. F. L. Napolesana Academica Pigra  
Spensierata, e tra gl' Arcadi Sebetina  
Lilega,

**T**anto è scabro il sentier, che ciascun fallè,  
Nel gire al Colle, in cui Virtù prevale;  
In lunga età lunga fatica assale,  
Per mieter Palme, e tardi, o mai auralle.  
Tra poc' appi tû sol, per l'aspro calle,  
Volentieri se' giunto ad immortale  
Gloria, presso di cui è lieve, e frale  
Ogni gloria acquistata in questa valle.  
E per maggior tuo vanto, in varie forme,  
Ai fatto, che pur la trà l'Indo, e'l Mauro  
Del tuo alto saper giungan le norme,  
Ed ora, per maggior di noi ristoro,  
Ne palese, con stile al tuo conforme,  
D'affai radè virtuti un gran TESAURO.

P. M. F. Didaci De-Loya Augustiniani in Neapo-  
litana Academia Sacra Script. Interpretis.

**T**hesauros Orbi pariter, LEONARDE, tuique  
Ingenii, censi divite, pandis opes:  
At solis mirum patet hoc Sapientibus aurum,  
Nil isthic quod agat turpis Avarus habet,  
Despiens alijs cupiat Cræsumque, Midamque,  
Qui sapit, hinc animo dicitur esse potest.

P. Alyssii de Anna Soc. Jesu

**F**elix, quæ decuit tuis  
Quondam, Gutteride, laurea crinibus  
Auro cedat: honoribus  
Nunc augenda novis frons tua: decolor  
Aurum prodit] ab intimis  
Terræ visceribus, mox posito situ  
Pompâ divite verticem

§

Exor.

Exornare tibi gestit, io! micas  
Sertis fulgidus aureis  
Par Phœbo; neque enim sordibus inquinant  
Intactum ingenii jubar  
Telluris tuipali, quos fodis: auream  
Phœbi nam neque polluant  
Sordes Cæsarem. Quidquid opum suo  
Thesauri veterum finu  
Olim condiderant, sedulus eruis.  
Te pridem Proavum decus  
Et clari generis gloria nobilem  
Orbi protulerat: facit  
Thesauros referans te quoque divitem  
Nunc Pallas, viden? inclytis  
Insignem meritis altis evehit  
Te virtus properans Togæ  
Ornatura humeros pæmia: Te Patrum  
Adscripsisse Senatui,  
Te certat resonis tollere plausibus.

*Del P.M. Carlo Serpicola Carmelitano, Teologo  
del Sereniss.ed Eminentissimo Principe  
Cardinal de Medici.*

**G**li almi Tesori, onde le carte ornate,  
Dotto Signor, per arricchir gl'ingegni,  
E che fan d'or la nostra ferrea etate,  
Ne l'armi involta, e in bellicosi sfegni:  
Si belle di doctrine alte, e pregiate  
Scopron le gemme, e ne son carchi, e pregni,  
Ch'il Tago stesso, a cui splendor recate  
Tutti lor cede gli ori suoi più degni.  
E si gran lume ad illustrar le menti  
Vibran, che Febo ne ha stupore, e scorno,  
E questi scioglie invijdiosi accentri.  
O me felice se ne fossi adorno,  
Ahi quanto liete più farei le Genti,  
Se con tal luce lor portassì li giorno.

**D**i tua penna a' Tesauri  
Ceda quanto di ricco il mar ne l'ondate,  
E il suol ne'monti asconde,  
Ch'in loro gemme, ed auri  
Provan le menti un tormentoso inferno,  
Ed in questi bensi io le discerno.

**C**edi a LIONARDO Apollo,  
Mentre i Tesori tui  
L'uman disio non ponno far satollo,  
Come i ricchi Tesauri di costui,  
Dove ogni faggia mente  
Spegnere può del saver la sete ardente . . .

*Donati Antonii de Franciscbelii V.I.D.Baroni s  
Montazzoli, Comitis Palatini, &c. & inter  
Arcades Albili nomine nun upati.*

**P**er mare velivolum plures dapt carbaña vëtis;  
Immensa ut cogant, quæ bona Pôtu habet,  
Sub fossis alli quærunt, vel rupibus aurum,  
Vel quæ fert magnas Lydius amnis opes.  
Quid quod? in auris es, incōptū cōvertere plures  
Totis nituntur viribus ignis ope.  
Quin coryli virga exquirunt alii arte fodinas,  
Hæcque aliis aliis est quoque cura modis.  
Cui? p̄estat bona opes. Fortuna, & mobilis aurū;  
Aurum Orbem flectit; quælibet Orbe movet.  
At, qui recta sapit, Thesauros comparat omnes,  
Si attingit potius, mi LIONARDE, tuos,

Tu namq; ingenio, & calamo, quasi vena perennis,  
Affuis & corpus jure, animunque magis.  
Sic planè, ut par est, attractat quisque quod ambit,  
Punctum Archimedis sic tenet, atque locat.

*J.C.D.Caroli Saffani de Luna.*

**E**n si queris opes, nè queras amplius Indos;  
Nam tibi Gutierrez India dives erit.  
*Aliud.*

Thesauros, si poscis, adest Thesaurus optimus,  
Quem tibi Gutierrez nobile p̄ebet opus.  
*Aliud.*

Auri sacra famæ, quæ nullo explebilis auro,  
Aurum inhiæ, aurum jam liber iste dabit.  
*Aliud.*

**J**vre sodalitii jam te, LIONARDE, fatebar  
Thesaurum, & talem dicere posso reor.  
Thesaurum, Guttere, novum nunc reddis amicis  
Thesauros ergo dicar habere duos.

*U.I.D.Balkafaris Pisani.*

Ad Librum, omnigena eruditio lucubratum,  
de Thesauris, Dom. Don Leonardi Gutierrez  
de la Huerta U.I.C. celeberrimi.  
Dicatum Excell. Dom. Marchioni Villenæ, Duci  
Ascalonæ, &c. in Regno Neap. Pro-Regi  
Eximio.

**Q**uæ mora te Cedrinis digni radiare tabellis  
In tenebris librum torpida sistit adhuc?  
In lucem propera. Celebri nam docta susurro  
Laudes fama tuas jam super astra vehit.  
Causidicos facunda docens p̄cepta togatos,  
Perge, tuis pateat gressibus Aula Fori.  
Mane micans fax alma Poli qua nascitur infans,  
Quaque cadit moriens vespere curre vias.  
Thesauros effunde novos. I, pande latentes  
Divitias Themidis, quasque recondis opes.  
Regia quandoquidem Herois te protegit umbra  
Nominis æternos hæc dabit umbra dies.

*An*

De Thesauris hic Liber sit,  
Vel potius Thesaurum Librorum Author edat,  
Anceps adhuc titubat animus.

*Hic*

Gemmæ passim fient obviam,  
Quas discedentibus magniloquentia elargitur;  
Idcirco  
Quamquam non sint Nullius, sed propriæ quæsi-  
tæ Minervæ,  
Tamen felicior ubertas, pro universo Reipubli-  
cæ Literaria  
Beneficio, permittit, ut occupantibus  
Concedantur.

*Hercle*

Thesauros Liber continet non chartularios,  
Dum Astrea pandit Aurifodinas.  
Unaqueque siquidem pagina  
Innumeræ Jurisprudentiæ divitias profert.  
Magiciis excantationibus,  
Ut capias reconditas opes,  
Opus non est.  
Calamus ultro scatet divitiis,  
Volumen cunctis legalem disciplinam scientibus  
Patet.

Mirà eruditiose,  
Solidà doctrinà,  
Fœcundà amænitate  
Ingenia ditat, & instruit  
**Dom. D. Leonardus Gutierrez de la Huerta,**  
Papinius Iberus,  
Cujus

In iuribus enucleandis peritiam  
Peritissimorum tempestatis nostræ Scriptorum  
authoritas  
Veneratur.

Prudentiâ, ac sermonis elegantia  
Nestorem facile dixeris.  
Nisi adhuc ætate juvenis.  
Nestoream canitatem non attingeret.  
Tanti Viri obsequentissimus  
Balthasar Pisanus U.J.C. Parthenopæus  
Exiguum hoc plausus Monumentum  
Posteritati commendat.

**Agnelli-Alexii Blasii U.J.ac S.T. Interpresis.**  
**F**laventes jactavit adhuc Hispania dives,  
Quas Tagus aurigero flumine volvit aquas:  
Extulit illa novi fluvios, quos possidet Orbis,  
Argento nitidos, Oraque gemmifera:  
Nunc, Leonarde, tuum jactet tantummodo Librum;  
Continet hic etenim totius Orbis opes.

**Astorii Carnevale Advocati Neapolitanii.**  
**T**hesauros liber hic pandit, ditescere quisquis  
Ergo potest queris, perlegat, ac epiat.

*Del Dottor Fisico Federigo Meninni.*

**A**Urea Penna ti diede  
Ne la destra lo Dio, c'ha peane al piede:  
Meraviglia non è, se Penna d'oro  
Sa partoris Tesoro.

**I. C. Neap. Johannis Baptista Martini Majorini.**  
**T**e genitum, Leonarde, Tago, qui fulgurat auro  
Deneget an quisquam, qui tua scripta terit?  
Aureus est calamus: mens aurea; quoisque recludis  
Auro T'hesauri nobiliore nitent.

**D. Joannis Chiajesii Neapolitana in Academia  
U.J. Interpretis.**  
**A**trum, quod terris longum servatur in ævum  
Thesaurum Grajos dicere, comperimus.  
Ast, ubi sacra famæ auri fundo eripit imo,  
Temporis immitti dente teruntur opes.  
Thesauros en cerne alios fulgescerè chartis,  
Divitis ingenii, qui prodiere finu.  
Credist innumeros peritos fortè per annos?  
Laudibus æternum vivere fata dabunt.

**D. Nicolai Capassi in Neapolit. Academia  
Canorum Interpretis.**  
**D**ivitias Astur tacite per viscera terræ  
Quærit, Erythræis imminent Indus aquis,  
Hic riget Arctoo, Libyco flagrat ille sub axe,  
Nulla movent Cœli, nulla pericla maris.  
Novit anus, cantùque animas excire silentium  
Pingere & horrendas ad nigra busta notas.  
Non pudor, aut metus esuriem compescit avari,  
Dumque sit unde habeat, sat sibi quisque cavet.

At non auriferæ congetos pondere glebae,  
[Expedit hæc votis turba profana suis]  
Thesauros LEONARDE paras, quibus abdita rerum  
Ipsa tuo facilis promit ab ore Themis.  
Non hos ærugo, longum nec proteret ævum;  
Nec quidquam atra dies in tua juris habet,  
Non his anteferam prudens ego vellera Pryxi,  
Quæve ferunt terris Astur, & Indus aquis.

*Iobanensis-Baptista & Vice Regii Eloquentie Professoris.*

**Q**ui cupit inventas gazas, hic Hercule dextro  
Est opus utatur, qui sibi querat opes.  
Ut de Thesauris Thesaurum querere possit,  
Hercule te liceat dexteriore frui.

**V.J.D. Joannis Brancone Consultoris, & à Secretis  
Fidelissima Civitatis Neapolis.**

**M**aximus eloquio coleris, Phœboque canentis  
Primus amor; totam Pallada yoce sonas.  
Præscriptis melior componis legibus Orhem,  
Firmaque sunt dubio, te duce jura foro.  
Tullius hinc audis, audis hinc Cynthius alter,  
Hinc, quo regnata est Attica terra. Solon.  
Tanta licet fuerint sublimia nomina: certè  
Plus est tres uno noscere posse viros.

**D. Joseph Maria Guaschi I.C. Neapol.**  
**R**egna petens olim stellas Astræa reliquit,  
Exleges homines nempè misera Dea est,  
Ast illam duris urgere in rebus egestas:  
Pauper erat totis Fasque, Piumque Foris.

Corruptas omnis spectabat Copia Jances:  
Largus opum, Judex unus iniquus erat.  
Interè Iuri LEONARDVS nomen ab auro  
Donat, & ingenio Nominis auget opes.  
Aurea cum Themidi remeavit protinus ætas:  
Ditescit totis Fasque, Piumque Foris.  
Et justos omnis servat Fortuna penates,  
Et dives quisquis jura severa colit.  
Reddita Terra polo est, Leonardo vindice, suntque  
Præmia Virtutis que fuerant sceleris.

**Francisci Lainæ U.J. D. in Curia Archiepiscopali Neapolitanae Advocati, nec non  
Academici Securi.**

**Q**ui valeam celebrare tuos, Leonarde, labores  
Non sat, non certè est una Camena mihi;  
Ardua quæque petis studiorum; nam tibi sordent.  
Obvia, mensque animi nil nisi celsa petit.  
Quaecunque abscondit legum penetralibus imis  
Ipsa Themis, pandit Pallas amica tibi.  
Quid magis ignotū T'hesauris? hos quæque nosti;  
Dicitur an quisquam fulgeat ingenio?

*E I V S D E M.*  
T'hesauros donavit adhuc Fortuna, sed illos  
Posthac donabit Pallas, & alma Themis.

**U.I.D. Antonii Guidelli.**  
**N**on mirum, Leonarde, mihi est, quod scripsisti  
In primis, scribat, quæ neque Plato senex:  
Miror ego, juvenis, quod nostri ænigmata juris  
Quantum non possis, doctior esse senex:

**U.I.D.**

*V.I.D. Stephani Abati.*

**R** Umpe moram, Pimplicia, tibi si flumina cordi  
Integra splendenti splendidiora vitro :  
Rumpe moram, & rutilo augustam de flore coronā  
Nefte, triumphali debita sarta comæ;  
Et mecum, tante desint ne carmina pompa,  
Tange lyram, citharæ te sine languet honos,  
Quem decet Heroem Latio sacrare cothurnos?  
Quem cantu reducem celsa per astra sequi?  
Hic LÉONARDUS erit, nostri qui maxima seculi  
Gloria præruptum per juga sternit iter.  
Ipse ego Apollineos festivo carmine plausus  
Ordinar, & grandi fortia gesta lyrâ.  
Ætatem recolam ut famâ præverterit, illi  
Cesserit ingenium Pallas ut ipsa suum;  
Matureisque feram juvenili in pectori mores,  
Iam tūm, qui lauros cingere posset, erat.  
Nam fileam doctâ conscriptos arte libellos,  
Qui sera mereant Posteritate legi?  
Vix ille exiguo primùm florebat ab ævo,  
Incepit animo tempora lenta suo;  
Cum sacre nunquam moriture volumina luci  
Prodidit: Aoniâ carmina digna tubâ.  
Quis tūm illi ad superas plausu non extulit auras,  
Cui retulit plausus Orbis uterque suos?  
At dudum ut celas constent miracula mentis,  
Pergit opus capto jam meliore novum;  
Cætera cui desint, est gloria maxima Nomen,  
Non titulis certè surripienda suis.  
Thesauros memoret nunquam mihi Fama, vel aurum,  
Quos rutilo spargis dives Eritra, sinu  
Largior hoc equidem crescat mihi copia Libro,  
Qui doctas luxu divite fundit opes.  
Nō ego nunc Prosvum deductas sanguine laudes,  
Aut patrium referam, stemmata clara, decus;  
Nec quæ celsa suum exornant insignia peccus:  
Quæ venit ex merito Gloria, firma venit.  
Felix, oh nimium felix Hispania, luxu  
Nobilis, in palmis fertilis usque tuas!  
Te veteres quanquam exornent longo ordine cives,  
Quos suus ad Cæli sydera raptat honos;  
Clarior hâc unâ surget tibi Gloria palma,  
Nil hâc nobilius, quâ decoreris, erit.

*V.I.D. Andreae de Sienn.*

**O** Qui divitis inhians, infractus ad undas  
Pergis Erythræas, aurivomusque Tagum:  
Quid juvat æquoreas timidum tentare procellas,  
Et ferre ignotæ tardia longa via?  
Aspice, quos tenui potes, acquisisse labore:  
Dat tibi Thesauros, dat Léonardus, opes.  
Quid tandem præstant gemmæ, fulvumque metalli?  
Hæc dona æternum vivere posse dabunt,

*Del Dottor Francesco-Antonio Pisani.*

**E**' Un Mar la legge. In questo Mar tu sciogli  
Vele gonfie d'onor, Giasone ardito:  
Naviga pur, che un Vello d'or ti addito,  
[Questo è la Toga) a premiar tuoi fogli.  
Da si gran Mar fra i tempestosi orgogli  
Spiega la Penna tua volo eruditio:  
Ricco di bella gloria approdi al lito,  
Ne ti arre tano mai Sirti, nè scogli.  
Del favoloso Alcide Eroe più degno,  
Tu fia l'onde d'inchiostri, e di sudori,  
Saggio prescrivi in questo Mare il segno.

Ti fioriscono dunque al crin gli Allori,  
Se vasti, e novi il tuo seconde ingegno  
Sa ne' fluvi d'Astrea pescar Tesori.

*D. Francisci Piccolomini.*

**I**N lucem juvénis tu plura volumina mittis;  
Quid facies, fueris quum, Leonarde, senex?

*V.I.D. Francisci Mariae de Frangis.*

1920 Leonardus Guttierèz de la Huerta.

Anagramma arithmeticum puriss.

2920 Admirabilis Iurisprudentiæ Thesaurus.

Aliud puriss.

Is retegit Iurisprudentiæ Thesauros.

**Q**UOT cultas germnas præstans formavit Apollo,  
Inque scholis struxit docta Minerva suis:

Quot gazas veteres juris legere periti,

Et pretii virtus quicqaid in Orbe tenet :

Prudentum conchas quot cuncta volumina cōdūt,

Hoc in Thesauro jam simul omne nitet.

Nunc igitur fileant orbis miracula septem;

Ast hunc Thesaurum Fama sonora sonat.

*M. & Ph. Doct: Andree Matbone.*

**Q**uis nobis referat Guzas? Sapientia. Tellus  
Nobis Thesauros quae dedit? ingenium.  
Thesauri an Pluto dominus? Non hujus. At ecquis  
Has custodit Opes? Pallas, Apollo, Themis.

*U.I.D.D. Paduani Guascbi Academicis Incuriosi  
Peregrinorum Roma, &c.*

**S**ors aliis lauros, meritos tibi Pallas honores  
Sistit, & augusto germine ferta tegit.  
Fallor: nam celso rutilat tua stemmate Proles,  
Et celebrant mentem carmina docta tuam.  
Scilicet ut fama summum trans æthera surgas,  
Militat auspiciis numen utrumque tuis.

*D. Laurentii Parisi J.C. Neap.*

**T**Hesauros animo primū LÉONARDE libeti  
Tu spargis latio munera digna foro.  
Nec tibi Munifico decrescat copia luxu,  
Nam quas das aliis, dat tibi Pallas opes.

*V.I.D. Dominici Porpora Neapolitano in Regno M.C.V. Regii Credenzieri, Fidelissimi  
ejusdem Civitatis Consultoris, ac Securorum Academia d Secretis.*

**I**Neñis, quas fundis opes, te divite Ibero  
Progenitum liquidò sat LÉONARDE probat;  
Sunt pretiosa tuis, quæ mandas dogmata Chartis,  
Ipseque THESAURUS cernitur esse liber.  
Ejusdem.

Ad Alcantarensem Ordinem ab Auctore  
suscepimus allusio.

**L**egibus Armatum, calamo doctoque potentæ,  
Cum conspexisset te LÉONARDE, Themis;  
Integra sit, dixit, LÉONARDO, gloria juris,  
ARMORUMQUE DECUS contulit illa tibi.  
Madrigalo dell'istesso.

**C**ON Tromba d'or la Fama  
Già Te LIONARDO, acclama,  
E dispiega i tuoi vanti in ogni parte;  
Che sù le dotti carte,  
Ciò, che versi à scoprirne ampio TESORO,  
Non è vena d'inchiostro, è vena d'ORO.



# U. J. D. FRANCISCUS DE CONSTANTIO

Interpres Pragmaticarum Neapolitanarum, & feudatarius Excellentia  
Illustriss. & Excellentiss. Dom. Ducis Sueffæ Regni M. Admirantis. Amicus  
obsequentissimus egregii viri, Domini Don Leonardii Gutierrez de la  
Huerta, Equitis Divi Ordinis Alcantaræ, & Judicis M.C., M. Ad-  
miralli bujuscæ Regni, optimo Lectori, proludium hoc  
dicat, atque sacrat,

Us Romanum, licet primò Romanis, eorumq; subditis scriptum  
fuerit, tamen ob ipsius Excellentiam, æquitatem, & utilitatem m-  
cunctæ alia nationes, illud amplexæ sunt, & sic commune jus, &  
universale ab omnibus vocatur, quia moribus omnium nationum  
accommodatur, sive fit sermo de vetusta Jurisprudentia, quæ sta- De usu, &  
tim post latas leges 12. tabularum prodit in verborum supersti- au toritate  
tione fundata, sive de media Jurisprudentia, quæ leges veteres legum Ro-  
flectebat ad lenitatem: Quibus occurrit Jurisprudentia nova, ab Augusti Imperio an- manarum  
no scil. 719. ad Justinianum usq; protracta. Dein à Justiniano editæ fuerint Novellæ, apud Eu-  
ex his dicitur Jurisprudentia nuperrima; imò Superiorum Imperatorum constitutio-  
nes anteà vagas, & confusas in peculiarem Codicem coniicere, ejusdem Justiniani  
fuit cura; unde, & si multa sint disciplinarum genera, nostris hisce temporibus, vel  
restituta, vel inchoata, vel exulta, Ast verò hæc juridica facultas præceteris, s. u. utili-  
tate, seu subtilitate, seu scientiæ firmitudine, atq; evidentiâ præcellere videtur;  
quamobrem Cbrisopbarus Thuanus Senatus Parisiensis Præses, aliiq. Juris Consulti  
Gallici, rationem scriptam, Jus Romanorum appellant. Omnes illi planè repelluntur,  
qui profas sibi ducunt afferre, quod ob Romanorum injustitiam in bello Siculo, Punico,  
Macedonio, Mitridatico, Parthico, Numantino, in bello Judaico, Britannico, quasi æstu,  
& torrente fortune, populi debellati, victorum Romanorum leges sequi debebant, quia  
Jus Romanorum toti mundo commune est, haud ex potestate Imperantium, sed ex  
rationis, ad quod etiam recurrent Judæi, deficiente lege Mosayca, & Turcas  
etiam habere Codicem Justiniani, eoq; uti in causis d:cidendis, testatur Jo: Leunc.  
in parat. jur. antiqu. in proleg. & sanè Hispani, qui ad miram Imperii amplitudinem per-  
venerunt, aquilis portò in Europa, Regno Neapolis, & Siciliæ, Ducatu Mediola-  
nensi, Burgundia, & præcipua parte Belgii, insigni parte Africæ, & Asia cum America  
penè universa, Romanos Imperii ambitu superarunt, nihilominus Hispaniæ Regna  
post leges partitarum, & ordinamenti, observant leges Romanas, & in Germania adeò  
invaluit hoc ius Romanorum, ut Brunswicenses, Lunæburgenses, Bremenses, Pomerani,  
aliqi; Populi adiacentes, qui olim juri Saxonico usi sunt, jam ab eo in plerisq; ca-  
sibus

ibus recesserunt, & ad prædicatum jus redierunt, nam Germania in Romano Imperio fuit sub Vicario Galliarum, & diuisa erat in superiorem, & inferiorem; hodiè autem sub Imperio Romano Germanico, inter varios Principes, & Civitates liberas divisa est, eorumque territoria in decem circulos distributa sunt, Austriacum, Burgundicum (sub quo continentur Provinciæ Burgundicæ, quæ Duci Burgundiæ parebant) Electorium Rhenanum, Saxonum superiorem, Francicum, Bauaricum, Suevicum, Rhenanum superiorem, Westphalicum, & Saxonum inferiorem, in quibus singulis, Principes per Judices, & Magistratus suos, subditis jus dicunt variè secundum consuetudines, statuta, & constitutiones Provinciarum suarum, quæ etiam omnia Juri Civili Romanorum submittunt; Neminem latet, quod Gallia à Julio Cæsare redacta in potestatem Romanorum, iisq; paruit usq; ad Honorium Imperatorem, etenim in Galliæ Provinciis, jus civile servatur in judiciis, contractibus, testamentis, Appellationibus, & in criminalibus causis, imò Consuetudines Gallicæ ad leges, & mores Romanos erant accommodatae ex usu diuturno, à seculo Julii Cæsaris, ad Honorium, & Valentianum Imperatores, cum toto eo tempore Galli sub legum, & Magistratum Romanorum administratione fuissent, & Constitutiones, quas Reges Francici pro regimine Gallorum ferebant, generali nomine Ius salica dictæ sunt, cui legi salicæ, Carolus Magnus addidit viginti tria Capitula, & tamen leges salicæ multæ à Jure Romano petitæ sunt, & ob sterilitatem legum Salicarum, Galli eo tempore ad leges Romanas recurrebant; soliq; Galliæ Jure Consulti, incipiendo à Gulielmo Budao (ut antiquiores faciem) tanto in Leges Romanas studio incubuerunt, tantamque literarum omnium Græcarum, Latinarum, Juris humani, diviniq; cognitionem ad eas illustrandas attulerunt, ut à Theologis reliquarumq; scientiarum omnium Professoribus, se superari passi non fuerint, & Jurisprudentia Romana, si apud alias Gentes extincta esset, apud solos Gallos repertiri posset. Ignea siquidem Gallorum ingenia penetrant omnia, ut ad quocumque descendant, siue Artes, siue eloquentiam, siue Arma felicissime assequantur: In Batavia Jus Romanum est jus commune; De tempore quo Batavi receperint Leges Romanas, ipsi hæsitant. Alii coniiciunt cœpisse harum legum usum à Constitutione Antonini Pii, per quam omnes in orbe Romano Cives facti sunt; atq; ita eos, ut ceteros omnes Cives Roma. eorum leges amplexos fuisse. Alii putant eos justitiæ legum Romanorum incitatos, eisdem recepisse, postquam Imperator Justinianus eas ordine pulchro concinnauerit. Alii libentius referunt originem legum Romanarum apud Batavos ad tempora Gulielmi Hollandiæ Comitis filii, qui Imperator Imperii Occidentalis ab Electoribus creatus, voluit, ut Batavi jure Imperiali, & Romano deinceps uterentur. Deniq; Hungaria, orbis Christiani contra Turcarum armis, Antemurale, & Propugnaculum, habet Leges, & Consuetudines, quæ à Jure Romano, & Canonico petitæ fuerunt; & hoc idem est in Belgicis ditionibus, ubi Jus Romanorum est jus commune post Consuetudines, & Principum edicta, quod par est in Scotia, Holsaria, Saxonia, Bohemia, Polonia, Prussia, Burgundia, Bononia, Ferraria, Mediolani statu, Genua, Florentia, aliisq; regionibus; & Lusitanis ultima Hispaniæ pars, quæ ab Italia remotissima, diù se defendit adversus vim Romanorum, sed tandem communis reliquarum gentium fato, Romanorum armis, & legibus cedere coacta est. Ad hoc jus eundem Gentibus commune, accessit Interpretatio Prudentum, qui scientiam Juris professi, illud interpretabantur, & ad usum fortis accommodabant, reiectionis illorum Interpretum Commentariis utpote inueilibus, discordantibus, & confusis, qui neglecta Juris origine in superficie, & sola rudi praxi, infelici conatu studium, ac tempus inutiliter terere soliti sunt, adeo ut pauci hodiè emergunt, qui priscorum sapientiam introspicere, nedum exequare videantur. Non enim scioli excogitare, quod multa in hac optica Juris scientia occursum, quæ percipi non possunt, nisi rem ipsam à fundamentis exordiantur, ut sane Arbor peregit in Juris studio, rem alijus, ab origine petendo, nam in jure investigando

do affectibus suis, & sordibus non induxit, ideo instar *Papiniani* numerum duorum implet l. unic. C. *Theodos.* de *Responf.* *Pruden.* & in hoc legis commento plerumq; cessant cupiditas aeris, gratia, odium, & omnis affectus, quæ omnia in Consiliis, & res ponsis sèpè interveniunt. Quamobrem in hac Thesaurorum materia illustranda, complures exactis seculis feliciter elaboraverint: Tum nonnulli magna altercatione contendunt, quarè præfatus *titulus de Thesauris* repositus haud fuit ad alios novem libros Codicis, sed ad tres posteriores Codicis libros, qui nunquam in Scholis leguntur, Ratio perspicua fuit, quia illi tres continent Jus publicum, & tractant de Jure Filci, & aliis penalibus Sanctionibus, qui alii novem verbas faciunt de Jure privato, ut cuiq; insipienti patebit; sic quoque longis disputationum ambagibus certarunt scriptores Thesauri materiam, ut non sit, si quis aliquid, vell lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, & quando corpus delicti in hoc conferre videtur; ad quam rem investigandam peculiari quodam studio incensus Author *Eques divi Ordinis Alcantarenfis*, *Dominus Don Leo laudes*, & *nardus Gustierez de la Huerfa*, in verbis parcus, sed mente profundus, prodicus labores ex in sensu, vir sanè eruditus, nec vulgaribus tantum, sed interioribus, & reconditis gerantur. Literis perpolitus, novas, atq; inauditas rationes, observationesq; proferre coepit ex quibus non mediocrem profectò laudem sibi comparauit, multa cum observando, tum meditando orsus est scribere, quæ ad cognoscendam, perspiciemendamque materiam hujuscē operis valde videntur conducere, & quod mirandi causam, potius præstat, de illis rebus ab ipso fuit actum, quæ à majoribus nostris semper magnæ, ac etiam difficiles intellectu fuere. Neq; me tædet in medium afferre, quod *Ausb*or facile sibi præstat de tot gentium Europæarum legibus, ut *Phormio* cotam *Annibale* differere, quarum nec mores exploraverit, nec regiones inviserit: Quanquam non multa ejus propria, *Ausb*or tradiderit, sed ea potius, quæ à *Jur. Conf.* & *Historicis* earundem Gentium acte perit, ut aliarum Gentium *Jur. Conf.* excitentur (sicut *Calpurnia*, apud *Ulpianum* causam dedit editio de postulando) ad alios tractatus edendos, Planè excogitavit Author tractatum hunc de *Thesauris* excudere, dum materiam hanc variis questionum meandris involutam, & infinitis interpretationibus dissentionibus divulsam conspexit, & qui de illa conscripserunt, omiserunt in medium afferre questiones illas, non minus jucundas, quam perutiles Magistratibus, Advocatis, ceterisq; in foro versantibus, & quod lætandum est in hoc Tractatu, perspicua quadam methodo explicatur *lex unica C. b. sit. de Thesauris* lib. 10. junctæ *Secundum Thesauros iustitiae de rer. div. & plures Constitutiones Regis Guilielmi I. & Imperatoris Friderici*, cum Capitulis Regis Caroli I. & Papa Honorii: Quinimmo explanavit *Ausb*or luculentissime Arresta Regia Camera, ad regalia jura sustinenda, argenda, agendo, administranda, immo illud quoq; agere curavit hoc opere, pluribus eruditissimis referto tibi satisfacere, aliisq; homotechnis virtutis, ut à librorum revolviat deßteres in casibus, qui fortasse contigi possunt, nam quod magno in tempore adipisci solebas, in paululo consequeris. Planè si exquisitè, ut in alis facere par est, ipsum volumen revolves, tibi existimo satis factum esse debere, & paucō quidem ejus loco id antè oculos habebis, quod nisi longo studio in aliis Codicibus non invenies; Plurima tecum animo cogitavi circa ingens tale opus, ut fas mihi perhibere sit, illud quod *Baldus* in *Comment. ad Institut.* planè admovit, revereri *Entem illum infinitum à seipso existentem*, dum excitauit summos illos vitos Josephum in Egypto, Danielem in Babylonia, Athenis Periclem, Româ Papiniatum, ad conservandam humanam societatem, & justitiam jubat, siccinè in extrema Hesperia, Samanus opifex Deus elicit *Ausborem*, de quo non me tædet perhibere, quod cuncti illum tanci fecerunt, quanti Rerum extimator optimus faxit; nam in explicanda iurium ambiguitate, ita egregium se præstavit, ut ad hoc natus, & factus videatur; Etenim operæ pretium ipsi fuit pluscula eruncare èscriptorum proletariorum sentinetis, & vetusta iura discordan-

dantia, sicut occasio tulerit conciliare: Quamquam hoc præcipue in admiratio-  
nem rapit, quod *Auctor* laudis minimè cupidus, vix agens annos decem supra vi-  
ginti, quatuor librorum volumina congesit, nempè tria circa materiam de *Com-*  
*pensationibus*, quam largè explicavit, tam in foro exteriori, quam interiori, & hoc  
aliud de *Tbesauro*, quod magno illius studio in lucem emitit. Demùm illud cœpi  
mecum, attentiùs pensitare, instituti eandem rationem pergere *Auctorem*, quam  
eruditus *Cujacius* in mentem habuit; videlicet paratila solis doctis scribere: In-  
fussum, & fatuum hominem censeo, qui Orator de optimo dicendi genere cum In-  
fantibus, & Balbutientibus disputet, vel qui miles de exercitu ducendo, & de in-  
struenda acie apud mulierculas differere velit: vel qui mercator pretiosas gem-  
mas phreneticis, & furiosis, venales exponat; vel qui Jure Consultus de *Sævola*,  
*Modestini*, & *Ulpiani* placitis apud Barbaras, & efferas gentes verba faceret. Qua-  
propter hujusmodi hominum inceptias vitare cupiens *Auctor*, hosce labores dica-  
re voluit Viris, qui ab incunabulis inter literarum Magistros nutriti sunt, non ve-  
rò illis, qui à Muis alieni penitus sunt; & sanè nemo exoticus est, qui ignorat, *Au-*  
*ctor* ab adolescentia operam navasse haec juridica facultate, tanquam de re  
nobilissima, quoniam apud vetustos Romanos in hac juris disciplinam se dabant.  
Juvenes nobiles illustrium familiarum *Gutber.* de *vet. Jur. Pontifi. lib. I. c. 2.* & in hoc;  
Græcos, Romani superabant, quod apud eos, homines tantum viles, & infimi,  
juris scientiam profiterentur, apud Romanos verò Viri amplissimi, & clarissimi de-  
jure respondebant, & post exercitus prosperè ductos, post victorias, & triumphos,  
gloriam ex iuris professione quærebant *Cicero lib. I. de Oratore*, *Baldui. in Prolegom.*  
*insti.* Sed ne amplius remoram faciam, adeout fastidii potius, quam jucunditatis,  
occasionem afferrem, fruere hisce *Auctoris* lucubrationibus ex benignitate, qua-  
cætera ingenui mei monumenta iam dudùm luci tradita excepisti, & nisi perlegeris,  
Suspende tuum de opere judicium. Interea vale, fave *Auctori*, ejusq; laboribus utere,





DON LEONARDI  
GUTIERREZ  
DE LA HUERTA  
HISPAÑI  
TRACTATUS  
DE  
THESAURI  
LIBER PRIMUS



S U M M A R I U M.

- 1 Post vulgata typis plura fu-  
ris operosa Volumina, rur-  
sus Auctor ad scribendum  
impellitur.
- 2 Operis difficultas improbo  
labore vincitur.
- 3 Don Petrus Calderon de la  
Barca Hispanicæ Poëseos  
decus, commendatur.
- 4 Favorini effatum de Ora-  
tione Platonis, ac Lysiae.
- 5 Sacra Juris arcana diligen-
- 6 ter per vestiganti, thefauri  
non semel obvii.
- 7 Thesaurorum materia, utilis  
in Jure, ac grata.
- 8 Hercule benè fortunante, ve-  
teres Thesauros inveniri  
posse putabant.
- 9 Thesaurorum materia ar-  
dua: ab oppido per quam  
paucis pertractata: bucus-  
que justo opere à nemine  
absoluta.

- 9 Scriptores, qui aeternitati scribunt, non sibi, sed aliis laborant.
- 10 Compositiva methodi ratio, quam in scientiis tradendis seqvuntur cordati Scriptores, exigit, ut à finitione primitus sermo instituatur.
- 11 Etymologia etymologia, juxta Hesychium.
- 12 E'ros, Ε'ρεος abε'ω, siνε'ίμ, propriè significat, Quod est.
- 13 Scaliger notatus.
- 14 Etymologia Veriloquium, juxta Cicer.
- 15 Etymologia Notatio etiam dicitur, εγ̄ cur ex Boetio.
- 16 Etymologia cognitio haud in minimis habenda.
- 17 Comparandarum scientiarū primi gradus, qui, dicente Platone.
- 18 Thesauri originatio adamus. sim expenditur.
- 19 Thesaurus, an à Theca, εγ̄ aurum?
- 20 Fungeri opinio.
- 21 Theca, quid Latinis denotet.
- 22 Thesaurus, haud à Theca, εγ̄ aurum, εγ̄ cur Bitschio.
- 23 Thesauri vocabulum, an bilingue.
- 24 Apud Latinos nonnulla vocabula Graco-Latina.
- 25 Auri etymon, thesaureque, juxta Sipontinum, εγ̄ alios.
- 26 Graci o'popu servare dicunt, unde Turnebo Thesaurus.
- 27 Thesauri vox non composita, sed simplex Bitschio,
- 28 Jurisperiti quandoque quasdam allusiones speciosas magis, quam veras sequuntur.
- 29 τοἀπος in voce Thesaurus, Gracis nuda productio, referente Bitschio.
- 30 Oppositum sentit Auctor, εγ̄ Fungerus.
- 31 Thesaurus cōponitur εx δης σησεως, positione scilicet, εγ̄ auro.
- 32 Isidori Etymologi Etymologia Thesauri.
- 33 Thesaurus quibusdam dicitur, quòd eis au' pior. in crastinum sit repositus, ut sic seorsim eis au' pior.
- 34 Arnoldi Vinnii opinio.
- 35 Eximiam habens pecuniam à veteribus Gracis appellatur αὐπός.
- 36 Thesaurus vox Gracà indubiè: qua Balduini sententia?
- 37 Thesaurus unde dictus.
- 38 Locus ubi divitiæ asservantur thesaurus dicitur.
- 39 Donelli opinio de etymologia thesauri.
- 40 Thesauri nomen scribendum per ε, non autem per "cen-set doctissimus F. Martinus del Castillo.
- 41 Connani, Alciati, ac eruditissimi inter Hispanos Covarruviaz sententia de Thesauri etymo.
- 42 Christiani Becmani opinio de orsu thesauri.
- 43 Non probat Camers originē thesauri à Favorino traditam.
- 44 Quid

- 44 Quid sentiat Scaligerus de originatione thesauri.
- 45 Varias de thesauri etymologia variorum sententias, in idem ferè recidere, pensitate censet Auctor.
- 46 Frantzkius, Amaja, Harpprechtus, Wesenbecius, Mejerus, & Klokius, quam thesauri originationem probent.
- 47 Pro Thesauris Thensaurus in Pandectis Florentinis quidam scriptum afferunt.
- 48 Antonius Augustinus, Juris consultus inter Hispanos miræ eruditionis, laudatur.
- 49 Qui Simonis ostendat Veteres thesaurum dixisse.
- 50 Auctor neque in Pandectis Florentinis, neque in aliis Thensaurus legit.
- 51 In quibusdam manuscriptis Scriptoribus antiquis legitur thesaurus.
- 52 Veteres Latinos thesaurum non thesaurum scripsisse testatur Donatus: cum quo non addit calculum Cujius.
- 53 Graci nūquam Θνητῶν scripsisse putat Simonis.
- 54 Thesaurus plus habet Latinitatis, thesaurus euphoniam.
- 55 Quo pacto possit conciliari ill. Antonius Augustinus cum Cl. Lipsio: qui variam scribendi nominis thesauras rationem probarunt.
- 56 Thesaurus nomen duorum generum.
- 57 Thensaurus ep̄ēthesis Drusio.
- 58 Cur credibile sit, Veteres scripsisse pro Thesaurus, Thensaurus.
- 59 Inter e., ex i sape Veteres n̄ collocabant.
- 60 Mesura vox Hebraica, apud Latinos n̄ habet additum.
- 61 Literarum adjectio non solum in medio, sed ex principio, ex fine vocabulorum, frequentissima.
- 62 Latini Thesaurum Flavifam dixerunt.
- 63 In Flavissis quid afferatū.
- 64 Flavissa vetus vocamen.
- 65 Flavissa quid.
- 66 Thesaurus generalissimum nomen.
- 67 Thesaurus Hebraicè Otfar, seu Otsara: quod Graca respondet origini,

## C A P. I.

### De Etymologia Thesauri.



IX post crepē:  
rum mearū  
Compensatio  
num facinus,  
undique mei  
calami for-  
tunatam carinam sospitem ad  
requiei portum appulisse re-  
bar; & vix post integrilustri  
navigationem, postque ingen-  
tes Oceani procellas, ad tutam  
ratum stationem incassūm in-

## 4 Don Leónardi Gutiérrez de la Huerta

columemque revertisse opinab: quum, inopinato fato exorto, rursus spumosos Neptuni cāpos pererrare cogitur: dum mihi inter horrescentis æquoris vortices naufragaturo, haud minus periculosum patatur iter.

Facinus difficillimūm quidem aggredior, inspectā mearum virium exilitate; sed cum nihil sit adeò difficile ac durum, quod perpeti prolixitati non cedat, ut exornavi lib. 1. de Compensationat. quæst. 1. à num. 7. tom. 1. & alludit D. Petrus Calderon de la Barca, Eques Ordinis Jacobei, Vir immortalis, inter Poëtas nostros celeberrimus, Parnassi decus, Hispaniæ ornamentum ac gloria, Poësis nostræ Phœnix, omnæ quo clarissimus, miranda conceptum ubertate præditus, lepida vocum varietate imbuitus, dulcissimo, gratoque aspersus melo, cuius si sedulò opera trutinentur, admirari potius, quam imitari poterūt: cum nihil eis nec addere, nec remere nemini liceat: nisi tantum de sétētia, ac elegātia delectatur: ideoque de eo sit mihi fas dicere, quod de Lysia, ac Platone Favorinus ajebat, teste Aulo Gellio lib. 2. Noct. Attic. cap. 5. his verbis: *Favorinus de Lysia & Platone solitus est dicere: Si ex Platonis oratione verbum aliquod de-*

*mas, mutet/ve, atque id commodissimè facias, de elegantia tantum detraxeris: si ex Lysia, de sententia. Ait enim insignis Calderon. tom. 7. Comædiar. in comæd. 3. El segundo Scipion. Jornad. 1. fol. mihi 121. colum. 2: hoc modo:*

*Y aunque elegí la materia  
Tan dura, difícil, y ardua  
Como un marmol, con todo  
eso*

*De mi asistencia a la instanzia,*

*De mi afecto a la porfia;  
Y de mi fineza al ansia  
El marmol se dió a partido,  
Convertido en zera bläda.*

Quondam super monstrosum Compensationatum pelagus mea jactabatur Cymba; nunc nusquam maria, sed arva campoque ad inveniendos Thesauros peragrare compellor; non ut iis nactis ditescam, sed ut eis cæteri locupletetur. Hoc equidem consonum fore auguror. Quippe cum in meo tractatu de Compensationibus mearum virium inopiam aspicerem, quæritabam aliquid invenire, quod suis divitiis, meā paupertatē uberrimè compensādo ditaret. Fodiendo itaque sacra nostri juris arcana Thesaurum inveni, ut dicam cum Callicle apud Plaut. in Trinum. act. 4. scen. 4.

*Thesaurum effodiebā intus:  
Aravi certe, & solerti, ac avido*

yo-

# De Thesauris. Lib.I. Cap.I.

5

vomere glebam defringens,  
 Thesaurum hucusque conditū  
 hausī; nimirum materiam ut  
 6 utilem inventori, proficuam,  
 grātamqve iis, qui sciendi cu-  
 piditate flagrant. Mihi nusquā  
 ut cæteris thesaurorum inven-  
 toribus obvenit. Nam hos con-  
 festim horæ curriculo, si dex-  
 ter adsit Hercules, ditescere  
 7 scripsit Balduin. in §. *Thesau-*  
*ros. Institut. de Rer. divis.* Con-  
 trarium profectò experior,  
 haud enim fortuitò, sed con-  
 sultò assiduè fodiēs, non mihi,  
 at aliis labore. Aggressam por-  
 8 rò materiam nimis arduam  
 hariolor, & licet à paucis per-  
 tactam, à nemine sanè exara-  
 tam aspicio; & ideo tam mihi  
 abstrusam, quām inventori  
 grātam dijudico. Ast hunc la-  
 borem animo lāto expensum  
 9 fuisse auspicabor; si meā ege-  
 state cæteros ditare meruero.

Sed, ut ab operis initiis exor-  
 10 diar, ab Etymo, sive Etymolo-  
 gia fas sit occipere, cum vōca-  
 bulorum ortum obsepiat: Si-  
 quidem, Tullio adhortante, *de*  
*Officiis*, Omnis, quē ratione sus-  
 cipitur de aliqua re institutio,  
 debeat à definitione exordiri,  
 ut sciatur quid sit id, de quo  
 disputetur. Quocirca tāti Ma-  
 gistri præceptum sectando, nō  
 incommodè me facturum pu-  
 to, si in ipso frontispicio hujus  
 capitīs exemplò onomato-  
 logiam Thesauri præmittam,

ejusdēmque postmodū prag-  
 matogiam subjungam. Pro-  
 ficiuntur Etymologia ἀπὸ τοῦ λόγου εἰπούσις, hoc est, à vero ser-  
 mone, ab ἐτεός, seu εἰτέος, nimi-  
 rum, ἀληθής, secundūm exposi-  
 tionem Hesychii. Sunt verò 12  
 ἐτεός, & ετεός ab εἴω, sive εἶμι, ut  
 propriè signent, quod est: Ens  
 autem & Verum ἀνατρέψασι: &  
 hinc εἰπολογία dicta est, videli-  
 cer sermo de Etymis, nempe  
 oratio, qua nominis ratio ex-  
 ponitur, scilicet εἰπολογία, quā  
 dicitur ut αἰτρολογία, vel θεολο-  
 γία, & similia, quò λόγος ser-  
 monem importat; sēcūs verò  
 rationem, seu causam, ut au-  
 guratus fuit Scaliger. lib. 3. 13  
 Rei poetic. cap. 55. Eamque Ve-  
 riloquium Cicero interpreta. 14  
 tus est. Dicitur quoque Nota-  
 tio: quia rei, de qua prædica-  
 tur notionem, seu cognitio-  
 nē nobis equidem exhibet,  
 notamque facit, teste Boëtio,  
 ex quo Funger. Etymologic. tri-  
 ling. verb. Etymologia art. Hāc 16  
 neminem parvi facere debe-  
 re, vel inde constat, quòd, au-  
 ctore Platone, comparandæ  
 Scientiæ primi sint gradus 17  
 ὄνομα, καὶ λόγος. . Neque puto  
 dum hāc molior, me etiam  
 versari in sterile fundo: imò  
 affirmare id possum, etiamsi  
 somno monitus non essem, ta-  
 le me opus cudere, antequam  
 cuderem id, quod nescio quo-  
 modo obtigit, animi nè qua-  
 dam

## 6 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

sagacitate, an tacito instinctu, jam tamen me aggressurum, posteaquam nonnihil utilitatis auguror inde in literariam Rempublicam redundare posse. Faxit tantum Deus, ut inchoatum opus, eo initio, feliciter ad umbilicum perducere queam.

18 Unde jam etymologiæ necessitate ad quodlibet exordiendum opus cognitâ, nunc de Thesauri etymologia sci-

19 scitari oportet. Thesauri etymon à *Theca*, & *aurum* quidam duxere, ut scilicet *Aurum* repositum, seu abditum, ostendat; vel potius ut locum, ubi latescit aurum commoneat: cui etymologiæ assentiri

20 videtur Funger. *Etymolog. trilingu. verbo Thesaurus.* Hanc etymologiam sectantes, forsitan nixantur eo, quia *Theca* importat locum, ubi aliquid recondimus, ut patet ex Varrone lib. 1. de *Re rustic.* cap. 48. & eruitur ex Martial. lib. 14. *Epigram. 19.*

*Sortitus Thecam, calamis  
armare memento:*

*Catera nos dedimus, tu le-  
viora para.*

Pater denique ex Sueton. in *Claud. cap. 35.* Ciceron. lib. 5. in *Verrem*, ibi: *Qui viderit equum Trojanum introductum, urbem captam esse diceret: efferi sine Thecis vase.* At etymon istuc rejicit Bitsch. *opuscul. de*

*Thesaur. cap. 1. §. 14.* Eò quia id sustineri posset, quoties Thecaurus, & non Thesaurus 22 diceretur: cum neutiquam à Romanis conflatum, sed apud Græcos, & inde ad Romanos translatum esse fateatur; eamque notationem bigenerem 23 dictionem efficere, cum partim ex Græco, partim ex Romano sermone componatur: quod sanè potest dignosci quando apud Forner. lib. 5. *Rer. quotid. cap. 2.* Quintilian. *Instit. Orator. cap. 5. lib. 1.* Go-clel. lib. 3. *Problem. gramm. 29.* Legitur Hippo-pera, Bi-clini-24 um, Pulti-phagus, Anti-cato, Inani-logus, & Epi-togium.

Perottus in *Comment. ling. 25.*

*Latin. quē Cornucopiae inscripsit ad Martialem epigramm. 4.* Ubi voluit aurum dictum, fuisse à Græco quasi ὥπαιον, nempe pulchrum, seu decorum. Quidam quia præsertim custoditur. Græci quidem 26 ὥπαιον servare, vel custodire dicunt, ut quoque sensit Turnebus lib. 14. *Animadvers. cap.*

12. A quo Thesaurum dictum fuisse auspicatur. Quippe θήσαυρος 27 ponō significat, ὥπαιον custodio; quā etiā etymologiā reprobat Bitsch. *opuscul. de Thesaur. cap. 1. §. 14.* Ubi & §. 16. dixit, Thesaurū non esse dictionem compositam, sed simplicem, tum quia nulla compositionis evidens ratio afferatur, tum quia

# De Thesauris. Lib.I, Cap.I.

7

28 *Jurisperiti*, licet ad ejusmodi allusiones speciosas, magis quam veras proni, nullum ejus etymi vestigium appetet; subdens, quod Græcæ linguæ Doctores nihil in eo verbo,  
29 quam τὸ τίθημι adnotant: τὸ ἀντός pro nuda verbi productione habentes.

30 Sed mihi contrarium videatur verius, scilicet, quod Thesaurus non sit dictio simplex, ut Bitschius autemavit, sed composita, ut quoque voluit Funger. *Etymologic. trilingu.*  
31 *verbo Thesaurus*. Et componitur ex τῆς θέσεως, positione, & auro, quod Grammatici fletunt παπάτο ὥρεῖθαι, quod diligenter custodiatur. Huic de-

32 nique etymologiæ suffragatur Divus Isidorus Hispalensis lib. 16. *Origin. cap. 17.* Ubi affirmavit, quod Thesaurus, juxta Græcam proprietatem, ἀπὸ τῆς θέσεως à positione, id est à deposito nuncupatur: quippe θέσης vocatur positio. Idcirco thesaurum ex Græco & Latino sermone rectè compositū esse docuit, cum θέσης Græci repositum dicant; χρυσον aurum, quod simul, Aurum repositum

33 sonat. Unde nonnulli thesaurum dictum putarunt, quod εἰς ἀντόν in crastinum sit repositum, ut sit θέσης εἰς ἀντόν. At proprius vocem esse compositam, sive conjunctam, ut di-

34 xi, amplectitur Arnoldus Vin-

nus, in §. *Thesauros. Institut. de Rer. divis.* Ex τῆς θέσεως, τῷ αὐτῷ, ut sit Conditōrum pecuniæ; quoniam hoc nomine veteres Græci pecuniam vocabant, & 35 qui eximiam pecuniam habebat, ut testatur Hesychius, appellabatur ἀντός. Quapropter, Thesaurum vocem esse Græcam haud ambigendum est; cum id denique asseverarent plures Auctores, præser- 36 tim Balduin. in §. *Thesauros. Institut. de Rer. divis.* Arnold. Vinnius in eodē §. & expressius Bitsch. in opuscul. de Thesaur. cap. i. §. 5. Nam proficiscitur, ac orsum protrahit à verbo 37 Græco τίθημι, nimirum ponno; quod in futuro efficit Θησεῖ, prout Theseus dicitur à Θεσεῖ, vel τίθει, teste Plutarcho, in, Theseo. Quocirca locus ubi 38 opes seu divitiæ asservantur, γαζοφυλάκιον, Thesaurus nominatur.

Hanc Etymologiam ferè 39 amplectitur Donell. *Comment. jur. civil. lib. 4. cap. 14.* Ubi ait θησαυρός quasi seīs ἀντόν, quod in futurum tempus servatum est. At doctissimus F. Martinus del 40 Castillo, vir idiomaticus Græci summā peritiā præditus, in sua *Grammatic. Lingue Græc.* lib. 1. cap. 2. num. 39. Voluit θησαυρός non cum litera η, sed cū ε, pronunciandum esse, nempe Thesaurus, ἀντόν quidem crastinum & posterum diem signi-

## 8 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 41** significat: eamque inse quuntur Connan. lib. 3. *Commentar. jur. civil. cap. 4. num. 3.* Alciat. lib. 7. παρέργω jur. cap. 1. & lib. 4. de Verb. signif. sub tit. *Apolog. in L. Vallā.* Quos omnes sectatur hōster eruditissimus Covarruvias. Hanc originem amplectetur Bitsch. *de Thesaur. cap. 1. §. 9.* Quoties θησαυρός in primā syllaba nusquam per "n", sed per ει, & θετικά scriberetur, cum Donellus, & Connanus non activæ, sed passivæ vocis id ponant. Quapropter pro-
- 42** priorem existimat originem Christiani Becmani lib. *de Origin. Ling. Latin. verb. Aurum.* Ubi dixit Thesaurus θησαυρός παρὰ τὸ εἰς αὐρον τιθεσαι Refellit equidēm orsum Thesauri, prout duriorem, minusque probabilem traditum à
- 43** Favorino Camersio in *Lexic. Grac.* Ubi pro θησαυρόν nempe tutò repositum, posuit dictiōnēm ex θησαυρῷ, & αρων cōpositam; & sequitur dicendo ο Θησαυρός από τοῦ τιθεσαι θησω κατά αρω, τὸ αρμόδω, ἐτυμολογία ται αρμόδωτος η τοι μετά ασφαλειας αποτιθεμενος εἰς τὸ φιλάστεθαι θησαυρός, καὶ πλενασμῶ της
- 44.** θησαυρός. Quod ferè etymon tradidit Scaliger. *exercit. 78. & de Ling. Latin. cap. 91. in Commet. ad Festū Pompejum lib. 1. verbo Aurum.* Ubi scripsit Aurum θησαυρόν dictum fuisse à veteri vocabulo Græco αύρος, quod Græcis nunc nonnisi in

hoc composito non sit in usu, Latinis verò in ipso verbo Aurum. Quas omnes etymologias parum inter se differre, conjecto; cum ferè omnes Scriptores afferant, etymologiam thesauri, ut quasi dictus sit θετικός sive Θέματος εἰς αὐρον, videlicet in futurum reservatus, atque repositus: eamque, præter memoratos Donell. Alciat. Covarr. affectantur Frantz. *exercit. 4. 46 q. 10. thes. 1.* Amaya in *L. unic. C. de Thesaur. num. 3. lib. 10.* Harpprecht. & Wesenbec. in *g. Thesauros. Institut. de Rer. divis.* Mejerus Colleg. Argentorat. totius Jurisprud. ad tit. ff. *de Acquir. rer. domin.* Klokius *de Ærar. lib. 2. cap. 127, num. 1.*

Thesaurus quondam in Pā-  
dictis Florentinis (si est adhibenda fides quibusdam Scriptoribus antiquis) superadditā litera N, Thensaurus, legebatur: quod equidēm credēdum est, cum attestentur viri gravissimi; quibus plena est adhibenda fides, præcipue Cujac. lib. 10. *Observat. cap. 26. Demumper. ad Rosin. lib. 7. Antiquit. Roman. cap. 31.* Antonius Au-  
gustinus celeberrimus Jurisconsultus vetustatis solertissimus perscrutator, & Hispanæ antiquitatis indagator, lib. 2. *Emendat. cap. 6.* Pithæus, & Lindembrogius, quos sectatur Bitsch. *de Thesaur. cap. 1.*

56. Et Simonis in *dissert. 19.*  
*de Thesaur. Thes. I.* Veteres  
 49 *Thesaurum, Tensaurum* di-  
 xisse probat ex text. in l. 63. ff.  
*de Acquir. rer. domin.* text. in  
 l. 3. §. de *Acquir.* vel *amittend.*  
*possess.* Ubi bis, & in l. 15. ff. *ad*  
*exhibend.* Ubi quatuor vices  
 reperiri attestatur. At forsitan  
 sic legit in veteribus exempla-  
 50 ribus: ego vero nec in Floren-  
 tinis, nec in aliis *Tensaurum*  
 51 inveni. Id verum, ex fide li-  
 brorum manuscriptorum, ne-  
 pe ex Terentio, & Scholiaste  
 Juvenalis *Satyr. 13.* tradidere:  
 & in posteriori loco Scholia-  
 stes *vers. 199.* Glaucum gene-  
 re Spartanum dicit, qui credi-  
 tū fidei suae *Thensaurū à Mi-*  
*lesio quodam, & repetentibus*  
*hanc pecuniā heredibus filiis*  
*ejusdē Milesii reddere dubita-*  
*vit, teste Demsptero ad Rosin.*  
*lib. 7. Antiquit. Roman.* cap. 31.  
 Thesaurum *Thensaurum*  
 scriptum, reperiri forte Auctores probaverim, eò quia,  
 teste Simone, Cujacio, & An-  
 tonio Augustino, locis relatis,  
 ex fide codicis manuscripti, sic  
 apud Terent. in *Prolog. Eunu-*  
*chi.* legebatur ibi.

*Idem Menandri Phasma*  
*nunc nuper dedit,*  
*Atque in thesauro scripsit,*  
*causam dicere*  
*Prius unde petitur aurum,*  
*quare sit suum,*  
*Quām illuc, qui petit, unde*

*is sit thesaurus sibi;*  
*Aus unde in patrum mo-*  
*numentum pervenerit.*  
 Ubi Ælius Donatus dixit, ve- 52  
 teres Latinos secundum Græcos  
 Thesaurū sine litera N profer-  
 re, licet negatione m addat Cu-  
 jac. lib. 13. *Observat. cap. 26.* Sed  
 quod in Florentinis Codicibus  
 perpetuò legatur *Thensaurus,*  
 hoc neque Caper Grammati-  
 cus, neque Donatus compre-  
 bant. Quippe Thesaurum an-  
 tiqui juxta Ælium absque N,  
 proferebant. Nam, testante Si-  
 mone, Græci θησαυρός nempe 53,  
 Thesauros, non θησαυρός, scili-  
 cet, *Thensauros*, pronuncia-  
 bant. Nobis perinde erit; dum  
 modò constet, veteribus magis  
 Latinum fuisse Thesaurum; 54  
 magis euphonium *Thensaurū;*  
 ut optimè cum Antonio Au- 55,  
 gustino lib. 2. *Emendat. cap. 6.*  
 conciliari possit Justus Lipf.  
*lib. singul. de Rect. pronuntiat.*  
*Ling. Latin. cap. 5.* Caper Grā-  
 maticus, dum Thesaurus, &  
 Thesaurū scribēdū docuit, nō  
 Thensaurus, & Thenfaurū, ut  
 notavit Cujac. lib. 10. *Observat.*  
*cap. 26.* Et Epenthesis esse af- 56  
 feruit Drusius lib. 5. *Obs. cap. 21.*

Poterat illa differentiæ ra-  
 tio exoriri in scribendo *The-*  
*thesaurum, vel Thensaurum* ex  
 eo, quod olim antiqui Scripto-  
 res sāpē N, inter E, & S, po-  
 nebant, ut dictionem molliūs  
 proferrent, ut docet Antonius

Augustinus lib. 2. Emendat.  
cap. 6. Nam totiens, & quoties  
in veteribus monumentis, an-  
tiquisque Florentinis Padectis  
scriptum vidisse affirmavit, &  
*Thesaurum, & quadragesimum,*  
*trigesimum, & vigesimum,*  
*& deciens, centiens, milliens:*  
60 *Ut quoque Mesura Hebraicè,*  
*Latinè Mensura usurpatur.*  
Bitsch. de *Thesaur.* cap. 1. §. 6.  
*Formonfus pro formosus teste*  
Demoftero ad Rosin. lib. 7. An-  
tiquit. Roman. cap. 3. i. Hujus-  
61 modi quidem scriptura tan-  
tummodo in veteribus, ac ve-  
tustissimis monumentis lege-  
batur, ut refert Just. Lipsius  
de *Rect. pronunc. Ling. Latin.*  
cap. 5. ibi: *Scripturam illam*  
*priscam in vetustissimis tabu-*  
*lis areis, marmoreisque legi:*  
*ideoque ampliare se, nec teme-*  
*rè damnaturum esse.* Quod  
non tantum in dictorum me-  
dio obtinuit; sed etiam in prin-  
62 cipiis, & finibus; quam litera-  
rum adjectionem apud priscos  
Latinos frequentem fuisse an-  
notavit Auson. Popma lib. 1. de  
*Uso antiqua locut. cap. 4.*  
63 Apud Latinos, Thesaurum  
Flavissam dictum fuisse atte-  
stantur Alciat lib. 7. Παρεργῶν ju-  
ris cap. 1. Balduin. in §. The-  
sauros. Institut. de Rerum di-  
vis. Funger. Etymologic. Tri-  
ling. verb. *Thesaurus, in fine,*  
Bitsch. de *Thesaur.* cap. 1. part.  
1. §. 5. Hothoman. lib. 4. Anti-

quit. Roman. cap. 1. Ubi asserit,  
quod, quos Græco nomine  
Thesauros vocaremus, prisci  
Latini Flavissas appellantur,  
quod ex Q. Soriano refert idem  
Hothomanus: subnectens ra-  
tionem, scilicet, quoniam in  
Flavissis non æs rude, argen-  
tumque, sed flata signataque  
pecunia conderetur. Quod pa-  
tet ex Nonio in verb. *Flavissa.*  
Quod potest probari ex aucto-  
ritate Gellii lib. 2. cap. 10. Ubi  
sic loquitur: *Quos thesauros*  
*Græco nomine appellaremus,*  
*Priscos Latinos Flavissas dixi-  
se, quod in eos non rude æs, ar-  
gentumque, sed flata, signata-  
que pecunia conderetur.* Est  
enim Flavissa vocabulum ve-  
64 tus, quo, ut Varro opinatur, ve-  
teres Latini id appellabant,  
quod Græci *Thesaurum*: affir-  
mat quoque Calepinus in ver-  
bo *Flavissa.* Unde Favissæ Cel-  
65 læ quædam, & Cisternæ in arce  
Capitolina, ubi reponebantur  
signa, & Thesauri, & alia quæ-  
dam Religiosa Donarijs dicata,  
teste Aul. Gellio lib. 2. cap. 10.  
Quod ut apertiùs eluceat, in-  
tegrum Auli Gellij lib. 2. cap.  
10. locum haud tædeat refer-  
re: ait sanè hoc modo: Servius,  
Sulpicius Juris-civilis auctor,  
vir benè literatus scripsit ad  
Marcum Varronem, roga-  
vitque, ut rescriberet, quid si-  
gnificaret verbum, quod in Cē-  
foriis libris scriptum esset: id

erat, Favissæ Capitolinæ. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quod Quintus Catulus Curator restituendi Capitolii dixisset, voluisse se arcam Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in adem consenseret, suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret; sed facere id non quissee, quoniam Favissæ impedissent. Id esse cellas quasdam cisternas, qua in arce sub terra escent, ubi reponi solerent signa vetera, qua ex eo templo collapsa essent, & alia quadam religiosè donariis consecratis. Ad deinde eadem epistola negat quidem se in literis invenisse, cur Favissa dicta sunt. Sed Quintum Valerium Soranum solitum dicere ait, quos Thesauros Graco nomine appellaremus, priscos Latinos Flavissas dixisse; quod in eas non rude as, argentunque, sed flata, signataque, pecunia condenseretur. Conjectare igitur se detrahitam esse ex eo verbo secundā literam, & Favissas esse dictas cellas quasdam, & specus, quibus Editui Capitolini uterentur ad custodiendas res veteres religiosas. Concordat placitum Morery Dictionar. Historic. verbo Favissas, quo asserit, priscos Latinos, Flavissas appellasse, id quod Græci Thesaurum dixerunt, ut tradidit ex Aulo Gellio, Festo,

Nonio, ac Varrone in *Epistol.* ad *Servium Sulpit.* in hæc verba: Quos Thesauros Graco nomine appellaremus, priscos Latinos Flavissas dixisse, quod in eas non rude as, argentumque, sed flata, signataque pecunia condenseretur.

Est enim Thesaurus generalissimum nomen, quod apud Hebræos. obtinet Otsar, seu 67, Otsara, hoc est depositum, reposuit, recondidit, cui respondet Græcorum Θήση, à ποθῆση, ταπεῖον. Verbo Atsar Hebræorū quoque est affine Græcum Θησαυρός, quod recondere importat. Quippe Θησαυρός dicitur à verbo τίς ημι, vel τις εμαι εἰς αὐτούς, id est repono, recondo in futurū. Θημα quoque repositum indicat, vel id, quod conditum est. Θημα Hesychio θήμη: θημών, rerum congestarum cumulus; & θησαυρός, locus ubi opes reponuntur. Thesaurus item literarum monumenta significat, ut refert ex Xenophonte Joannes Crisp. in suo *Lexico Graco-Latino*: idemque asserit, rerum necessiarum acervos, ut frumenti, vini, & hujusmodi, thesauros dici ab Aristot. 2. lib. *Oecon.* Unde Thesaurum Etymon capefuisse longè clarescit. Usurpatur etiam translatè pro qualibet re, quā vel maximè in amore, & pretio habemus, ut apud Plaut. in *Pannul. act. 3. scen. 3.*

*Istic est thesaurus fultis  
in lingua situs,  
Ut quæstui habeant malè  
loqui melioribus.*  
Et apud Salvian. lib. i. contr.  
avarit. *Ipsum filium tuum*  
*thesaurum Dei feceris.* Eluce-  
scit quoque ex Sacris Literis  
apud Esaiam cap. 33. vers. 6.  
ibi; *Timor Domini ipse est the-  
saurus tuus.* Et apud Lucan.  
cap. 12. vers. 34. *ubi thesaurus  
tuus; ibi cor tuum.*

## SUMMARIUM.

- 1 *Vtilis, atque adeo necessaria  
in pertractandis rebus De-  
finitio.*
- 2 *Thesauri definitiones pluri-  
ma.*
- 3 *Rei sub terra condita, lu-  
cri, vel metus, custodiæve  
causa, furtum sic.*
- 4 *Homeri Scholiastis definitio  
Thesauri.*
- 5 *Graci, quo pacto Thesau-  
rum definiunt.*
- 6 *Quæ Auctori definitio arri-  
deat.*
- 7 *Ill. Verde, laudatur.*
- 8 *Amaya laudatus.*
- 9 *Varia Thesauri definitiones,  
vel potius descriptiones, non  
re, sed vocabulorum tenus  
discrepant.*
- 10 *Quæ requirantur ad bonam  
definitionem, remissive.*
- 11 *Definitio probata Thesauri,  
ad trutinam revocatur.*

- 12 *Res fungibles, qua.*
- 13 *Nomen pecunia latissimum.*
- 14 *Nomen pecuniæ in I. Rei ap-  
pellatio. ff. de Verb. signif.  
quam patiatur restrictio-  
nem.*
- 15 *Vox, Depositionis, res soli, seu  
immobiles respuit.*
- 16 *Pecunia pressius accepta, so-  
los denotat nummos, seu pe-  
cuniam numeratam.*
- 17 *Res immobiles deponi non  
queunt.*
- 18 *Thesaurus est pecunia loco  
custodienda tradita.*
- 19 *Livii locus de Thesauro.*
- 20 *Res, qua custodia alicujus  
committuntur, veluti, qua  
homini servanda tradun-  
tur, à pecunia Thesauri se-  
greganda.*
- 21 *Actio depositi unde progre-  
diatur.*
- 22 *Pauli in l. 3 i. §. i. ff. de Adq.  
rer. dom. intellectus tradi-  
tur, subdorante Cujacio.*
- 23 *Rei depositæ dominium, ac  
possessio, manet apud depo-  
nentem.*
- 24 *Et quid dicendum de re  
commodata.*
- 25 *Et quid de re locata.*
- 26 *Et quid de re oppignerata.*
- 27 *Nuda traditio nunquam  
dominium transfert.*
- 28 *Quo pacto Thesauri domi-  
num ex depositione adqui-  
ratur.*
- 29 *Thesaurus duplex.*
- 30 *Paulus ad disputationem De-*

*positi depositionem Thesau-  
ri pertinere censuit.*

## C A P. II.

De Thesauri Defi-  
nitione.

1 **Q**UAM utilis, immoque ne-  
cessaria sit, in pertra-  
ctandis rebus, Defini-  
tio, satis ostendi in' meo tra-  
ctatu de Compensationib. q.2.  
num.1. lib.1. Ideoque in hoc  
commonstrando neutquam  
diu percūctabor; sed definitio-  
nes, potiusve Thesauri descri-  
ptiones, quas plures retulere  
referam.

2 Thesaurus equidem à qui-  
busdam definitur, quod sit Ve-  
tus pecuniae depositio, cuius  
memoria non extat, ut jam do-  
mino careat: & hanc defini-  
tionem sectantur, ac comple-  
tuntur Sixtin. de Regalib. lib.  
2. cap. 21. num. 3. Arnold. Vinn.  
in §. Thesauros. Institut. de Rer.  
divis. Connan. lib. 3. Comment.  
jur. civil. cap. 4. num. 1. Aliqui  
verò eum definiunt, esse Pecu-  
niā humi defossam, si exce-  
dat hominum memoria, mor-  
tuis ut s̄æp̄e fit dominis, quo-  
niā quandiu extat, Thesau-  
rus haud propriè dici potest.  
Cui descriptioni suffragatur  
text. in l. Unic. C. de Thesaur.  
lib. 10. eamque insequitur For-

catul. Dialog. 56. num. 4. Alii  
asserūt esse Depositivas pecu-  
niās, quæ longā vetustate, com-  
petentes dominos amiserunt:  
quam amplexantur Arniseus  
de Ærar. lib. 3. tit. de Bon. ere-  
ptit. ex caduc. cap. 6. n. 21. Ja-  
cob. Gothofred. in Commentar.  
ad l. i. C. Theodosian. de The-  
saur. Ejusque meminit Amaya  
in l. Unic. C. de Thesaur. lib. 10.  
num. 2. Cujac. in Commentar.  
ad Codic. Justin. lib. 10. tit. 15.  
verb. Id est condita. Hujusmodi  
definitionem sequentes, ipsam  
equidem defumpsere ex Cas-  
siodoro lib. 6. Var. cap. 8. ex illis  
verbis: *Depositiva quoque pe-  
cunia, que longa vetustate cō-  
petentes dominos amiserunt,*  
*inquisitione tua nostris appli-  
cantur Ærariis; ut quia sua  
cunctos patimur possidere, alic-  
na nobis debeant libenter offer-  
re; sine damno siquidem invē-  
ta perdit, qui propria nō amit-  
tit.* Adsumt enim, qui asseve-  
rand, Thesaurum esse tam ve-  
terem pecuniae depositionem,  
ut jam dominum non habeat;  
& illi definitioni hærescūt Ho-  
magen. de Jure publico lib. 3. cap.  
4. Diana tractat. 6. Resolut. i. §.  
1. tom. 6. Bornit. de Ærar. lib. 3.  
cap. 9. Vander. Graef. Syntag-  
mat. jur. public. cap. 47. num. 4.  
Cæteri sanè auspicantur The-  
saurum dici, quandam pecu-  
niā veterem depositionem,  
cujus neutquam extat memo-

ria , cum jam dominum non habeat; sic enim sit ejus, qui invenerit , quod non alterius sit;  
 3 alioquin si quis aliquid, vel lucri causâ, vel metus, vel custodiæ considerit sub terrâ, non est Thesaurus, cuius etiam furium fit. Et isti descriptioni opitulatur Calvin. *de Æquitat.* lib. 2. cap. 19. num. 1. Alteri verò affirmant, quod Thesaurus sit pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: quam infectatur Fulgineus *de Jure emphyteutic.* tit. *de Divers.* quest. *emphyteutic.* qu. 16. num. 1. A Paulo definitur in l. 3. §. 3. ff. *de Adquir. possess.* Depositio pecuniæ. A Triphonio in l. *Si quis in aliena,* σ. 3. §. 3. ff. *de Acquir. rer. domin.* Positus. A Labeone in l. 39. §. 1. ff. *de Aur. & argent. legat.* Depositū. A Papiniano in l. *Peregrè,* 44. ff. *de Acquir. possess.* Pecunia condita. A Leone in l. *Unic.* C. *de Thesaur.* lib. 10. Condita mobilia. A Leone Philosopho in *Novell. constit.* 51. Reconditus.  
 4 Ab Homeri Scholiaste *Iliad.* 3. ἀπόθετα χρήματα, teste Fornerio in *Notis ad Cassiodorum* lib. 6. *Variar.* cap. 8. nēpe , Apoteta  
 5 Chrimata . A Græcis cōmuniter definitur, τῶν χρημάτων ἀπόθεσις, scilicet Tō Chrimaton apothesis , ut docet Cujac. lib. 23. *Quæst. Papinian.* ad l. 44. ff. *de Acquirend. possess.* Sic nostras Quintilianus lib. 2. *Institut.*

*orator.* cap. 7. dixit: Sed sponte, & ex reposito velut thesauro se offerentibus. In Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 58. *de Offic. Secreti constit.* 2. Pecunia absconsa ab aliquo: Quomodo etiam pro eo, quod apud Græcos est ἀμημόνευτος τῶν χρημάτων ἀπόθεσις, Scholia Homeri legit, ἀρνα, τοι ἀπόθετα χρήματα. Et Varinus Camers. habet Συρχεγήν χρημάτων, τοι χρημάτων.

Sed definitio, quæ mihi præceteris omnibus placet, est ea, quæ adducitur à Jurisconsulto Paulo in l. *Nunquam,* 31. §. 1. ff. *de Acquir. rer. domin.* Nimirum, quod Thesaurus est vetus quadam depositio pecunia, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Hāc equidem Thesauri definitiōnem sequuntur, ac amplectūtur Desprez. in *Notis ad Horat.* lib. 2. satyr. 6. vers. Porrò Thesaurus. Alciat. lib. 7. Parerg. cap. 1. Amaya in l. *unic.* num. 2. C. *de Thesaur.* lib. 10. *Peregrin. de Jure Fisc.* lib. 2. tit. 2. num. 1. Covarruvias in *cap. Peccatum.* part. 3. §. 2. num. 1. Bitsch. *de Thesaur.* cap. 2. num. 1. part. 1. Lagunez de *Fructib.* part. 1. *cap. II.* num. 2. Connan. lib. 3. *Commentar. jur. civil.* cap. 4. n. 1. Arnold. Vinn. in §. *Thesauros.* num. 2. *Institut. de Rer. divis.* Arnisæus de *Ærar.* lib. 3. tit. *de Bon. erexit. & caduc.* cap. 6. num. 21. Gutierrez lib. 4.

- Practic.q.36.num.1. Cujac.lib.  
31.Paul.ad edict. Pineda de  
Reb. Salomon. lib.4. cap. 22.  
Antunez de Donat.part.3.cap.  
10.num.1. Navarrus Manual.  
cap.17. num.172. Barbos.in l.  
Divortio,8. §. Si fundum,num.  
26 ff.Solut.matrim. Forner.in  
Notis ad Cassiodor. lib.6. Va-  
riar.epistol 8. Borell. de Pra-  
stant.Reg.Catholic.cap.26.n.3.  
Gregor.Syntagma. jur. lib.23.  
cap.3. num.19. Oynotom. in  
§.Thesauros. num.4. Institut.  
de Rer.divisif. Doctissimus E-  
7 piscopus Verde lib.2.Institut.  
tit.2. lemma 37. num.173. de  
Rer.division. Christinus dec.  
Belg.16. num. 2. vol.5. Ripoll.  
de Regalib.cap.16.num 4. Ru-  
beus de Confus.jur.defunct. &  
baref.cap.5.num.15. Medices  
de Definitionib.part.2. definit.  
39.Vander Graef.Syntagma.  
jur.public.cap.47. num.4. Bor-  
nitius lib. 3. de Ærar. cap.9.  
Et licet hæ omnes definitio-  
nes, seu potius descriptiones  
diversæ videantur; tamen in  
quam sectatus sū descriptionē  
conjurant, ut voluit celebris  
8 Antiquariensis Amaya, vir sū-  
mā imbutus doctrinā, ac om-  
nigenā eruditione pollens, in  
l.unic. num.2. C.de Thesaur.  
lib.10.
- 9 De iis, quæ requiruntur ad  
hoc, ut sit bona definitio, lato  
calamo egi in meo tractatu de  
Compensationibus quest.2.lib.1.
- Unde hīc tantummodo anne-  
ctam, hanc definitionem no- 10  
stram ex genere, & differen-  
tia constare. Nam per ly pecu-  
nia, ostenditur ipsius definitio-  
nis genus, per quod convenit  
cum cæteris rebus numero,  
pondere, vel mensurā constā-  
tibus, quæ dicuntur Fungibi-  
les in l.2. §. Mutui datio, ff. Si 11  
cert. potat. text. in l.34.ff.de Ju-  
rejur. text. in l.2. §.i. C.de Con-  
stitut.pecun. text. in l.30. ff.de  
Legat.i. Cum pecuniæ verbū  
non tantū res mobiles, sed 12  
quoque res soli; & non tan-  
tū corpora, sed jura, & actio-  
nes, & nomina comprehēdat,  
ut docet Hermogenianus in l.  
Pecunia nomine, ff. de Verb.  
sign. text. in l.2. §.i. vers. Ita  
omnes res. C.de Constituta pe-  
cun. Licet non adeò latè, nec 13  
tam angustè hoc pecuniæ ver-  
bum accipiatur in l. Rei appell-  
atio, ff. de Verb.signific.text. in  
l.2. §.i.C. de Constit.pecun. Ast  
res incorporales, quarum do-  
minium non est, minimè obse-  
pit text. in l.4. ff.Commun. di-  
vidund. Eodem ipso modo,  
quo Depositionis vox, res soli,  
seu immobiles rejicit, ac re- 14  
fellit: eò quia' nec abscondi,  
nec deponi queunt. Quando-  
quidem sanè pecunia capessi-  
tur, ac sumitur strictius, vide-  
licet pro solis nummis, vel pro  
solā pecuniā numeratā, ut in 15  
l.7. §.3. ff. ad Senatus consult.

*Macedon.* text.in l.3 ff. de eo quod cert. loc. text.in l.3. §.2. & 4. ff. de Contrar. tutel. & utilit.

Constat etiam hæc definitio nostra ex differentiâ, quæ emitur ex illo verbo *Depositio*: quippe illud cum significet pecuniam, denotat differentiam rerum immobilium, quæ deponi non possunt, ut eluceat ex text.in l.unic.C.de Thesaur.ibi: *Mobilia*. Et rerum deperditarum, & quæ homini dantur ad custodiendum. Nam Thesauri pecuniæ non homini, sed loco custodiendæ creditæ sunt, ut patet ex text. in l. *Peregrè.* ff. de *Acquirend. possess.* ibi: *In terra condita*, & ex *Novella Leon.* 51. ibi: *In terrā defossa*. Idque possumus ex Pavino Livio comprobare, dum dixit, Thesaurū saxo quadrato sub terrā septum fuisse, idem Titus Livius lib. 39. *Histor.* cap. 50. his verbis: *Admonent deinde quidam, esse Thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum.* Eò vincitus demittitur, & saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est: ita loco potius quam homini cuiquam credendam custodiam rati, lucem in sequentem expectaverunt.

Hinc fit, ut res illæ, quæ custodiæ alicujus committuntur, veluti, quæ homini servandæ traduntur, à pecuniâ Thesauri

segregentur, ac secernantur, text.in l.1 ff. de *Deposit.* Ex qua traditione Actio depositi oriatur, de qua obloquutum fuisse Jurisconsultum Paulum in l.31. §.1. ff. de *Acquir. rer. dom.* Enitescit ex inscriptione text. in l.2. & 13. ff. de *Deposit.* Cujus rei indicium Cujacio in *Commentar. ad Paul. ad Edict. lib. 31. Labito Indic. Pädectar. in leges sub eod.lib. Pauli*, Eberlinno *Commentar. ad text.in l.2. ff. de Origin.jur. cap. 52. nu 22.* debere nos attestatur Bitsch. *opuscul. de Thesaur. cap. 2. §. 29. part. 1.* Subnecit equidem Cujacius, Paulum eo loco docuisse, rei depositæ dominiū, ac possessionem apud dependentem manere. Hoc ipsum profectò habemus de re depositâ ex text.in l.17. §.1. ff. de *Deposit.* Et de re commodatâ in l.9. ff. de *Commodat.* Et de re locatâ in l.39. ff. de *Locat.* & *conduct.* Et de re oppignera-tâ in l.35. §.1. ff. de *Pignor at. act.* Quod enim habetur in l.31. de *Acquir. rer. domin.* De nuda traditione, illa sanè nūquam dominium transfert, nisi accedit venditio, vel aliqua alia justa causa idonea ad dominiū conferendum in alium, ob quam sequatur.

Ac ne quis εὐσατει de Thesauro deposito adferret, quoniam eo dominium mutetur, & in alterum transferatur.

Nam qui jure gentium fit inventoris, juxta dispositionem text. in l. 31. §. 1. ff. de *Acquir. rer. domin.* text. in l. unic. C. de *Thesaur. lib. 10.* text. in §. *The sauros. Institut. de Rer. divis.* Ideoque Paulum, ut quasi narrat πρόλογῳ ipsi satis obstaculo accederet, duo esse Thesaurorum genera exemplò addidisse: Unum cuius nusquam extat memoria, ac ideo inventori acquiratur: haud porrò tam ipsa depositione, quam ignorantia, ac vetustate domini causam perhibente: Reliquum quidem cuius extet memoria, habeatque dominium; quo circa nequaquam fiat inventoris, sed furto ipsum con-

28 trectantem obstringat. Unde Paulus ad disputationem depositi, Thesauri depositionem spectare autumavit, eamque ut affinem ac cognatam profectò tractasse conficitur Bit- sch. de *Thesaur. cap. 2.* §. 29, part. 1. Prætermisis distinctionibus, quæ adducuntur ab Imperatore Justiniano in §. *The sauros. 39. Institut. de Rer. divis.* & *acquir. ear. domin.*

S V M M A R I V M.

- 1 Continuatio capituli cum praecedenti.
- 2 *Thesaurus consistit in pecuniiis, ac mobilibus.*
- 3 *Virgilii locus ad rem perbellem expensus.*
- 4 *Leonis Imperatoris Constitutio*

- . *de Thesauris, bosce in mobilibus consistere demonstrat.*
- 5 *Verbum, Mobilia, in definitione. Thesauri à Leone tradita, sphalma. Librarii indubie. Auctori, ac pro Mobilia, Monilia legendum.*
- 6 *Claudiani locus ad rem appositè allatus.*
- 7 *Monilia, quavis pretiosa significant: Plinii locus opportunus,*
- 8 *Monilia pro cuiusvis rei ornamento; Apuleii congruum testimonium.*
- 9 *Chariblepharon, qua arbos Plinio.*
- 10 *Spathalia, & monilia ex arbore femina conficiunt.*
- 11 *Spathalia quid.*
- 12 *Tertulliani locus appositus.*
- 13 *Claudiani locus expositus.*
- 14 *Monilia κειμία, mundus omnis χόσμος, torque, armilla, seu alia ornamenta, que ad rem quampiam decorandam adhibentur.*
- 15 *Arriani locus de Cyri sepulcro ventilatur.*
- 16 *Josephi locus de Davidis monumento ab Hyrcano Thesauro spoliato.*
- 17 *Monile, gutturi ornamenti.*
- 18 *Apud Cantabros, & Vectones mulieres monilibus ferreis utebantur: ac quodam umbracula à fronte protensa, quod attrahebant, ac retrahebat, quem lubebat.*
- 19 *Monile, non solum hominū,*

- sed & equorum, aliorumque animalium.
- 20 *Theſaurus ſtrictè, ac rigorosè ſumptus, tantummodò pro pecunia accipiendus.*
- 21 *Aurum, vel argētū, vel quilibet alia res pretiosa, non dicitur propriè Theſaurus.*
- 22 *LL. de Theſauro propriè dicto verba facientes.*
- 23 *Justini locus de Alexandri Theſauris conſideratus.*
- 24 *Turnebi de vero Theſauro Testimonium.*
- 25 *In Theſauris olim tantummodò nummus asper recon-debatur.*
- 26 *Nummus asper, qui.*
- 27 *Persii locus conjecturā à Turnebo illustratus.*
- 28 *Pecuniarum belluones, innummis congerendis deligendisque morosi.*
- 29 *Ratio veri Theſauri, nummum tum recentem, tum veterem admittit.*
- 30 *Theſaurus antiquitus etiā in pecunia percussa cōſtebat.*

## C A P. III.

Theſaurus propriè ſumptus, in quibus rebus conſtat?

**C**UM enim ſuperiùs ex Jurisconsulti Pauli reſponſo in *l. numquam, 31. §. I. ff. de Acquir. rer. domin.* Theſaurum esse quamdam veterem pecuniae depositionem

ſcripferim; nunc jactare rogationi, Theſaurum in pecuniis, 2 ac mobilibus rebus conſistere conſequens eſt respondere, ut plures quoque Doctores fecere; quorum numero præſertim adſtipulari queunt Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 21. num. 3.* Amaya in *l. Unic. num. 3.* C. de Theſaur. lib. 10. Arnifex de Jure Majestat. lib. 3. tit. de Bonis ereptis. & caduc. cap. 6. num. 21. Arnold. Vinn. lib. 2. Institut. tit. 2. §. Theſauros. Lagunez de Fructib. part. 1. cap. 11. num. 3. Idque aperte elicitur ex eo, quod cum ſemper 3 Theſauri abſconditi in terrâ inveniantur, ut cecinit Virgil. lib. 1. *Aeneid.*

*Auxiliumque via, veteres tellure recludit  
Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.*

Conſequens enim eſt, ut Theſaurus in rebus mobilibus conſistat. Theſaurum porrò in mobilibus rebus conſistere 4 hauritur ex Imperatoris Leonis conſtitutione, quā dixit Theſaurum eſſe Condita ab ignotis dominis tempore vetustiori *mobilia*. At quamvis Leo hīc nequaquam *mobilia* verbum annecteret, clarè, Theſaurum ex ejus definitione, ex mobilibus rebus conſtare eluceſceret. Quippe cum Paulus *lib. 22. ad Edictum* aſſerat, Theſaurum eſſe quamdam depositionem pecuniae,

- cujus non extat memoria, ut  
jam dominum non habeat, su-  
perfluum videtur illud verbū  
*mobilia* in dictā l. *Unic.* *C.de*  
*Thesaur.* *lib. 10.* appositum.
- 5 Quapropter ibi *mobilia* ver-  
bum mendosè à typographo  
Codicī Justiniani injectum, dū  
non *mobilia*, sed *monilia* legē-  
dum est, ut legitur quoque in  
l. 3. *C.Theodosian.de Thesaur.*  
ibi: *Quisquis Thesauros, &*  
*condita ab ignotis dominis tē-*  
*pore vetustiore monilia: quam*  
*lectionem rectiorem esse fa-*  
*tentur Gothofred. in Commē-*  
*tar. ad dict.l.2. Cujac.in Com-*  
*mentar.ad lib. 10. Codic. tit. 15.*  
*verb. Id est condita, in fine. La-*  
*gunez de Fructib.part.1. cap.*  
· 1. num. 3.. *Arnisæus.de Jure*  
*Majestat. lib. 3. tit. de Bonis*  
*enepli. & caduc.cap. 6. nu. 21.*  
Amaya in l. *Unic.* *C.de* *Thesaur.* *num. 3. lib. 10.* Et sic legē-  
dum mihi rectiùs videtur;  
quoniam magis *Thesauri no-*
- 6 *mini monilia*, quam *mobilia*  
cōvenit: Hauritur ex *Claudian.*  
in *Rufin.lib. 1.*

..... cuicumque monile  
cōtextum gemmis, aut prae-  
dia culta fuissent.

- Quippe potest esse aliqua *res*  
*mobilis* parvi valoris, quam  
*Thesaurum* dicere ridiculum  
7 esset. E converso dum dici-  
mus *monilia*, eo verbo intelli-  
gitur, quævis *res pretiosa*. Et  
8 pro cuiusvis *rei* ornamento  
accipitur ab Apulejo in *Apo-*

*log. fol. mihi* Qua ex re di-  
lucidiūs lectio Justinianei Co-  
dici⁹ mendosa cernitur, cum  
pro *Mobilia*, *Monilia* subji-  
cere teneamur; quæ *Thesauri*  
rectiùs dici possunt, cum inter-  
pretiosiores res connectantur.  
Idcirco dum Plin. *lib. 13. cap.*  
24. Arbores quasdam com-  
memorat, refert quemdam, qui  
Χαριτελέφαρον, idest charitable-  
pharon dicitur à venustate  
genarum, postea subnectit:  
*Spathalia* eo facere, & *moni-*  
*lia feminas*, quæ omnia ad 10  
*Thesaurum* attinent, quia spā-  
talia sunt muliebria ornamē-  
ta, ut patet ex Tertullian. in 12  
*lib. de Cult. femin.* ibi: *Nescio*  
*an manus spatilio. circundā-*  
*ri solita; in duritia catena stu-*  
*pescere sustineat.* Id ipsum eli-  
cimus ex *Claudian.* in *Nupt.*  
*Honor. & Mar.*

*Certatimque novis ornant  
connubia donis:*

*Cingula Cymothoe, raraum  
Galathea monile,*  
*Et gravibus Spatale bac-*  
*cis diadema ferebat.*

*Intextum....*

Unde *monilia* μενίλια, mundus 14  
omnis, κόσμος, torques, armillæ,  
ut enitet quoque ex Plinio *lib.*  
12. *Histor. natural. cap. 19.* ibi:  
*Contra reuehunt vitrea, &*  
*abena, vestes, fibulas cum ar-*  
*millis, ac monilibus; seu alia*  
*ornamenta, quæ alicui rei cau-*  
*sa decorandi, seu ornandi ad-*

15. hibetur, ut obtigit Cyri se-  
pulchro, ut asseruit Arrian.  
*lib. 6. Expedit. Alex. and.* Et  
Scholiaſt. Homer. *κειμένα ex-*  
*poſuit ἀργά, ργί ἀποθέτα χρήματα,*  
*abditas, ac reconditas opes,*  
*ut etiam interpretatus fuit*  
*Gothofred. in l. 2. C. Theodo-*  
*sian. de Thesaur.* Idem de  
16. Davidis monumento, à quo  
Hyrcanus Thesaurum sustu-  
lit, refertur à Josepho *lib. 13.*  
*Antiq. Judaic. cap. 16.* & *lib. 1.*  
*de Bell. Judaic. cap. 2.* Et præ-  
cipue gutturus ornementum  
dicitur monile, quod Græci  
*σφυρούς περιπάτον* nuncupant, &  
17. præcipue ad feminas perti-  
nere, ut apparet ex Claud. *de*  
*Bell. Getic.*

*Conjugis invicto, qua du-*  
*dum frēta marito*

*Demens Ausonidum gem-*  
*mata monilia matrum.*

Cum collo exornandi causā  
adhibetur, ut patet ex Ovid.  
*lib. 10. Metamorph.*

*Dat digitis gemmas, dat*  
*longa monilia collo.*

Et eruitur ex Virgil. *lib. 1.*  
*Aeneid.*

*Maxima natarum Priami,*  
*colloque monile*

*Baccatum, & duplicem gē-*  
*mis, auroque coronam.*

Et Claudian. *de sexl. Consu-*  
*lat. Honor.*

*Substringitque comam gē-*  
*mis, & colla monili.*

*Circuit . . . . .*

48 Apud Vectones, & Cantabros

mulieres monilia ferrea collo  
circumdatे. & à fronte pro-  
tensum unbraculum, quod at-  
trahant, quum velint, & retrahant, narrat Alex. ab Alex.  
*lib. 3. Dier. gen. cap. 18.* Quod  
antea retulit Strabo. *lib. 3.*

Neque solum illud moni- 19  
le appellatur, quod ex homi-  
num; verū etiam, quod ex  
equorum, aliorumve anima-  
lium collo dependet, ut inno-  
tescit, ac deponitur ex Vir-  
gil. *lib. 7. Aeneid.*

*Aurea pectoribus demissa,*  
*monilia pendent.*

Ex quibus hauritur asseren-  
dum, lectionem Codicis Justi-  
niani in dicta *l. unic. C. de Thes-*  
*aur.* mendosam esse; sectan-  
damque eam, quam in *l. 2. C.*  
*Theod. de Thesaur.* reperi-  
mus, & legendum loco *Mo-*  
*bilia, Monilia.*

Unde Thesaurus rigorosè 20  
sumptus *ἰδιώτας*, nimirum  
strictè, ac propriissimè capessi-  
tur tantummodo pro pecuniâ;  
& si sit aurum, vel argentum,  
vel quælibet alia res pretiosa 21  
non dicetur propriè Thesau-  
rus, cum iſ solūm dicatur, quo-  
ties adeſt yetus quædam de-  
positio pecuniæ, cuius non ex-  
rat memoria, ut jam dominū 22  
non habeat, ut expressè exo-  
ptat Jurisconsultus Paulus in  
*l. Nunquam, §. Thesaurus, ff.*  
*de Acquir. rer. domin. Ideoque*  
*omne id, quod pecunia non*

est, Thesaurus propriè dici nō  
23 potest; & de hoc Thesauro  
propriè sumptu loquuntur text.  
in l.unic.C.de Thesaur.text.ia  
l.Si is, 63. ff.de Acquir. rer.  
domin. text.in l.4. §.penultim.  
ff.ad Leg. ful. pecular. text. in  
l.Fructus, 7. §.si fundum, 12.  
ff.Salut. matrim. text. in l.1. Et  
l.3. §.penultim. Et fin. ff.de Jur.  
Fisc. text.in §.Thesauros, 39.  
Institut.de Rer.divis. Novell.  
Leonis Imperatoris, 51. lib.2.  
Fendor. tit. Qua sint regalia.  
Nempe de illo Thesauro, qui  
24 in pecunia tantum consistit,  
de quo propriè loquitur Ju-  
stin.lib 13.cap.1. Ubi postquam  
Magni Alexandri, in ipso æta-  
tis, ac victiarum flore, obi-  
tum memorat, subjūgit, quòd  
Principes Regnum, scilicet  
Babylonis, & imperia; vulgus  
militum Thesauros, & grande  
pondus auri, velut inopina-  
tam prædam, spectabant: illi  
successionem Regni: alii opū,  
ac divitiarum hæreditatem  
cogitantes, subdidit hæc ver-  
ba: Erant enim in Thesauris  
quinquaginta millia talerum,  
& in annuo vectigali tributo,  
tricena millia. Ex quibus ap-  
paret loquutum fuisse de ve-  
ro, & proprio Thesauro, in  
pecunia consistente, & quem  
definit Paulus in dict.l.Nun-  
quam, §.Thesaurus. ff.de Ac-  
quir.rer.domin.

25 Hoc denique patet, ac aper-

tiùs hauritur ex Turnebi lib.  
18. Adversar.cap.28. Ubi as-  
severat, quòd olim, qui The- 26  
sauros parare studebant, in eis  
nummum asperum reconde- 27  
bant; quem Turnebus ipse in-  
terpretatur nummum benè  
percussum, & recentem, secus  
verò antiquum, neque tritum,  
atque ipso usu lævem fugien-  
tibus notis, nec forma expres-  
sa. Quòd spectare suspicatur 28  
illud Persii Satyr.3.

*Quid asper Vtile nummus  
habet?*

Subiectens, quòd, qui sunt pe- 29  
cuniarum cupidi, in nummis  
fastidiosi erant, delectumque  
habebant, & nummos perfe-  
ctissimæ, & expressissimæ for- 30  
mæ servabant. Licet ad hoc  
ut verè Thesaurus dicatur,  
haud exoptetur ut nummus  
sit recens, vel non; cum satis  
sit, ut sit pecunia signata, iuxta  
text.in l.Nunquam, §.Thesau-  
rus. ff.de Acquir.rer.domin.  
Unde inferendum est antiqui-  
tus quoque Thesaurum in pe-  
cunia percussa consistere, ut  
depromitur ex illis verbis  
Turnebi lib.18. cap.28. ubi sic  
affatur: Olim qui thesaurum  
parare studebant, in eo num-  
mum asperum libenter recon-  
debant, quem interpretor, be-  
nè percussum. Et Thesaurum  
propriè in pecunia consiste-  
re asseveravit Bornitius lib.3,  
de Ærar.cap.9.

## SUMMARIUM;

- 1 Ordinatissima capitum continuatio.
- 2 Thesaurus persapè Gracis, Latinisque idem est ac Persis Gaza.
- 3 Pecunia nuper deposita, & cuius dominus ignoretur, passim audit Thesaurus.
- 4 Voce Thesauri continentur impropriè omnes res pretiosa.
- 5 A Latinis Thesaurus sumitur pro quibusvis pecuniis.
- 6 Locus Bruti apud Ciceronē expositus.
- 7 Locus Ciceronis propalatus.
- 8 Titulus C.de Argenti pretio lib. I o. illustratur.
- 9 Thesaurus Synecdochicòs, repositiorum argenti, pecuniaeque.
- 10 Thesaurus Metonymicòs pro pecuniis, & aliis rebus pretiosis.
- 11 Intellectus variorum Sacrae paginae locorum, in quibus Thesaurus memoratur.
- 12 Hebraicè Thesaurus, qui vocetur.
- 13 Thesauri vox pro omnire chara, rara, eximia sumitur.
- 14 Quo pacto Thesaurus idem atque *κειμήλον*.
- 15 Gracorum Paroemia exposita.
- 16 Thesaurus impropriè, ac generalissimè pro cuiusvis rei copia, sive res sint corporales, sive incorporales, & siue bona, sive mala.
- 17 Hebraicè Otsar Thesaurus, accipitur pro ingenti rerum copia.
- 18 Locus Deuteronomii explanatus.
- 19 Verbum Hebraicum Atsar, aliquando pro congerere, & accumulare, ac in immensum augere sumitur.
- 20 Amos locus declaratus.
- 21 Nonius Marcellus minus propriè, quid pro Thesauro intelligat.
- 22 Vitruvii locus explicatus.
- 23 Varii veteris, novique Instrumenti loci expositi.
- 24 Lux variis profanorum Autorum locis allata.
- 25 Thesaurus translatè pro qualunque re, quam ingenti amore prosequimur.
- 26 Plauti locus enucleatus.
- 27 Thesaurus quandoque pro loco, in quo thesaurus afferatur.
- 28 Cassiodori locus expensis.
- 29 Casauboni locus examinatus.
- 30 Arca, seu Cista, seu truncus illi, in quos in Templis elemosyna, & collationes inferuntur, Thesauri audiunt.
- 31 Locus Varronis appositè exteratus.
- 32 Senecæ locus enarratus.
- 33 Gazophylacium pro Thesauro.
- 34 Ovum, quo pullus comprehende-

- henditur, *Thesaurus cui dicatur.*
- 35 *Proverbium:* Thesauro dignus, quid indigit.
- 36 *Diverbii Carbones pro Thesauro, sensus.*
- 37 *Thesaurus stupri, quid.*
- 38 *Thesaurus iræ apud Apostolum, quid.*
- 39 *Principum, vel Civitatum opes, thesauri.*
- 40 *De thesauris impropriè acceptis quinam memoria prodidere.*

C A P. IV.

De Thesauris impropriè sumptis.

**I**llicet Thesaurus propriè, ac rigorosè sumptus in pecuniâ tantùm consistat, ut in præcedenti capite luculenter affatus fui; attamen persæpè accipitur *idem* propriè, & 2 latè, ita ut Græcis, ac Latinis, idem sit *θησαυρός*, quod Persis, ac Medis Gaza, ut ex Suida, ac Servio notat Bitsch. *de Thesaur part. I. cap. I. §. 18. infine*, & Arnold. Vinn. in §. *Thesauros. Institut. de Rer. divisi. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 21. n. 3. Tiraquell. Annotat. ad Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. genial. cap. 2. fol. mibi 95. verbo Cambysis. Scilicet quævis divitiæ, quas in futurū tempus recondimus.*

Quippe & pecunia nuper deposita, & cujus dominus non ignoratur, apud nos tro. Thesaurus passim vocatur, præsertim in l. *Thesaurus, 15. ff. ad exhibend. text. in l. 3. §. Neri- tius, ff. de Acquir. posseß. text. in l. Item Labeo, 22. ff. Famil. ercisc. text. in l. Uxori, 39. §. I. ff. de Aur. & argent. legat. text. in l. *Peregrè, 44. ff. de Aquir. poss. Hinc est*, ut hac voce 4 Thesauri contineatur impropriè omnis res pretiosa, ut docuere Alciat. lib. 7. Parerg. cap. 1. Funger. *Etymologic. triling. verb. Thesaurus.* Amaya in l. unic. num. 3. C. de Thesaur. lib. I., Arnoldus Vinnius in §. *Thesauros. Institut. de Rer. divisi. Cerda ad Virgil. lib. I. Æneid. Cujac. lib. 31. Paul. ad Edic. l. Nunquam. ff. de Acq. rer. domin. Gregor. Syntagm. lib. 23. cap. 3. Forner. ad Cassiodor. epistol. 8. Nec à Latinis Thesaurus solùm sumitur pro 5 pecuniâ ab ignotis dominis antiquitùs depositâ, cujus non extat memoria, juxta text. in l. *Nunquam §. Thesaurus. ff. de Acquir. rer. Domin. text. in §. Thesauros. Institut. de rerum divisi. Sed sumitur quoque pro quibusvis pecuniis, seu divitiis depositis. Hoc detegitur ex Bruto inter epistolas Ciceronis lib. II. epistol. 10. ibi: Nam si Varronis thesauros habere, sustinere sumptum possem. Et***

7 eluescit etiam ex Cicerone lib. 5. de Finib. ibi: *Suppedare alicui aliquid de thesauris suis.* Et hujusmodi intelligi debet titulus *Codicis de Argenti pretio lib. 10.* ibi: *Ut pro argenti summa , quam quis i thesauris fuerat illatus.* Ut ex Giballin. de Vnivers. negotiat. tom. 1. lib. 1. cap. 3. art. 10. Fragoso de Regimin. Christian. Republic. part. 1. lib. 7. disput. 22. num. 15. tradidit Pegaf. ad Ordinat. Portugal. lib. 1. tit. 28. ad Rubric. gloss. 1. num. 1. som. 3. & Controv. forens. cap. 3. num. 825.

9 Et sic Thesaurus Synecdochè sumitur pro repositorio pecuniæ, & argenti, ut Græcis ἀργυροθήκη, & Latinis Ærarium Fiscus, & similia. Capessitur quoque metonymicè pro pecuniis, cæterisque rebus pretiosis, adeoque opibus, & fortunis, quæ reponuntur, seu reconduntur, ut asserventur *εἰς αὐτὸν* in crastinum, scilicet in futurum tempus, atque ad futuras necessitates, quo in sensu su accipitur in Sacra Paginâ Genes. cap. 43. vers. 23. Matth. cap. 6. vers. 19. Josue cap. 6. vers. 19. Reg. lib. 3. cap. 7. vers. ultim. cap. 14. vers. 25. & 26. Reg. lib. 4. cap. 12. vers. 18. Paralipom. cap. 9. vers. 26. Paralipom. 2. cap. 12. vers. 9. Nahum cap. 10. vers. 38. Machab. lib. 1. cap. 1. vers. 24. Quomodo θησαυ-

ρι, sive thesauri voci aptè respondet, & periphrasticè Hebraicè dicitur *Bet-necash*, nemirum locus rerum pretiosarum. Quoniam hæc Thesauri vox pro omni re chara, rara, eximia, ut est aurum, & argentum, sumi solet: quo sēsu idem est, quod κειμήλων, nempe divitiae, aut opes. Et in hoc sensu est Græcis sanè proverbium, θησαυρός ἀνθράκες, sub. πεφύκει, quod secundūm Fungerii placitum in Etymologic. trilingu. verbo *Thesaurus*, spectat ad eos, qui rebus eximiis expectatis, ac magnificis, nil nisi sumum inveniunt.

Dicitur quoque *Thesaurus* impropriè, ac generalissimè, pro cuiusvis rei copiâ, abundantia, ac ubertate, sive corporalis, sive incorporalis, & sive bonæ, sive malæ, teste Bitschio de *Thesaur.* part. 1. cap. 1. §. 19. Idcirco, quia Thesauri, non rei uni in parvo, sed pluribus in maximo numero, vel copia recondendis, ac de die in diem accumulandis, extruuntur, ut plurium aliquando utilitati, & ad plures annos deserviant. Ideo Hebraicè Otsar, Thesaurus accipitur etiam pro ingenti copiâ. Et Deus cum Deuteronom. cap. 18. vers. 12. se apertum Thesaurum bonum pollicetur; omnis boni copiam innuit. Hinc sit, ut verbum Hebraic-

18. *bum Atsar aliquando pro cōgerere, ac cumulare, ac in immensum augere usurpetur,*
19. *Congruit illud Prophetæ Amos cap.3. vers.10. Otserim, recondentes, scilicet, violentiam, & vastationem. Congerunt, ait, accumulant, augent in immensum opes partas vi, & vastatione pauperum.*
20. *Hunc enim impro prium Thesaurum adnotavit Nonius Marcellus cap.6. cum quælibet rerum copia, seu abundatia nūcupetur Thesaurus. Hoc*
21. *in fensa sumpsit Thesaurum Vitruvius lib.5. de Architec-  
tur. cap.9. dum lignorū abun-  
dantiam, Urbium Thesauros*
22. *vocavit. Thesaurus nivis, & grandinis dicitur apud Job cap.38. vers.22. Et David aquarum copiam Thesaurum dixit in Psalm.33. vers.7. Apostol. ad Coloffens. cap.2. vers.7. The-  
sauros sapientiæ, Θησαυρὸς διαι-  
στήν. Esai. cap.33. vers.6. apud LXX. interpretes. Quò spectat illud Lucæ cap. 12. vers. 33. Matth. cap.6. vers.20. Quomo-  
dò & Θησαυρὸς κακῶν, Græcis pro-  
verbialiter dictum, ut animad-  
vertit Erasm. in Adag. Et Matth. cap. 12. vers. 35. Luc. cap. 6. vers. 45. non tantum  
ἀγάθος, sed quoque πονηρὸς Θησαυ-  
ρὸς nominatur, qui etiam ibidē περισσεύμα, hoc est abundantia*
23. *interpretatur. Sic Cicer. lib.2. de Finit. boni, & mali libro-*

*rum copiam Thesauros appellat, & Domit. Piso apud Plin. in Prefat. natur. histor. Sidon. Apollinar. lib.9. epist.9. Qui etiā Thesauros bibliothecales dicit in lib.8. epistol.4. Thesau-  
rum verborum, ac figurarum invenimus apud Quintilian, lib.2. Institut. orator. cap 7. qui lib. 11. cap.2. Memoriam, elo-  
quentiæ Thesaurum vocavit, dum ait: Nec immerito Thes-  
aurus hic eloquentia dicitur.*

*Thesaurus interdum trans- 24  
latè usurpatur pro quacumque re, quam ingenti amore prosequimur, ut luceat ex Salvian. lib.1. Contra avarit. his verbis: Ipsum folium tuum Thesaurum Dei feceris. Hoc ipsum ex Sacra-pagina erui-  
mus, præcipue ex Luca cap.12. vers.34. Ubi Thesaurus tuus, ibi cor tuum. Esai. cap.33. vers. 6. ibi: Timor Domini ipse est Thesaurus ejus. Huc denique 25  
spectat illud Plaut. in Poenul. act.3. scen.3.*

*Istic est Thesaurus stultis.  
in lingua situs,  
Ut quæstui habeant malè  
loqui melioribus.*

*Nonnunquam etiam Thesau- 26  
rus accipitur per μεταρρυμα. cō-  
tinentis pro contento, pro lo-  
co, in quo custoditur Thesau-  
rus, & sic locus, ubi publicæ,  
vel privatæ continentur pe-  
cuniæ, Thesaurus vulgo ap-  
pellatur. Huiç significationi 27*

assentitur Cassiodor. lib. 5. V ariar. cap. 4. dum dixit: *Et verè Thesauris reponitur, quod fama commodis applicatur.*

28 Cui etiam sensui adstipulandum illud Casauboni in *Not. ad Flav. V opisc. Car. pag. 566.* ibi: *Thesauros fama publica, quia scilicet penè ipsum tota civilitatis Principis fama reponitur, quod est omni Thesauro pretiosius.*

29 Nomine porrò Thesauri intelligitur Arca, ut appareat ex illo Regum Magorum munere; qui cum Domino nostro munera donarent, Divus Matthæus cap. 2. vers. 1. accipiç Thesauros pro arca, seu loco, in quo servabantur, ut nescit ex illis Evangelistæ verbis: *Et apertis Thesauris suis, obulerunt ei aurum, thus, myrrham.* Et apertiùs detegitur ex lib. 4. Regum cap. 12. ubi Thesaurus accipitur per metonymiam continentis pro cōtentō, ibi: *Et tulit Ioiada Pontifex Gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini: mittebantque in eo Sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, qua deferebatur ad Templū Domini: Seu Cista illa, & ut hodie appellantur, juxta placitum Bitschii de Thesaur. part. 1. cap. 1. §. 20. Trunci in-*

templis, quibus eleemosynæ, & collationes inferuntur. Quippe, ut habemus apud Varonem lib. 4. de Ling. Latin. in fin. *Diis cum Thesauris asses dāt.* Quod etiam Turnebus adnotavit. Eandem significationē, 30 nimirum continentis pro cōtentō, haurimus ex Seneca epistol. 115. illis verbis: *Nec in Thesauros stipe infusa.* Unde Gazophylacium pro Thesau- 31 ro usurpatur Matth. cap. 12. vers. 41. & 43. Luc. cap. 21. vers. 1. quod describitur lib. 4. Reg. cap. 12. vers. 9. & 10. de quo consulendus Hafenrefferus in *Commēt. ad templ. Ezechiel. fol. mihi 23. & 24.* Et Bitschius Ovum, vel testam ovi, 31 cui pullus inclusus est, Θησαυρός nuncupat, & eum hominū χοροί dīxer, idest, Thesauro propriè dicto, vel arcæ auri comparat ex Plutarcho *de Soler. animal. ad fin.* Quomodo Θησαυρός, sive Thesauri voci respondet, quum res pretiosæ in futurum asservantur; & periphrastice sumitur pro pecuniarum receptaculo, ut notat Funger. *Etiologic. trilingu. verb. Thesaurus.*

Thesaurum acervum, vel cumulum, seu quarumlibet rerum copiā, etiam malarum appellavit Rittershus. in §. *Thesauros, Institut. de Acquir. rer. domin.* Adeſt quoque proverbiū scitissimum: *Thesau- 33*

*ro dignus, in eo, qui suppicio  
teturmo, flagitiis adobratus,  
sit differendus, teste Cælio  
Rhodigin.lib.Letton. antiqu.  
cap.8.ante fin. Alterum etiam  
commemoro, Carbones pro  
Thesauro, cuius proverbii me-  
moriā renovat Phædrus lib.  
5.fabul.6.*

*Superum voluntas favit,  
sed fato invida  
Carbonem, ut ajunt, pro the-  
sauro invenimus.*

- Videlicet res viles pro pretio-  
sis, seu parvi momenti res  
35 multò æstimare. *Thesaurus  
stupri, ac abolitæ fraudis inve-  
niri apud Plautum, & Apule-  
jum adnotarunt Bitsch. de  
Thesaur. part. I. cap. I. §.19.  
Georg. Simon. dissertat. Aca-  
dem. 19. de Thesaur. thef. 2.*  
36 *Thesaurus iræ quoque dicitur  
apud Apostol. ad Roman. cap.  
2. vers:5. Et Principum, vel  
Civitatū opes etiā impropriè  
Thesauri nūcupātur, ut cōstat  
ex Nicol. Betl. de Pact. famili.*  
37 *illustr. De quo genere The-  
saurorum plura congesserunt  
in unum Bodin. de Republic.  
lib.6.cap.2. Dempster. ad Ro-  
sin.lib.7. Antiquit. cap.31. Ca-  
merar.cent.1.horar.subscivit.  
cap.63. & cent.2.cap.73. quos  
affert, ac sequitur Bitsch. de  
Thesaur. cap. I. §.18. part. I.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Res pretiosa ferè semper in  
abdito solent reponi.*
- 2 *Thesaurus aliquādo synech-  
dochicòs sumptus pro loco  
abdito, & abstruso.*
- 3 *Locus Psalm. 33.expositus:*
- 4 *Quid sit, Deū de promere de  
Thesauris suis ventos.*
- 5 *Ob signatum in Thesauris  
Hebrais, proverbialiter di-  
citur pro eo, quod abscon-  
ditè, & abstrusè constitu-  
tum est.*
- 6 *Thesaurus Hebrais Mac-  
mon.*
- 7 *Lingua non vulganda, sed  
recondenda, ut Thesaurus:  
Hesiodi dictum.*
- 8 *Nævii Epitaphium à Gellio  
relatum, explanatur.*
- 9 *Orchius Thesaurus, quid.*
- 10 *Sepulcrum, Plutonius Thes-  
aurus.*
- 11 *Subterranea Thesaurorum  
depositio, variis furs-  
nostri textibus comproba-  
ta.*
- 12 *Thesauros sub terra condi-  
solitum fuisse, variis vete-  
rum Scriptorum monumen-  
tis indigitatur.*
- 13 *Monedula condit semina in  
Thesauris cavernarum,  
Plinius enucleatus.*
- 14 *Thesauri persape celati in  
antris, ac locis subterraneis,  
si Cornelio Agrippæ fides.*
- 15 *Damones subterranei The-  
sauri.*

1. sauros de uno loco ad alium  
transportant, ne in hominū  
res cedant.
- 16 Historia de Elisa, seu Didone,  
maritique sui Thesauris,  
cum Virgilii fabula col-  
locata.
- 17 Sacerdotis Herculis munus  
apud Tyrios, secundum à  
Rege.
- 18 Didonis industria in occu-  
lendis viri sui Thesauris.
- 19 Locis caliginosi, tetricque car-  
ceres, Thesauri cur dicti-  
tentur.
- 20 Messeniorum carcer subter-  
raneus, Thesaurus nuncu-  
patus, Rhodigino aucto-  
re.
- 21 Livii locus explanatus.
- 22 Cur carcer, Thesaurus Vilo-  
sæ.
- 23 Thesauri, in quibus nullo fi-  
ne reponuntur opes, Pluti  
carceres vocitantur.
- 24 Martialis locus expositus.
- 25 Flagellare opes apud Mar-  
tialem, quid Turnebo.
- 26 Strangulare divitias, quid  
Statio.
- 27 Flagellare divitias, & fla-  
gellare annonam, quid Se-  
necæ.
- 28 Dardanarii, qui.
- 29 Myrias primus recondendis  
pecuniis Thesaurum stru-  
xit.
- 30 Myrias, qui.
- 31 Necesse non est, locum, in quo  
Thesaurus invenitur, esse  
subterraneum.
- 32 Thesaurus ubicumque inve-  
niatur, Thesaurus dicitur.
- 33 Thesaurus unde suum esse  
desumat.

## C A P. V.

De Locis ubi Thesauri ab-  
scondi solent, & de  
Myria primo The-  
saurorum con-  
ditore.

**T**HESAUROS tam veteres,  
quam modernos terrâ  
celasse, ex pluribus juris nostri  
locis quimus probare. Nam  
res pretiosæ ferè semper in  
abditio, & abstruso solent re-  
poni, ut contra ignis vim, fu-  
rum insidias, aliaque pericula  
tutæ sint. Ideoque interdum  
Thesaurus capessitur synecdo-  
chicè pro loco abdito, & ab-  
struso, ut quum dicitur, Deum  
disponere in Thesauris aby-  
sos in Psalm. 33. vers. 7. ibi:  
*Posuit in Thesauros abyssos.*  
Et depromere ex Thesauris  
suis ventos. Confert, quod  
refert Funger. *Etymologic.tri-  
ling.verb.Thesauris:* Nimirū,  
quòd, Obsignatum in Thesau-  
ris Hebræis, proverbialiter di-  
catur, ac ponatur pro eo, quod  
absconditè, vel abstrusè con-  
stitutum est: quâ vi abscondé-  
di inspectâ, Thesaurus He-  
bræis

6 bræis dicitur *Marmo*, tamquam abditus, vel absconditus locus, ut testatur idem Fügerus. Siquidem in locis abditis celatos fuisse Thesauros probare lögum esset. Huc præcipue respexit Aulus Gellius lib.i. Noct. Attic. cap. 15. ibi:

7 Quapropter Hesiodus Poetarum prudentissimus, linguam non vulgandam, sed recondendam esse dicit, perinde ut Thesaurum. Quò spectat illud Poëtæ Nævii relatum ab eodem Gellio lib.i. cap. 24.

*Mortalis, immortales flere  
si foret fas,  
Flerent diva Camæna Næ-  
vium Poetam.*

*Itaque postquam est Orchio  
traditus Thesauro,  
Oblita sunt Romæ loquier  
Latina lingua.*

8 Ubi Proust in notis, per Or-  
9 chium Thesaurum, intelligit  
10 sepulchrum, qui verè est Plu-  
tonius Thesaurus.

11 Hanc profectò subterra-  
neam Thesaurorum deposi-  
tionem, ut superiùs retuli, qui-  
mus ex jure nostro uberrimè  
cōprobare; præsertim ex tex. in  
l. *Peregrè*, 44. ff. de *Acq. poss. eff.*

Ubi Paulus Jurisconsultus in-  
terrogatus, si qui peregrè pro-  
fecturus pecuniam in terrâ  
custodiæ causâ condiderat, cū  
reversùs locum Thesauri me-  
moria haudquaquam repe-  
ret; an desisset pecuniam pos-

sidere ab eo sciscitabatur, ibi:  
*Peregrè profecturus pecuniā  
in terra custodia causa condi-  
derat.* Idem elicitur ex eodem  
Paulo in l. *Nūquam*, 31. §. *The-  
saurus*, ff. de *Acquir. rer. do-  
min.* Ubi habetur, pecuniam,  
sub terrâ abscondi hisce ver-  
bis. *Alioquin si quis aliquid  
vel lucrificauſa, vel metus, vel  
custodia condiderit sub terra.*  
Hoc ipsum eruitur ex Pom-  
ponio in l. *Thesaurus*, 15 ff. ad  
*exhibend.* ubi dixit: *Thesaurus  
meus in tuo fundo est; nec cum  
me pateris effodere, &c. Qui-  
bus consonant text. in l. *Fru-  
ctus*, 7. §. *Si fundum*, 12. ff. *So-  
lut. matrim.* text. in l. *Si is*, 63.  
ff. de *Acquir. rer. dom.* text. in  
l. i. l. 3. §. *penult.* ff. de *Jure fisc.*  
text. in l. 4. §. *penult.* ff. ad *Leg.  
ful. pecul.* text. in l. *Item Labeo*  
27 ff. *Famil.ercisc.* text. in l. *U-  
xor*, 39. §. 1. ff. de *Aur.* & ar-  
gent. legat. Quod non solùm, 12  
legum auctoritate probatur;  
sed etiam Thesauros sub ter-  
rà celari solitum fuisse, ex ve-  
terum monumentis hauritur:  
præcipue noscitur ex Plaut. in  
*Aulular.* act. 4. scen: 2. ubi sic  
loquitur Euclio.*

*Tu modo cave cuiquam in-  
dicassis aurum meum es-  
se istic, Fides:*

*Non metuo ne quisquam  
inveniat: ita præbè in-  
latebris situm est.*

Et paulò inferiùs sequitur hoc-  
ce modo:

*Tu*

*Tua fidei concreddidi aurum: in tuo luco & Fano modo est situm.*

- 13 Idem ostendere voluit Plin. lib. 17. cap. 14. quum dixit semina in Thesauros cavernarum celari ibi: *Tradunt & mone dulam condentem semina in thesauros cavernarum.* Dete-  
 14 gitur quoque, Thesauros cela-  
 ri persæpè in antris, ac locis  
 subterraneis, ex quo scribit  
*Cornelius Agrippa de Mater.  
 Demon. I sagoc.* ubi dū Dæmo-  
 num species enumerat, asseve-  
 15 rat Dæmones subterraneos  
 de uno loco ad alium Thesau-  
 ros transportare, per hæc ver-  
 ba: *Subterraneos in speluncis  
 ac terra cavernaculis, mon-  
 tiumque remotis concavita-  
 tibus habitare patet, ut puto  
 invadant, & terra viscera.  
 Hi metalla fodiunt, thesauros  
 observant, quos subinde ne in  
 hominum usus incedant, de lo-  
 co ad locum portant.* Tyrii  
 16 quondam Alexandri auspiciis  
 conditi, parsimonia, & labore  
 quærendi citò convaluèrent: an-  
 te cladem dominorum, cum  
 & opibus, & multitudine abù-  
 darent, missà in Africam ju-  
 ventute, Uticam condidère:  
 & cum interim Rex Tyro de-  
 cederet, filio Pygmalione, &  
 Elisa filia, insignis formæ vir-  
 gine hæredibus institutis, Pyg-  
 malioni adhuc puero populus  
 Regnū perhibuit. Elisa quo-

que Sicharbæ avūculo suo Sa-  
 cerdoti Herculis, qui honos 17  
 secundus à Rege erat, nupsit.  
 Cui magnæ, sed dissimulatæ  
 opes erant, rerumque, metu  
 Regis non tectis, sed terræ  
 credidit, ut refert Justin. lib. 18  
 cap. 4. ibi: *Huic magna, sed  
 dissimulata opes erant, aurum-  
 que, metu Regis, non tectis, sed  
 terra, crediderat: quam rem  
 essi homines ignorabant, fama  
 tamen loquebatur. Quam Eli-  
 sæ, seu Didonis historiam latè  
 Virgilius lib. 1. Eneid. referēs,  
 Sichæi Elisæ mariti ab Pyg-  
 maleone occisi umbram, ut  
 celeret fugam, exeatque è pa-  
 tria, & ad subsidium itineris  
 aperiat antiquos Thesauros,  
 auri, & argenti, quos sub ter-  
 ra occultos, abditosque tene-  
 bat, suadere effinxit Virgilius,  
 canens:*

*Tum celerare fugam, pa-  
 triaque excedere suadet:  
 Auxiliumque via veteres  
 bellure recludit  
 Thesauros, ignotum argen-  
 ti pondus, & auri.*

Hujusc rei quoque meminit 18  
 Cornel. Tacit. lib. 16. Annal.  
 subdens, Didonem Phœnissam  
 Tyro profugam, condita Car-  
 thagine, illas opes abdidisse,  
 ne novus populus nimia pec-  
 cunia lasciviret: aut Reges  
 Numidarum! & aliàs infensi,  
 cupidine auri ad bellum ac-  
 cenderentur. Unde cum The-  
 sau-

sauri regulariter in locis ob-  
19 scuris, & subterraneis recon-  
dantur; hinc factum est, ut lo-  
cus caliginibus obrutus, &  
carceres, quæ *Custodia* vocan-  
tur in l. 224. ff. de *Verb. signif.*  
text. in l. 9 ff. *Qui testam facere*  
poss. text. in l. 9 ff. *Ex quib. caus.*  
maj. text. in l. 28. §. 7. ff. de *Pœn.*  
Impropriè *Thesaurus* appel-  
lentur, ut adnotavit *Eitsch. de*  
*Thesaur. part. I. cap. I. §. 20. ad*  
*fin.* Georg. Simon. *Dissertat.*  
*Academ. 19. de Thesaur. thes. 2.*  
20 Et sic Messeniorum carcer  
subterraneus dictus fuit *The-  
saurus*, ut esseverat Alex. ab  
Alex. lib. 3. *Dier. genial. cap. 5.*  
*Cæl. Rhodigin. lib. 17. Lett. an-*  
*tiqua. cap. 8.* Ubi refert, *The-  
saurum* fuisse domiciliū sub-  
terraneum apud Messenios,  
neque lucem, neque auras ex-  
teriorū excipiens; nec ullæ car-  
ceris fores erant, saxo imma-  
ni inclusō occludebatur, in-  
quem cum Magnus Græciæ  
Imperator Philopœmen im-  
pactus fuisset, mox hausto ve-  
21 neno interiit: quod etiam  
notavit Simon. *dict. dissert. 19.*  
*thes. 2.* & legimus apud Titum  
Livium lib. 39. *histor. cap. 50.*  
ibi: *Jam invesperascebatur, &*  
*non modo cetera, sed ne in pro-*  
*ximam quidem nocte, ubi satis*  
*utò custodiretur, expediebat.*  
*Obstupuerant ad magnitudi-*  
*nem pristina ejus fortuna, vir-*  
*tutisque, & neque ipsi domum*

*recipere custodiendum audie-  
bant; nec cuiquam uni custo-  
diæ ejus satis redebant. Ad-*  
*monent deinceps quidam, effe*  
*thesaurum publicum sub ter-  
ra, saxo quadrato septum, eo*  
*vinctus demittitur, & saxum*  
*ingens, quo operitur, machina*  
*superimpositum est. Ita loco*  
*potius, quam homini cuiquam*  
*credendam custodiari rati, lu-*  
*cem in sequentem expectave-  
runt. Hoc etiam lucebat ex*  
*Plutarch. in Philopœmen. Et nō*  
*dicebatur *Thesaurus*, eo quia*  
*in eo sit uberior officina omni*  
*Thesauro, cum inde prove-  
niant pœnæ, mulctæ, ac pœna-  
rum compendia, transactio-  
nes, atque compositiones, te-  
ste Borrell. *de Præstantia Reg.*  
*Catholic. cap. 27. num. 2.* Ast ob*

publicum bonum, quod inde

Reipublicæ obvenit *Thesaurū* 22

appellitari arbitratur Vilosa.

de *Serv. fugitiv. cap. 18. §. 1,*

*num. 48.*

Hic enim fuit Philopœmen  
ille; quem Græciam post exi-  
mias priscorum Ducum virtu-  
tes, perinde ac extrema sene-  
ctute filium in lucem produ-  
xisse narrat Cæl. Rhodigin.  
*dict. lib. 17. cap. 8.* subdens, ve-  
neno interiisse; & id ipsum re-  
tulit Tit. Liv. *dict. lib. 39. cap.*  
*50.* ibi: *Accepto poculo nihil*  
*aliud loquitum ferunt, quam*  
*quaesisse si incolmis Lycortas,*  
*equitesque evasissent? Postea-*

quam dictum est incolumes esse: bene habet, inquis, & pocris impavidè hausto, haud ita multò post expiravit.

23 Quamobrē Thesauros profecto, in quibus nullo fine cōgeruntur opes, Pluti carceres dici refert Cæl. Rhodigin. lib. 20. Lect. antiq. cap. 23. Huc spectat illud Martialis lib. 2. epigramm. 30.

*Quippe rogabatur, felixque  
vetusque sodalis,  
Et cuius laxas arca flagellat opes.*

24 Quod iterum repetit lib. 5. epigramm. 13.

*At tua centenis incumbunt,  
tecta columnis,  
Et libertinas arca flagellat  
opes.*

25 Flagellare opes, juxta interpretationem Collesii in Not. ad eundem Martial. dict. lib. 2. epigr. 30. seu promere divitias arca dicuntur, qui magnas arcis opes clausas tenent, quod invitas velut verberibus, & carceribus coercitas foras erūpere haud sinant. Cui equidem

26 significationi opitulatur interpretatio Turnebi lib. 2. Advers. cap. 4. Ubi opes, seu divitias flagellare, seu strangulare asseverat; quoniam illis in locis invitae, & constrictae retinentur constipatae; itaut

27 respirare nequit quam valeant.

Quò allusit Papinius lib. 2. Sylvar. quum dixit:

*Non tibi suppositas infelix  
strangulat arca  
Divitias.*

Id ipsum eruitur ex Seneca lib. 11. epistol. 78. ibi: *Flagellare, 28 divitias, & flagellare anno-nam: Quia fruges horreis in-vitas detinent, & qui hoc fa-ciunt annonam duriorem red-dere affirmat Turneb. lib. 21. Adversar. cap. 4. addens, hu-jusmodi homines quasi vene-ficio in horrea sua fruges con-truderent, annonamque præ- 29 merent, Dardanarios vocatos fuisse. Cujus etiam Turnebi loci meminit Collesius in Not. ad Martial. lib. 2. epi-gramm. 30. verbo, *Flagellare divitias.**

Apud Græcos illud nota- 30 tum fuisse narrat Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 2. scilicet Myriam condendis pecuniis Thesauri locum fecisse primum, teste quoque Pausania lib. 9. Idem asserit Cæl. Rhodigin. lib. 20. Lect. Antiq. cap. 25. quò affir-mat, Thesaurum recondendis pecuniis hominū primū stru-xisse Myriā. Fuit enim Mi- 31 nyas iste secundūm Alex. ab A-lex. ubi supra, Chrysæ filius: & Cælius Rhodiginus subdidit, eū ex Crysogenia, & Neptuno natum, à quo Myrias, quibus imperitavit, nuncupatos fuisse auspi-

anspicatur. Cui consonat Alex. ab Alex. Myrias profecto illū divitiis , ac opibus cernitur cunctis anteisse mortalibus, teste Cælio Rhodigino loco citato . Quamobrem miratur Pausanias,in celebrandis pyramidibus , Græcos historicos multum impendisse operæ, Thesauri hujus, præcipue memoria digni , nullam prorsus fecisse mentionem.

31 Sed neque subterraneum, locum esse necesse est , in quo Thesaurus invenitur . Nec enim propterea pecunia non 32 per modum Thesauri inventa dicetur, si reperiatur mura- ta in muro , ut loquitur Bald. in l.67. ff. de R.V. quem sequitur Iason in l.3. §. Neratius, num.7. & 8. ff. de Acquir. poss. Aut in angulo domus, Zasius in dict. l.3. §. Neratius, num.17. Aut in parietis foramine, Al- ciat.7. parerg.1. ex Joanne Pla- tea, & Angelo Aretino in dict. l.67. Aut in pilarota , vel mole ceræ, Iason, & Zasius dictis lo- cis, ille num.7. hic num.15. ex Raphaele Cumano : itemque Duarenus in dict. §. Neratius sub f. & Schneideuv. in dict. §. Thesauros , num.4. Aut in pice, Petr. Ærodius lib.4. Rer. judicat. tit.7. cap.1. ex Pausa- nia , aut jacens in nemore , Ia- son in l. Rem , quæ nobis , 15. num.29. ff. de Acquir. poss. Ripa ibidem num.38. Alvarott.

cap.unic. quæ s̄int Regalia, sub num.9. Non enim ex loco, aut 33 subiecto , in quo pecunia re- condita invenitur, æstimandus Thesaurus est , sed ex deposi- tione , & vetustate temporis : sive ex immemoria depositio- nis: nisi quod ex qualitate loci, & subiecti , conjecturæ capi possunt, an pecunia illa sit de- posita, an verò deperdita, & an antiquitùs , & tempore imme- moriali , an verò nuper fuerit deposita, & per consequens an pro primæ, an verò pro secun- dæ significationis Thesauro haberi debeat.

## SUMMARIUM.

- 1 Res omnes adversas, prospe- rasque, omnes, Fortuna ve- teres tribuebant.
- 2 Fortuna Numen Antiquis.
- 3 Eventus felix quilibet, for- tunæ munus Vulgo.
- 4 Thesaurus Doctoribus no- stris fortuna donum.
- 5 Idem sensere Jcti, legumque tatores.
- 6 Fortunam Thesauros indi- cassé rebantur veteres.
- 7 Du opes largiuntur.
- 8 Cesellii Bassi historia de Car- thaginiensi Didonis The- sauro Neroni delato.
- 9 Nero à Fortuna Thesaurum expectat.
- 10 Servius Tullius primus For- tunæ parva adem sacravit.
- 11 Frequōs, ac celeberrimus For- tunæ cultus apud Romanos.

- 12 *Fortuna à Romanis pluribus decorata nominibus.*
- 13 *Fortuna sexcenta templis Roma dicata.*
- 14 *Plura templo Roma habuit Fortuna, quam Iuppiter.*
- 15 *Cur veteres divinitatis cultum Fortuna tribuerint.*
- 16 *Juvenalis locus de mutatione Fortunæ perbellus.*
- 17 *Fortunam universi Reginam decantabant Prisci.*
- 18 *Fortuna cur Gubernans appellata.*
- 19 *Lucretii locus extricatus.*
- 20 *Duo gubernacula Fortuna tribuit Antiquitas.*
- 21 *Pindari locus apud Plutar-chum propalatus.*
- 22 *Fortuna primitus Vortuna dictata, & cur Vossio.*
- 23 *Principium Fortuna munus, quodnam.*
- 24 *Pindarus, qui Fortunam canat.*
- 25 *Fortuna à ferendo dicta quibusdam.*
- 26 *Fortuna Ferentina dicitur à Pontano, & ab Erythræo.*
- 27 *Displices etymon Vossio,*
- 28 *Fors Fortuna, quid.*
- 29 *Adversa Fortuna per abu-sionem dicitur.*
- 30 *Terentii locus in propatulo.*
- 31 *Fortuna juxta laudibus pal-pata, ac cōviciis impetita, et cur. Plinii locus præcipuus.*
- 32 *Thefaurus, Dei beneficium.*
- 33 *L. Si quis, ff. de Acquir. rerum domin. trutinata.*
- 34 *Fortuna quid Lactantio?*
- 35 *Deo casuale, ac fortuitum ni-hil: Fortuna exhibilanda.*
- 36 *Fortunam adstrues blasphemus Valdecebro.*
- 37 *Quinam veterum Fortunam reprobarint.*
- 38 *Christiani Fortuna assertores culpandi.*
- 39 *Apud nos Fortuna Deus.*
- 40 *Quisque sua Fortuna Faber: Sallustii locus expensus.*
- 41 *Locus Davidicus appositus.*
- 42 *Fortuna deferens, vecors.*
- 43 *Fortunam ridet Juvenalis.*
- 44 *Fortuna nil tribuit Seneca.*
- 45 *Fortunam conviciis incessit Plinius.*
- 46 *Fortuna cecum Numen Cl-  
eroni.*
- 47 *Fortunam, Fortuneque cul-tum, aboles Epicurus; Deum nil temere, nil inconstanter agere posse asseverans.*
- 48 *Fortuna medium ostendebat Alexander.*
- 49 *Supra Fortunam arbitrium meum: epigraphe in vexiliis Alexandri.*
- 50 *Sallustius Fortuna mendici-monum predicit.*
- 51 *Humanus animus Fortunæ non indigus.*
- 52 *Thefaurus haud Fortuna donū.*
- 53 *Tryphoniani placitum, The-faurum esse Fortunæ benefi-cium, expenditur.*
- 54 *Thefaurus Dei beneficium.*
- 55 *Leo Cæsar, Christianus.*
- 56 *Mexias Hispicius Hispanus, commendatur.*

- 57 Doctissimū Gothofredi examen l.3. C.Theodosian. de Thesauris.
- 58 Quo pacto nonnulli exposuerint verba l.3. C.Theodos. Svadente numine.
- 59 Sallustii locus, ad rem perbellè factus.
- 60 Taciti locus expensus.
- 61 Non omnes è Gestibus Thesaurum Fortuna largientis munus appellavere, Gothofredo adnotante.
- 62 Leo Imperator, Thesaurum Σεοῦ δώρου adpellavit.
- 63 Spbalma Typographicum penes Gothofredū emēdatum.
- 64 Icti, plenissimè afferētes, Thesaurum Dei donum.
- 65 T̄bessis proposita, Thesaurus est Donum Dei, Tamberlanis responso firmata.
- 66 Cur Thesaurus esse debeat in vētoris: adamantina ratio.
- 67 Plauti locus evisceratus.
- 68 Lares, qui.
- 69 Lar apud Hetruscos, Princeps.
- 70 Scito Philostrati exemplo robatur Thēma propositum.
- 71 Thesaurorum largitor praecipius Ethnicis Hercules.
- 72 Obscuro Persii loco, fax prabita.
- 73 Mercurius lucri, negotiatio- nisque Deus.
- 74 Lucrī Dii Mercurius, & Hercules.
- 75 Plauti locus illuminatus.
- 76 Omnium esculentorum decima Herculī redditā.
- 77 Macrobiī locus detectus.
- 78 Diodori locus revelatus.
- 79 Herculi, jam Indigeti bonorum decimas in offerumentum reddentibus, felix vita curriculum ( si Diis placet) promissum.
- 80 Luculli opes enormes, unde.
- 81 Hercules Thesaurorum custos, & arbiter.
- 82 In detegēdis Thesauris Hercules Mercurii socius.
- 83 Res in via reperiri Hercules propitio credebat antiquitas.
- 84 Qui aliquid inveniebat in via, Herculi-communi grātes agebat.
- 85 Paroemia: Communis Mercurius, explicata.
- 86 Senecæ locus invulgatus.
- 87 Lar Thesaurum ostendit Plauti locus explanatus.
- 88 Hercules idem, atque Mercurius antiquis.
- 89 Variis imaginibus Hercules effectus.
- 90 Stoici eundem putant Deum Herculē, atque Mercuriū.
- 91 Pax redditā Jurisconsultis Thesin propugnantibus, ac oppugnantibus.
- 92 Stoicis Fortuna idem, ac Deus.
- 93 Natura, ac Fatum iisdem, idem ac Deus.
- 94 Ex Jurisconsultis nostris plerique, è Stoicorum grege, commenstrante Cujacio.
- 95 Papiniānus Thesauri inventum Fortuna tribuit.
- 99 Fortuna nomine, quid Chri-

- stiani indicent,
- 109 L. Postrema, C. Theod. de Thesauris, *exposita*, & *exornata*.
- 110 Aristotelis locus appositus, expositus.
- 112 Aristotelij *Fortuna Causa per accidens*.
- 113 Quid Bitzchio Fars, Fortuna, Casus, Eventus,
- 114 Cicero Thesauri inventio- nem Fortuna adscribit, & inter fortuita connumerat,
- 115 Paupertas donum Dei.
- 116 Pauperes opus Dei.
- 117 Pauperes Dei Nummularii Salviano.
- 118 Paupertatem Dominus, qui pauper est, dedicavit.
- 119 Quod datur pauperi, datur Deo.
- 120 Qui in pauperes bona sua distribui cupiebant, Christum instituebant heredem.
- 121 Plauti locus illuminatus.
- 122 Paupertas haud alicui obje- cta: utpote qua Deorum munus: Hesiodi sententia.

## C A P. VI.

Theſaurus, an sit Fortunæ donum, vel potius be- neficium Dei.

**Q**uoniam apud Gentiles adeò Fortunæ cultus invaluit, ut omne ad- versum, omneque prosperum

ab ea proficiſci perperam ha- riolarentur; Eamque quasi Deā quandam, variis casibus illudētem, quoniam unde bona, & mala iis obveniebant ignorabunt, ineptè credidere, ut teſtatur Laſtant. Firmian. lib. 3. *Divinar. instit. cap. 28.* Hinc est ut vulgus quoque fortuna- tum quemvis eventum Fortu- nae largitioni asciscat. Quapropter Doctores nostri, Theſaurum esse Fortunæ donum ſcripſere, inter quos memo- randi Antunez de Donat. cap. 13. num. 7. part. 3. Sixtin. de Re- galibus cap. 21. num. 6. Gutier- rez lib. 4. Practic. quæſt. 36. n. 2. Borrell. de Praſtant. Reg. Ca- thol. cap. 27. num. 32. & 33. Barbosa in l. *Divortio*, §. Si fundum, num. 28. & 41. ff. So- lut. matrim. Amaya in l. *unic.* C. de Thesaur. lib. 10. Et Fortunæ quoque donum dicitur in veteri Menandri fabula, cuius titulus est *Thesaurus*.

Hoç porrò non tantum in- terpretes nostri agnoverunt: verū etiam Jurisconsulti, le- gumque nostrarum laſtores do- cuere; quorum ex fonte illi eo- rum doctrinæ aquam haſsere. Thesaurum equidem Fortunæ donum vocavit Juris nostri Coryphæus Tryphonianus in l. *Si is, qui in aliena*, 63. §. Si communis servus, ff. de Ac- quir. rerum domin. hisce ver- bis: *Et simile est, atque in he- re-*

reditate, vel legato, vel quod ab aliis donatum servo traditur: quia ex Thesaurus donum Fortuna creditur: & ibi Accursius liter. N. verbo, *Donum Fortuna*. Quasi non humana opera, vel industria, sed ope, ac beneficio Fortunæ Thesaurus invētori offeratur. Tryphoniano mirum in modum adfayeant Imperatores, Valentianus, Theodosius, & Arcadius. in l. 2. C. *Theodosian.* de Thesaur. Ubi ad inveniendum Thesaurum Fortunam, ductricem expetunt, ut elicatur ex illis verbis: *Eos qui suadente Numine, vel ducente Fortuna, Thesauros, reperirent, &c.*

- 6 Thesauros Fortunam Deam, veteribus, indicasse enitet, ex.
- 7 quo Deos, opes, divitias elargiri ferunt. Id ipsum profecto,
- 8 comprobandum est, monumento, seu testimonio, illius Thesauri, quem Cesellius Bassus Neroni perhibendum pollicitus fuit. Hic natione, Carthaginensis, emota mente, nocturni insomni speciem, ad certam deflexit spem. Quocirca in Urbem delatus, cum Neronis aditum pretio redemisset, ei nunciavit inventisse in rure, agrove suo antrum, speluncamve, eximia profunditate, in qua ingens auri Thesaurus recondebatur, haud in specie pecuniae obsi-

gnatæ, sed informi, ac male vetusta. Etenim lateres magni ponderis, specu inesse, positis alia speluncæ parte, columnis. Quæ Gaza tot per statas celta, obrectaque jacuerat, ut hinc præsentis evi opes increaseret. Cæterum ut liceret conjicere, Reginam Fenissam, Tyro sufficientem, Carthagine constructa, illas divitias, Thesaurosque ibi celasse, ne nova plebs nimiis superbiret opibus, ac divitiis; aut Numidarum Reges, alioquin infesti, auri cupiditate ad inferenda arma excitarentur. Ideoque non tantum suetas messes, nec solummodo in terræ visceribus rude, ac informe aurum gigni; sed nova fecunditate arva abundare; & faciles, promptasque Deos offerre auspicabantur. Hujus enim Thesauri casum, commemorat Cornelius Tacitus lib. 16. Annal. in princip. hisce verbis: *Illusit dehinc Neroni Fortuna, per vanitatem ipsius, ex promissa Cesellii Bassi, qui origine Pœnus, mente turbida, nocturna quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit. Vetusque Romam, Principis aditum emeratus, expromit, repertum in agro suo specum altitudine immensa, quo magna vis auri conservetur, non informam pecunia, sed rudi, & antiquo pondere. Lateres quippe prægraves*

*ves jacere, astantibus parte  
alia columnis. Quæ per tan-  
tum ævi occulta, augendis præ-  
sentibus bonis. Ceterum, ut con-  
jectura demonstrat, Didonem  
Fenissam Tyro profugam, con-  
dita Carthagine, illas opes ab-  
didisse, ne novus populus nimia  
pecunia lasciviret, aut Reges  
Numidarum & alias infen-  
si, cupidine auri ad bellum ac-  
cenderentur. Igitur Nero non  
auctoris, non ipsius negotii fi-  
de satis spectata, nec missis vi-  
soribus, per quos nosceret an-  
vera affererentur, auges ultrò  
rumorem ; mittitque, qui ve-  
lut partam prædam advehe-  
rent. Dantur triremes, & de-  
lectum navigium, juvanda fe-  
stinationi, nec aliud per illos  
dies populus credulitate, pru-  
dentes diversa famatulere.  
Ac forte quinquennale ludri-  
eum secundo lustro celebraba-  
tur : oratoribusque precipua  
materia in laudem Principis  
adsumpta est. Non enim tan-  
tum solitas fruges, nec metal-  
lis confusum aurum gigni, sed  
nova ubertate provenire ter-  
ras, & obvias opes deferre  
Deos.*

¶ *Quibus ex verbis appetet  
Neronem à Fortuna Thesau-  
rum sperasse, tamquam si ei ab  
ipsa offerendus esset, ut depro-  
mitur ex illis primis verbis :  
Illusit dehinc Neroni Fortuna.  
Eum elusit, quoniam Thesau-*

*rum nancisci in Fortuna confi-  
debat. Et apertiùs ex postremis  
verbis : Et obvias opes deferre  
Deos. Quippe quemlibet For-  
tunatum evétum veteres for-  
tunæ beneficio tribuebant.  
Nā Fortunæ τα' ὑπάρχοντα juxta  
veterum Glossarum exposi-  
tionem, ex eo creditur esse,  
quoniam Fortunam largiri bo-  
na gentes putarint, ut refert  
Vossius de Etymolog. verb. For-  
tuna, ubi Fortunæ bona κυρίως  
denotat. Quocirca Servius 10  
Tullius primus Fortunæ-Par-  
væ ædem sacravit, in qua si-  
gnum sua prætexta ornatum  
dedicasse, longoque tempore  
intactum mansisse fertur ex  
Plutarch. problemat. 74. cu-  
jus rei causam fuisse auspicatur  
Alex. lib. 1. dier. genial. cap. 13.  
Quoniam tenuis ipse, parvique  
cultus, ut tum res erant, quod  
ex captiva natus, fortunæ be-  
neficio regnum adeptus foret:  
Quamobcausam templum ipsi  
sacrasse, proque Dea coluisse  
tamquam gratiā meriti ferret.*

*Hinc factum est, ut inter 11  
Numina pleraque, quæ olim  
veteres habuere, Romanis For-  
tunam eximiè cultam ex pri-  
scis monumentis enitet, refert-  
que Alex. ab Alex. dict. lib. 1.  
cap. 13. Covarruvias Thesaur.  
ling. Castellan. verb. Fortuna.  
Quo quondam Fortunæ plures  
ædes fuisse, variisque Deam  
denominari nominibus asserit. 12*

Cu-

Cujus Gétilitatis cæcitas adeo apud Romanos increbruit, ut Fortunæ Dex Romæ dumta-  
13 xat sexcenta templa dicata fuisse Chassan. in Catalog. glor. mund. part. 12. considerat. s 2. afferit; adeo ut Fortunam sibi  
14 plura templa nuncupata habuisse, quam Juppiter, tradidit Beroald. lib. de optim. stat.

*Qui te tam multis olim co-  
luere facellis,*

*Quam non multa suo tem-  
pla dedere fovi.*

De quibus templis, ac Fortunæ nominibus agunt Tit. Liv. lib. 42. cap. 10. Covaruvias Thesaur. Ling. Castellan. verb. Fortuna. Alex. ab Alex. lib. 1. dier. genial. cap. 13. Victoria Theatr. Deor. Gétil. lib. 7. c. 1. Beyerlink. Theat. vita human. verbo, Fortuna. Valdecebro en el Templo dela fama art. 10. §. 1. & 2. Rhodigin. lib. 18. lect. antiqu. cap. 14. & tra- didit Tacit. lib. 3. Annal. ibi:  
15 *Nam et si delubra ejus Dea  
multa in Urbe.* Fortunæ divinitatis cultum à veteribus tributum fuisse traditur, ut in quibuslibet aggrediendis rebus eam propitiam haberent, quoniam credebant eam homines ad sublimiores dignitates perducere posse; aut eos summa obruere miseria, ut ce- çinit Juvenal. Satyr. 7.

*Si fortuna volet, fies de Rhe-  
tore Consul;*

16 *Si volet hac eadem, fies de  
Consule Rhetor.*

Cujusce rei exempla plurima prosperitatis, ac adversitatis, ac Fortunæ, quæ aliquos ad excelsum evexit, cæteros ex dignitatum fastigiis dejecit, afferunt Strab. lib. 14. Hero- dot. lib. 4. hist. Valer. Max- im. lib. 6. cap. 11. Beyerlink Theatr. vita human. verbo, Fortuna. Ravis. Textor Officin. part. 2. tit. Qui ex prospera for- tunâ ad humilem, & miseram redacti sunt. Victoria Theatr. Deor. Gentilitat. lib. 7. cap. 1. Cæl. Rhodigin. lib. 21. Lect. an- tiq. cap. 38. Eborenſ. Exempl. de variet. casuum, Crinit. de honest. disciplin. Quoniam Fortunâ omni in re dominari augurabantur, teste Sallustio: Et ideo Homerus, Pindarus, Orpheus, Juvenalis, ac cæteri eam ut Deam concelebrarunt, quia ejus arbitrio omnia sursum deorsum temere ferri in hac rerum summa hariolabâ- tur, ut tradidit Turneb. lib. 5. Adversar. cap. 6. Et Universo. Reginam, ac Imperatricem. 17 omnia regentem præficiebant. Et ideo Fortuna gubernans 18 dicebatur, ut patet ex Lucret. 19 lib. 5.

*Quod procul à nobis flectat  
Fortuna gubernans.*

Quò forsan respexit vetustas 20 duo Fortunæ gubernacula tri- buens. Quo circa à Plutarcho 21 lib. de For. Roman. scriptum est de ea ex Pindaro οὐδὲ διδυμὸν

τρόφυσα πιθάλιον . At cum summa instabilitate pollere cernerent à volubilitate ei nomen inditum fuisse conjectatur .  
 22 Quippe quæ prius *Vortuna* à *vorto* , postea mutatione V, in F, affinem literam, ut in cæteris factum est locutionibus, in *Fortunam* abiit, quia res magnas evertat, ut interpretatur Vossius *Etymologic. ling. Latin. verb. Fortuna* . Cujus  
 23 præcipuum munus, ipsa summis, & summa imis immiscerre, rerumque omnium vicissitudinem inferre arbitrabantur, ut narrat Fungerus *Etymolog. trilingu. verb. Fortuna* . Beyerlinck. *Theatr. vita humana. eod. verb.* Cujus vertiginis  
 24 ergo, φερεπόλος τύχη, est Pindaro nuncupata; licet non desint  
 25 qui eam à ferendo vocent, ut notavit Fungerus, quia ferat res secundas, & adversas, ut  
 26 Vossius subjunxit; & ideo Ferrentina dicitur à Pontano, & ab Erythræo in *Indice* . Sed  
 27 hocce etymon Fortunæ re-  
 28 spuit Vossius, asseverans For-  
 tem, *Fortunam* dici, ut sortem  
 29 dicimus bonam, & κατάχρησιν es-  
 se auguratur, quòd postea Ad-  
 30 versam *Fortunam* pro sorte  
 adversa dixerint. Cui etymologiæ assentiri videtur Covar-  
 ruias *Thesaur. ling. Castellani. verb. Fortuna* . Ex quo cō-  
 cludendum est, Gentiles quid-  
 quid adversi, quidquid prospe-

ri eis accidebat omnia Fortunæ acceptū ferebant; & ideo ut eam in rebus adoriendis eorum fautricem haberent, innumeris ferè delubris colebāt, ut testantur Alex. ab Alexand. lib. I. *Dier genial. cap. 13.* & ibi eruditiss. Tiraquellus. Char-  
 rær. de *Imaginib. Deor.* fol. 305. Pier. Valerian. lib. 56. Hierogl. c. de *Cornucop. Victoria Theatr. Deor. gentilis. lib. 7. cap. 1.* Be-  
 yerlinck. *Theatr. vita human. verb. Fortuna* . Cum quemque Fortunæ ope ditescere autem mabant, ut depromitur ex Geta apud Terent. in *Phormion*, act 5. scen. 6.

O Fortuna! ô Fors Fortuna 30  
 quantis commoditatibus,  
 Quam subito meo hero An-  
 tipholi ope vestra hunc-  
 oneraasti diem!

Quidquid prisci accipiebant Fortunæ acceptum ferebant, quidquid pariter amittebant, id ei expensum ferre solebant: qua de causa eam laudibus, si mulque conviciis afficere narrat Plinius lib. 2. *bistar. cap. 7.* hisce verbis: *Toto quippe mun- do, & locis omnibus, omnibus que horis omnium vocibus For- tunam sola invocatur: una no- minatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cū conviciis colitur. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tanta ratione mor-*

*mortalium, folia utramque pagenam facit.*

Sed hisce veterum Gentilium dementiis, recordiisque, ac insanii spretis, Thesaurum 32 Dei beneficium, secus Fortunae donum esse sectari tene-  
33 mur. Nam licet in l. *Si quis, ff. de Acquirend. rer. domin. dicatur, ducente Fortuna; attamen debet intelligi, beneficio Dei, ut in l. unic. C. de Thesaur. Quoniam suadente Deo obtin- git, ut in l. final. C. Theodosian. de Thesaur. ut itidem. voluere Bornitius lib. 3. de Aerar. cap. 9. Heigius part. L. quest. 13. n. 54. Pinginzer. Quest. jur. civil. 35 Saxon. Montecitlinus ad ll. Platon. cap. 11. Renat. Chop- pin. de ll. Andium cap. 61. Tre- herus lib. 1. parerg. cap. 4. Kni- chen. de Privileg. Ducis Sa- xonis part. 2. elect. 53. Quippe, quod nobis tam mali, quam boni obtingit, haud fortunæ, sed Divinæ providentiae asciscere debemus, ut optimè docet Victoria Theatr. Deor. genti-  
34 lit. lib. 7. cap. 1. Nam Fortuna, secundum Lactant. Firmian. lib. 3. Divin. instit. cap. 29. est Accidentium rerum subitus, atque inopinatus eventus. At 35 respectu Dei nihil est casuale, aut fortuitum, sed omnia pre- visa, provisa, & in se ordinata, teste Beyerlinck. Theatr. vit. human. verb. Fortuna. Unde 36 Fortunam adesse omnino ab-*

negandum est, & Fortunam esse asseverans blasphemare dicit Valdecebro en el Templo de la Fama artic. 10. §. 1. 35 2. Eamque Aristotelem, Sallustium, Juvenalem, ac Tullium reprobasse refert. Nam id Gé-  
37 tiles, lumine veræ veritatis ca- si, credidisse non miror; at quod Christiani, Christi im-  
buti præceptis, Fortunam da- ri asserere audeant, euidem demirandum! ut latè objurgat, ac increpat Valdecebro, ubi su- pra, & Victoria Theatr. Deor. Gentilitat. lib. 7. cap. 1. Id porrò proferre Christicolis verecun- dum est; cum apud nos Deus 39. sit Fortuna, ut rectè affirmat Beyerlink. Theatr. vita hu- man. in verbo, Fortuna. Quia Deus harum rerum omnium est causa: nec dici potest For- tunam nos extollere, vel de- primere; quia unusquisque est 40. suæ Fortunæ artifex, juxta il- lud Sallustii in Orat. ad Cesar. de Republic. ordinand. in prin- cip. ibi: Fabrum esse sua quem- que Fortuna. Cur enim hi præ illis fortunati existant, cum enim sit omniū Dominus, sin- gulis, prout vult, dona imper- tit sua, ut elicetur ex Davide dicente: In manibus tuis for- 41 tes meæ. Fortuna per se nihil est secundum Lactant. Firmian. lib. 3. Divinar. institut. cap. 29. ex quo in lib. 3. cap. 8. asseverat Victoria lib. 7. Theatr. Deor.

*Gentilis cap. i.* Fortunam dari  
42 confidentem, esse vecodem;  
idem hortatur Divus Augustinus  
lib. 4. de Civitat. Dei cap. 14.

Hunc enim Fortunæ errorem non solum Christiani noscere, ac fateri tenentur; verum eum quoque Gentiles ipsi  
43 agnovere, præsertim ex Juvenal. satyr. 10. in fin. Ubi dicit Fortunæ nil divinum esse, si sapimus; at ignorantia nostrâ ipsi locum tribuere tantum, his versibus, innuit.

• *Nullum numen habes, si sit prudentia; sed te Nos facimus, Fortuna, Dea, caloque locamus.*

Idipsum repetit in satyr. 14.  
44 Hauritur etiam ex Seneca re-  
lato à Præteo in Not. ad Juve-  
nal. satyr. 10. num. 365. Errant,  
ait, qui aut boni aliquid, aut mali judicant tribuere Fortu-  
nam. Ingenti sanè contemptu  
45 de ea loquitur Plinius lib. 2.

*Histor. cap. 7.* ibi: Volubilis, à plerisque vero &c caca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix. Cui assentitur Cicer.  
46 de Amicit. ubi Fortunam caca-  
cam appellat. Eique divinita-  
47 tis cultum, numinisque de-

Iubrum difficitur Epicurus:  
Fortunam vero neque Deam,  
ut plures suspicuntur, putat:  
nihil enim Deus agit temere,  
neque instabile, ait Diogenes Laertius lib. 10. de Vitis

*Philosophor. in vita Epicuri prope fin.* Eamque parviperdebatur magnus ille Alexander 48 Macedo, dum mutam in consilio, sordam in responsione, inconstantem in pollicitatione, inhabilem in viribus, in libertate claudam, ac intermem in vita appellavit; anne-  
ctens, Deam adeò inutilem nequaquam timendam: ideoque in vexillis hoc deferebat epigrâma: *Supra Fortunam arbitriū meum: ut elucescit ex ejusdem Alexandri Magni ad Antipa-  
tum Ducem epistola, quam refert Valdecebro encl Templo de la Fama artic. 10. §. 2.* Illum priscorum errorem auspicantium, Fortunam dignates, ac divitias largiri, novit, 50 & reprobat Crispus, denegans aliquid nobis dare, vel posse tri-  
buere. Ait enim Sallustius de Bell. Jugurthin. in princip. Sed Dux, atque Imperator vita mortalium, Animus est: qui ubi ad gloriam virtutis via gravis 51 satur, abundè pollens, potens-  
que, & clarus est, neque Fortu-  
na eget; quippe qua probita-  
tem, industriam, aliasque ar-  
tes bonas neque dare, neque  
eripere cuiquam potest.

Quapropter, Thesaurum 52 haud Fortunæ donum, sed Dei beneficium esse sectandum est; quoniam Doctores, quos superius retuli, Thesaurum Fortunæ donum afferentes, id

relativè referunt; subiectètes extemplo esse Dei beneficium, quod rectius cernitur Arniseo de Jure Majestatis lib.3. cap.6. de Bonis erexitis, & aduc. num.22.in fin. Nec officit Tryphonianus in l. Si is, qui, 63. §.i. ff. de Acquir. rer. domin. asseverans, Thesaurum esse donum Fortunæ; quoniam  
 53 Thryphonianus Fide Catholica haudquaquam imbutus erat, & ut cæteri Gentiles Fortunam, cæterosque Gentilitatis impios, falsosque Deos, opes, Thesaurosque exhibere auspicabatur. E conversò ex quodā Catholici Principis rescripto apertissimè appetet, Thesaurum esse beneficium Dei;  
 Is enim Imperator hoc afferēs.  
 55 fuit Leo in l. unic. C. de Thesauris lib.10. ibi: Ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur. Quem Orthodoxa pietate pollere noscimus ex celebri nostro Histori-  
 56 co. Mexia in Vitis Caesar. in vita Leonis Primi cap. i. & clarius ex Novella 51. ejusdem Leonis Imperatoris. Enītē quoque Thesaurum esse Dei beneficium ex trium Imperatorum Valentiniani, Theodo-  
 57 fii, & Arcadii constitutione l.3. C. Theodosian. de Thesaur. ibi: Eos, qui suadente numine: licet postea subiectat, vel du- cente Fortuna. Quippe hac in lege duæ sunt meditandæ for-

mulæ; una, qua Christiani Prin- cipes usi fuere, quaque Gotho- fredus agnovit in dicta lege, Quos ducente Fortuna, Gentilem formulam appellat; altera παραλλήλως posita, Suadente Nu- mine, qua gentilem formulam leniendam fuit ratus. Has por- rò formulas, non aliter ibi fe- cernit, quam Christianorum, & Gentilium formulas. Nam Christiani Thesaurorum in- ventionem Deo, Divinæque providentiae acceptam fere- bant, Gentiles verò Fortunæ: Verba enim, Suadente Nume-  
 58 ne, quæ in l.3. C. Theodosian. de Thesauris, leguntur, in somnis videlicet, aliqui interpretati fuere; juxta illud Sallusti in  
 59 Fragment. Contra ille calvi ratus quarebat num somnio. Thesaurus protenderetur: Cui equidem interpretationi blā- ditur Cornel. Tacit. lib.16. An-  
 60 nal. Ducente verò Fortuna, casu, nimirum, dum quis alii rei operam navat.

Hoc enim quod de Fortu- na hucusque affatus sum, lo- cum sibi vindicat respectu Gé- tilium, qui falsa prædicti Reli-  
 61 gione omnem adversum, for- tunatumve eventum Fortunæ placito referebant. Quamvis  
 è Gentilibus ipsis nōnulli The- saurum quoque Dei donum.  
 Θεος δῶπον dixerat, ut narrat Go- thofredus Comment. ad leg. 3. C. Theodosian. de Thesauris.

quodque comprobat auctoritate Libanii *declamat.* i i. fol. 378. cui suffragatur, ac confonat Cornelius Tacitus *lib.* 16. *Annal.* ibi: *Deos obviis opes et offerre.* Leo profecto Imperator Thesaurum donum Dei, videlicet Θεοῦ δῶρον appellavit in *Novell.* 51. Licet Gothofredus, Typographorum vitio forsitan, sexagesimam primam Noveliām Ioco quinquagesimā primā citavit. Quibus ex omnibus concludepdum est, Thesaurum esse donum Dei, Divinæque providetiæ beneficium: secus verò donum Fortunæ, ut veteres Gentiles, ac Euangelico lumine cassi perperam augurati fuere, Arnīeus de *Jurib.* *Majestat.* lib. 3. tit. de Bonis vacant. & ereptiis cap. 6. n. 22. Brunneman. in lunic. C. de *Thesauris*, lib. 10. Klok de *Aerario* lib. 2. cap. 116. num. 7. Borcholtēn. in §. *Thesauros*, num. 2. Mynsingherius. num. 4. Institut. de *Rerum divis.* Antunez de *Donat.* part. 3. cap. 13. num. 7. Molin. de *Pri- mogen.* *Hispan.* lib. 1. cap. 23. num. 5. Barbos. in l. *Divortio*, §. *Si fundum*, num. 28. & 41. ff. *Solut. matrim.* Borrell. de *Præstant. Reg. Catholic.* cap. 27 num. 32. & 33. Amaya in l. unic. num. 7. C. de *Thesauris*, lib. 10. Lagunez de *Fructibus* part. 1. cap. 11. num. 6. Gutierrez lib. 4. *Practic. quest.* 36. n. 2.

Calyin. de *EQUITAT.* lib. 2. cap. 196. num. 13. Christinus decis. 399. vol. 1. Simonis part. 2. *Dissertat. Academic.* *dissertat.* 19. thes. 4. Vander. *Synagmat. jur. public.* cap. 47. num. 7. Bornitius lib. 3. de *Aerar.* cap. 9.

Hæc enim nostra cōclusio, videlicet, quod Thesaurus sit 65 donum Dei, optimè potest probari ex illo Tamberlanis Scytharum, seu Tartarorum Imperatoris responso, cui cum per Syriam iter facienti, ob viam quidam rusticus iret, offerretque Thesaurum, in quæ impegerat glebam findendo, dictitatibus omnibus, qui prope Tamberlanem erant: Regis illud aurum esse; cum inventi, qui occultantur Thesauri ad Fiscum pertineant; moneta inspirici jussit: an suam, vel majorum suorum imaginem ferret: Referentibus omnibus insipientibus, Romanorum Imperatorum imagines cerni: Relinquamus igitur, ait, aratori eam pecuniā, quæ mea non fuit; sed quam Deus ad ipsum detulit. Hoc enim Tamberlanis responsum referunt Arnisæus lib. 3. de *Jurib.* *Majestat.* minor, cap. 6. tit. de Bon. *ereptit.* & ca- duc. num. 21. Cosm. Barthol. disc. 36. Bitschius de *Thesaur.* cap. 4. §. 44. part. 1. Camerarius *Hor. subseciv.* lib. 1. cap. 63. Lonicer. lib. 1. *Histor. Turcic.* Et

66. Thesaurum esse exhibitum,  
à Deo, rationem esse, quare in-  
ventoris fiat, subiectit idem.  
Arnisæus *loco citato*; quoniam  
à Deo ipsi datus videtur. Porro  
Gentiles Diis eorum falsis,  
Thesaurorum inventionem,

67 attribuisse, appetet ex Plauto  
in *Prologo Aulularia*, Læcem

68 Deum introducens, qui sece-  
rit, ut Euclio repererit The-  
saurum. Hi Lares, seu Dii do-  
mestici Græcè Θεοὶ κατοικοὶ di-  
69 cuntur: & Lar Hetrusca voce  
*Principem* significare inter-  
pretaur Operarius in notis ad  
dictum locum Plauti; apud quē  
in Aulularię prologo, hoc mo-  
do Lar-familiaris affatur.

*Sed mihi avus hujus obse-  
crans concredidit.*

*Theſaurum auri: clam o-  
mnis in media foco*

*Defodit, venerans me, ut id  
servarem sibi.*

*Is quoniam moritur (ita  
avidō ingenio fuit)*

*Nunquam indicare id filio  
voluit suo:*

*In opemque opravit potius  
eum relinquere,*

*Quām eum T̄hesaurum  
commostraret filio.*

70. Ad nostrę conclusionis ple-  
niorem probationem mirificè  
aspirat, ac confert quoddam  
exemplum, quod ex Philostra-  
to in Vita Apollonii retulit  
Bitschius cap.4. §.44. part.1.  
Inter agri fundive emptorem,

venditoremque contentionē  
maxima orta, de in eo reperto  
Thesauro; & à Phraote Indo-  
rum Rege, ex Apollonii nutu,  
in utriusque vitam inquisitio-  
ne facta: Venditorem prout  
superbum, & impium, Diis in-  
visum: Emptorem ut justum,  
piumque, iisdem gratum in-  
ventum fuisse scribunt. Quam  
obcausam Rex empori homi-  
ni justo, ac pio, & inventori,  
Thesaurum adjudicavit: tan-  
quam si Deus venditori eum  
ademerit, ac empori donare,  
& largiri voluerit.

Et quāquam Ethnici olim 71  
diis eorum omne prosperum,  
vel adversum arrogassent; at-  
tamen Herculi tantum The-  
saurorum arbitrium dedere,  
ut Thesaures absconditos in-  
dicaret, ac donaret, quia reclu-  
dendis Thesauris præsidere  
credebatur, & elicitor ex Per-  
sio Satyr. 2. ibi:

*Qsi sub rastro crepet argen-  
ti mihi seria dextro*

*Hercule.*

Dextro Hercule, scilicet, pro- 72  
pitio, ac favente, ut scribit Pra-  
teus ad eundem Persium. Si-  
cut Mercurius aperto lucro, 73  
& negotiationi; uterque porrò  
repentino, & inexpectato lu-  
cro; quamobrem Lucrii Dii 74  
nuncupantur juxta Arnobium  
lib.4. Et detegitur quoque ex 75  
Plauto in *Mostellar.* act. 4.  
scen.3.

*Is vel Herculi conteret  
quæstum possit.*

Illi enim, secundum interpretationem Operarii ad eundem,

76 Plautum, omnium esculentorum decimæ pendebantur: atque adeo ejus esse oportet maximam prodigalitatem, qui illa omnia cōsumperit. Quod

77 etiam asseverat Macrobius lib. 3. *Saturnalior. cap. 12.* ibi: *Majores solitos decimam Herculi vovere.* Hoc etiam

78 apparet ex eo, quod refert Diodorus Siculus lib. 5: cap. 2. scilicet, Herculem ad honorem sibi à Palatinis im-

79 pensum, dixisse, Eos, qui sibi postquam ad Deos translatus esset decimam bonorum dicarent, vitam felicem victuros.

Quod & evenisse experiētiam 80 docere, & à Lucullo Romanorū ditissimo, aliisque factitatum fuisse, testatur Prateus in notis ad Persium satyr. 2. num. 11. verfic. *Dextro Hercule.* Ideoque putabatur & Hercules Thesaurorum omnium custos, & arbiter. Quò allusit Horat. lib. 2. satyr. 6.

*O si urnā argenti Fors, quā  
mibi monstret, ut illi*

*Thesaurum invento, qui  
mercenarius agrum*

*Illum ipsum mercatus aravit, dives amico*

*Hercule.*

Hoc est, Hercule propitio, ut interpretatur Desprez in no-

81 effs ad Horatium loco citato, num. 12. verbo, Amico Hercule, quoniam inopinato lucro, reclūdendisque thesauris præfse veteres augurabantur, ut ostendit Plutarchus in *Probe-matis.* Arnobius lib. 4. & expressè asseverant Prateus in notis ad Persium satyr. 2. n. 11. verfic. *Dextro Hercule.* Desprez ad Horatium lib. 2. satyr. 6. num. 12. verfic. Amico Hercule. Operarius ad Plautum in *Mostellar. act. 4. scen. 3. nu. 68.* In detegendis abditis thesau- 82 ris Herculis, socium esse Mercurium contendit Bitschius cap. 4. §. 45. part. 1. Ejusque beneficio res in via inveniri credebatur. Quo circa si quis aliquid in via invenisset, moris erat profari Communi Mer- 83 curio; eò quia ille inventarum rerum conscius esset, ut qui in viis versaretur, ut animadver- 84 tit Justus Lipsius in *Comment. ad Senecam epistol. 119. not. 1. ex Pharnutō, & Græcis proverbialiter dictum κοινὸς Ερυθρός.* Ut idem Lipsius loco relato. Erasmus in *Adag. Cōmunis Mer- 85 curius.* Huc respexit Seneca dicta epistola 119. ubi ait: 86 *Quoties aliquid inveni, non expecto donec dicas, In cōmu- ne: ipse mihi dico.* Quod certum est, Larem familiarem 87 Deum apud Plautum in prologo Aululariæ, Thesaurum Euclioni commonstrasse, ut ipse

ipse Lar profatur.

*Dat mihi coronas : ejus honoris gratia.*

*Feci, Thesaurum, ut hic reperiret Euclio.*

Quamvis Bitschius, loco relato, haud Herculem ipsum mercenarij ostendisse Thesaurū, sed eum ad Mercurium duxisse, & defossum Thesaurū ei ostēdi fecisse fertur ex Porphyrione. *ad Horat. lib. 2. satyr. 6.*

88. Forsan quia Herculem eūdem esse cum Mercurio prisci autumabant, ut voluit Chartarius. *lib. de Imagin. Deor. sub Mercur. & Hercul. imag.* Quod facile obtingere poterit, si va-  
89 rietatem imaginum, quibus Hercules pingebatur, inspi- ciamus, de quibus eruditio ple-  
ctro peragat Victoria. *lib. I. Theatr. Deor. Gentil. cap. 3. et 4. tom. 2.* Ideoque Stoici volue-

90 re Herculem, & Mercurium unum ipsum esse Deum: & à vi aliqua, & peculiari affectu, vel effectu solummodo diver-  
sas appellations, variaque sortitum nomina statuerunt, ut Senec. *lib. 4. de Benefic. cap. 7. & 8.* Ubi eundem esse Hercu-  
leum, & Mercurium nomina-  
tim Lipsius. *lib. I. Physiolog. Stoicor. dissert. 9.*

91 Quapropter facili Marte dissentientes Doctores ad con- cordiam redigi queunt, cum ferè in nihilo dissentiat. Qui p-  
pe asserentes esse Thesaurum,

donum Fortunæ, asseverant quoque esse Dei beneficium, quia Dea apud priscos Fortuna habebatur, ut dixi supra. Nam & Fortuna apud Stoicos 92 idem est ac Deus, teste Seneca. *lib. 4. de Benefic. cap. 8.* ibi: *Sic bunc (scilicet Deum) naturam voca, fatum, fortunam: omnia 93 ejusdem Dei nomina sunt, va- riè utentis sua potestate.* Id enim præsertim docent Stoici, à quibus Jurisconsulti no- stri plerique imbuti sunt, ut notavit Cujacius *lib. II. obser- vat. 37. & lib. 26. observat. fi- nal.* Et nominatim, quoad hāc quæstionem, quod Thesaurus sit Fortunæ donū. *lib. 23. quaest. 95.* Papinius. *in l. 44 ff. de Acquir. posseff.* Quorum auctoritates passim in jure adducuntur, ut docet Gothofred. *in l. 2. ff. de Legib.*

Quod enim Fortuna pro Dea habita sic, satis ex addu- ctis nitescit apud Gentiles: at nos, qui vera sumus imbuti Fi- de, Fortunam esse abnegamus, ut rectè eam difficitur Valde- cebrus in *Templ. fam. art. 10. §. I.* Siquidem cum dicimus Fortunam, id facimus, ut eo nomine, quidquid adversum, 99 vel fortunatum nobis obvenit designemus; quia alio æquiva- lenti nomine uiri nescimus. Quod enim dicitur in *l. final.* C. Theodosian. *de Thesaur. 100 Suadense numine, vel ducen-*

se *Fortuna*; id interpretativè accipi potest, suadente numine, sive ducēte *Fortuna*. Quomodo etiam in l. 2. ibi: *Thefaurens*, vel *officialis comitis Thesaurorum, C. de Palatin. sacrar. largit.* lib. 12. Cujacius in *Comment. ad d. tit. vel diaconon* 102 esse afferit, & in l. 2. ibi: *Officiis cœilibus, vel publicis, ff. de Regul. jur. Particulam vel,* per sive, interpretatur Petrus Faber. in *Comment. ad dict. l.* Nisi illud exponendum sit juxta interpretationem Bitschi, nimirūm, quod *Thesaurus, vel Numinis suasu, hortatuque quæsitus fuerit, & inventus in somnis fortasse alicui apparentis, locumque demonstrantis, ut de Hercule, & Mercurio in fabula à Porphyrione citata ad Horatium lib. 2. satyr. o. fertur, ac traditur.* Vel *Thesaurus casu fuerit inventus, dum quis alii rei operam navans, videlicet arationi, & Fortuna aliud daret, ut habeatur in l. 63. §. 3. ff. de Acquir. rer. domin.* Aristoteles etiam Στοιχεῖον εὔρον afferit esse ἀπό τύχης lib. 3. Ethic. cap. 3. sed sumit τύχην haudquaquam pro 102 Deo, seu Numine, sed simpli- citer pro causa per accidens; de qua prolixius peragit idem Aristoteles lib. 1. Physicorum cap. 3. Ideoque Bitschius, & 103 quid aliud est *Fors?* quid *Fortuna?* quid *casus?* quid even-

tus? sciscitatur: nisi cum sic ali- quid accidit, sic evenit, ut non cadere, atque evenire, vel ali- ter cadere, atque evenire po- tuerit? ut ait Cicer. lib. 2. de 104 *Divinat.* Ubi *Thesauri invē- tionem Fortunæ adscribit, & inter fortuita cōnumerat.* Un- de concludēdum est, *Thesau- ri inventionem, & in genere, divitiarum acquisitionem, do- num esse Dei.* Sicut quoque paupertas donum Dei ap. 105 pellatur, & sic pauperes, Dei 106 opus esse, & à Deo factos esse, diligenter inculcat *Sacra-Pa- gina Proverb. cap. 14. verfic. 31.* & cap. 17. verfic. 5. & cap. 22. verfic. 2. Eodem Dei numma- larios elegantissimè nūcupat 107 Salvianus Massiliensis lib. 3. cō- tra *avaritiam.* Et paupera- 108 tem Dominus idem pauper dedicavit, prout ex Divo Hie- ronymo in *cap. gloria, 12. q. 2.* Et quod elargitur pauperi, 109 accipit Deus, Deoque datur, ut dicit Divus Augustinus in *Psalm. 36.* Idecirco, qui in pau- peres facultates suas distribui cupiebant, Christum hære- 110 dem instituere solebant τὸ γλα- κὺ τοῦτο, καὶ κόσμο σωτήριον ὁ νομα, laudante Imperatore Manue- le Comneno in Novella con- stitutione edita à Labbæo cum obseruationibus ad *Synops. Ba- sil. pag. 111.* & Hesiodus lib. 1. ἐργων, καὶ μερον *verficul. 336.* τὴν πενίνην disertè

Μετάπω δότιν ἀνερ σότας  
quò paupertatem donum Deo-  
rum appellat; & apertius hoc  
ipsum ostendit Euclio apud  
Plaut.in *Aulularia* act. I. scen.  
2. dum ait:  
11.1 *Pauper sum, fateor, patior:*  
*quod D[omi]n[u]s dant fero.*  
Ubi Operarius in notis ad eū-  
dem Playtum nam. 10. ex He-  
12 siodo dicit: *Ne cui paupe-  
riam savam, pestemque ani-  
morum objicio, ut opprobrium:*  
*namque est donum illa Deo-  
rum.*

## SUMMARIUM.

- 1 *Gazophylacium ex Persico,*  
*ac Graco, vocamine coag-  
mentatur, Tholosano.*
- 2 *Materia septimi capituli, qua-*
- 3 *Thesaurus, repositorium pe-  
cunie.*
- 4 *Gaza, Persis, Medisque, Pe-  
cunia Regia.*
- 5 *Q.Curtii locus expositus.*
- 6 *Gazam Persa Erarium di-  
cunt.*
- 7 *Locus D.Hieronymi appos-  
itus.*
- 8 *Gaza metonymicòs pecuniā  
ipsam significat.*
- 9 *Opes, Thesauri, divisia, Ga-  
za vocantur.*
- 10 *Quicquid possemus, Gaza  
audit Pagnino.*
- 11 *Horatii locus explanatus.*
- 12 *Ciceronis locus in propatulo  
positus.*

- 13 *Chaldaic, Syriisque Tabula  
publica, Gaza audiunt.*
- 14 *Gazophylacii originatio.*
- 15 *Gazophylacium, quid.*
- 16 *Cimiliarchium, quid.*
- 17 *Gazophylacium Antiqui-fæ-  
deris, quid.*
- 18 *Gazophylacium unde nomen,  
traxerit Fungero.*
- 19 *Corbona Gazophylacium.*
- 20 *Gazophylacium in Novo-fæ-  
dere, imò usque ad extre-  
mam Templic eversionem  
permansit.*
- 21 *Beth-gaza, quid.*
- 22 *Lucæ locus propalatus.*
- 23 *Matthæi locus enucleatus.*
- 24 *Hieronymi locus exsicatus.*
- 25 *Donarium, quid Latinis.*
- 26 *Anathemata quid.*
- 27 *Cimelia, quid Gracis: Hom-  
erilocus publicatus.*
- 28 *Cimiliarchium, quid.*
- 29 *LL. in quibus fit mentio de  
Cimiliarchio.*
- 30 *Cimiliarchium, quo pacto  
scribendum Alexand. ab  
Alexand.& Tiraquello.*
- 31 *Χαιμέλιον, Thesaurus, aut  
aliud quippiam depositum.*
- 32 *Cimiliarchium peculiare vo-  
cabulum Justiniani Imper-  
atoris.*
- 33 *Cimiliarchium, rerum pre-  
siosarum augustius condi-  
torum.*
- 34 *Cimeliarcha, qui.*
- 35 *Homeri locus examinatus.*
- 36 *Nonii locus appensus.*
- 37 *Loci Veteris-Instrumenti, in*

- quibus *Gazophylacium* memoratur.
- 38 *Gazophylacium Templi*, non *Arcatantum*, in quam pecunia ingredientium coniiciebantur, sed et locus amplius, in quo Levitarum primis & cum decimis afferabantur Fungero.
- 39 In Templo *Gazophylacia* duo.
- 40 *Marcii locus explicatus*.
- 41 *Varii loci Veteris-Instrumenti expositi*.
- 42 *Gazophylacium Chalcotyporum officina*, Budæo.
- 43 *Gazophylacium Athenis*, qui locus.
- 44 *Gazophylacia*, quibus in locis constituta.
- 45 *Nemis*, et *Tybure sacrarum pecuniarum Thesaurus ad incertos belli eventus, si externa vis ingrueret, longo tempore servabatur*.
- 46 In aede *Saturni erat sanctius interioris curæ*, in quo aurum vicësimarium afferabatur.
- 47 *Aurum vicësimarium*, quid.
- 48 *Aurum vicësimarium à quibus dà Cimitiarchium dictum*.
- 49 Titi Livii locus de auro vicësimario.
- 50 Julii Cæsar's locus apertus.
- 51 Tullii loci demonstrati.
- 52 C. Julius Cæsar primo ingressu Civilis-belli ex sacerdote adis *Saturni arario*, quantum laterum-aureorum, quantum
- percussa moneta, *La serpentum que protulerit*.
- 53 Varronis locus apud Noniū illustratus.
- 54 Lateres-aurei, et argentei, quid.
- 55 *La serpentum quid*: Plinii locus notabilis.
- 56 Non solum publicorum, sed et privatorum pecunia in Templis afferare.
- 57 Martialis locus difficilis, endatus.
- 58 Ramirez de Prado, Hispanorum eruditissimus, commendatur.
- 59 Herodiani locus perquam opportunus.
- 60 L. Si quæ sunt, 5. ff. Familia herciscund. explicata.
- 61 L. I. g. Apud Julianum, 37. ff. Deposit i. luci reddita.
- 62 Definitivi Status exemplum apud Rethores unde fluxerit.
- 63 Hermogenis locus illuminatus.
- 64 Ciceronis locus ad cœtum revocatus.
- 65 Glyphenes Junoni Samia filiarum doles credit.
- 66 Ephesii, Diana Templo pecunias deponebant.
- 67 Dionis Chrysostomi locus publici-juris factus.
- 68 Annibalis commētum ad decipiendo Cretenses.
- 69 Justini locus explicatus.
- 70 Litigatores apud Pontificem certam pecunia summam

- deponere soliti.
- 71 *Sacramentum quid priscis.*
- 72 *M. Varronis locus haud vulgaris.*
- 73 *Sacramento contendere; eerrare, provocare alium, quid apud Ciceronem, & alios.*
- 74 *More Romano tabula omnes pactionum feudorum, contractum, & testamento rum in delubris Deorum custodiri solita.*
- 75 *E. Cum Pater, 77. §. Donatio nis, 26. ff. de Leg. 2. exposita.*
- 76 *Summa Vestalibus fides, summus honor à Romanis adhibitus.*
- 77 *Testamenta ab ipsis Imperatoribus Vestalibus commendata.*
- 78 *Svetonii locus examinatus.*
- 79 *Taciti locus illustratus.*
- 80 *M. Antonij Triumviri testamentum apud Vestales depositum.*
- 81 *Mynias primus Thesauri locum munivit, ad pecunias custodiendas.*
- 82 *Graci in Delo Insula pecunias deponere consueverunt ad belli opus: & cur.*
- 83 *In Delo Insula Graci cœtus, & belli consilia insire soliti.*
- 84 *Athenienses Delphis Thesau ros habebant.*
- 85 *Lacedamones haud in Thesauris pecunias condebant, & cur.*
- 86 *Macedonum Thesauri, ubi.*
- 87 *Persei Macedonum Regis Thesaurus, ubi.*
- 88 *Syracusiorum Thesauri, ubi.*
- 89 *Livii locus acomodus.*
- 90 *Affyriorum Thesauri Susis.*
- 91 *Cambysis Thesauri Gaza.*
- 92 *Gaza urbis nomen, unde.*
- 93 *Gaza à Syriis, Aza vocata tur.*
- 94 *Gaza una ex quinque Phili stinorum Urbibus in Palestina.*
- 95 *Thesaurus Regis Dejotarii, ubi.*
- 96 *Lysimachi Thesaurus: Per gami, & alias, alibi.*
- 97 *Jugurtha Thesauri, ubi terra rum.*
- 98 *Sallustii locus expositus.*
- 99 *Persarum Regum Thesauri in montibus celati Alexander ab Alexandro: contra sentit Auctor.*
- 100 *Hebreorum Thesauri ubi re conditi.*
- 101 *Sacer Hebreorum Thesaurus, Corbona.*
- 102 *Corbona, Gracis Gazophylacium.*
- 103 *Bocchi Numidia Regis Thesauri, ubi.*
- 104 *Tigranis Thesauri, ubi.*
- 105 *Mithridatis Thesaurus, ubi.*
- 106 *Lacedamonios Thesauros habuisse etiam in Templo Apollinis, fert Athenæus.*
- 107 *Babyloniorū Thesauri Zeugma.*
- 108 *Statii locus propalatus.*

- 109 Romanorum Thesauri quā, doque in ade Saturni.
- 110 Decebali Dacorū Regis Thesaurus in Sargeote flumine.
- 111 Crœsi Thesauri, ubi.
- 112 Sisini Thesauri, ubi.
- 113 Sardanapali Thesauri, ubi.
- 114 Athamani Thesauri, ubi.
- 115 Populi Romani Thesauri quandoque in Tēplo Pacis.
- 116 Darii Persarum Regis Thesauri Damasci, & Arbellæ.
- 117 Thesauri Jugurthæ Numidarum Regis, ubi.
- 118 Sallustii locus pensatus.
- 119 Apud Persas quondam Thesauri Magnatibus committebantur.
- 120 Curtii locus illuminatus.
- 121 Gaza, celebre oppidum Persis, recondendis Thesauris Regiis deputatum.
- 122 Gaza, quid Curtia?
- 123 Svidas, Gazam, Thesaurum, interpretatur.
- 124 Gaza, Persarum lingua, Census, divinita.

## C. A. P. VII.

De Gazophylaciis, seu Thesauris diversorum Regum, ac Rerum publicarum, & quibus in Vrbibus recondeban- tur.

**H**AUDQUAquam hic pigeat obitèr, quæ in quarto

Capite effudi, rursùs leviori calamo attingere. Nam cum ibi de impropriis sim loquutus Thesauris, Thesaurum syncdochicè pro loco ubi pecuniae servantur sumi, retuli, id est pro Γαζοφύλακιον, nimirum Gazophylacium, quod ex Persico, ac Græco nomine, ex Suida, & Hesychio componi, ac compleri attestatur Gregor. Tholosan, lib. 15. Syntagmat. jur. cap. 39. num. 5. de quo hoc septimum Caput agit, cum idem sit, ac de Gazophylaciis veterum Principum sciscitari, quibus in locis erant. Hic Thesaurus capessitur pro gazo- phylacio, aut loco, in quo pecuniae servantur per μετωπίαν, continentis pro contento, ut tradidit Bitzchius de Thesauris cap. 1. §. 20. part. I. Quo in sensu Thesaurus repositoriū pecuniæ auri, vel argenti vocatur ab Alciato lib. 7. Parerg. cap. 1. Fungero Etymolog. tri- lingue, verbo, *Gaza*, quæ indigit, lingua Persarum, ac Medorum, pecuniā Regiam, ut tradit Vossius Etymolog. verbo, *Gaza*. Fungere eodem verbo. Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. genial. cap. 2. Gregor. Tholosan. lib. 15. Syntagmat. jur. cap. 39. num. 5. Dempsterus ad Rosin, lib. 7. Antiq. Roman. cap. 31. & lucescit ex Q. Curt. lib. 3. de Reb. Alex. his verbis: *Igitur quasi parum munimentis oppi-*

di fidēs, ante Solis ortum pecuniam régiam, quam Gazam Persæ vocant, cum pretiosissimis rerum efferri jubet, fugam simulans, re vera ut prædam hosti offerret. Et Pomponius. Mela lib. i. cap. ii. Gazam, Persicam vocem esse asseverat, qua Persæ Ærariū indicant. Quod clarissimè docuit Divus Hieronymus in Esaiam cap. 39. ibi: *Gaza Persarum lingua, divitiae nuncupantur: nec est Hebreus sermo, sed barbarus.* Do-cent quoque Divus Isidorus. lib. 20. cap. i. Servius ad Virgil. lib. i. Æneid. eum locum enarrans:

*Et Troia gaza per undas.  
& lib. 2.*

Huc undique Troia gaza. Interdum Gaza significat metonymicè pecuniam ipsam, ut tradit Vossius de *Etymolog. verbo, Gaza.* Unde hoc nomine obsepiuntur opes, Thesauri, divitiae, & omnes res pretiosæ: quia, ut inquit Pagninus, Gaza, quidquid possidemus significat. Quapropter Gaza à Poëtis, & Latinis Oratoribus, hoc in sensu usurpatur. Idcirco Arabum Gazas dixit Horatius, pro divitiis, seu opibus cumulatis. Et Tullius, lib. 2. de *Officiis*, de Macedonum Gaza loquutus, eorum intellexit opes. Apud Chaldaeos, & Syros Tabulæ publicæ, Gazæ nomine significatur, γράμματα ἀηδίᾳ, seu

- γράμματα, una voce Græcis intelligitur. Cum enim gaza I 4 Thesauros omnes commonestret, ab eo sensu γαζόφυλακιον, ga-zophylacium, oritur, παρὰ τὸ φυλάκτεν τὸ γάζαν, pro arca, in qua præter alias res pretiosas, pre- I 5 cipue pecunia reponitur, ac custoditur, quod Græcis dici- I 6 tur κειμηλάρχιον, videlicet locus, ubi reponuntur Thesauri, secundum placitum Gregorii Tholosan. *Syntagmat. jur. lib. 15. cap. 39. num. 4.* Fuit enim hæc arca capax, in qua sacra pecunia reponebatur, &c. in qua Thesauri servabantur, ut narrat Beyerlinck. *Theatr. vis. human. verbo, Gaza,* & patet ex Luca cap. 21. ubi dicit: *Re-spiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites.*

Hoc quidem gazophyla- I 7 ciū fuit illud, in quo in veteri Testamento reponebatur pecunia sacra, quæ ad cultus Dei conservationem offerebatur. Vossius de *Etymolog. verb. Ga-za.* Hujusmodi gazophyla- I 8 ciū, ex Syrorum, vel Chaldaeorum fontibus nominis originem traxisse refert Funge- rius *Etymolog. trilingu. verbo, 19 Corbona.* Aerarium Templi, sive ἱερὸς Θησαυροῦ Institutum il- lud dictum, Christi temporibus permansit, imò ad templi usque eversionem. Hujuscæ gazophylacii, seu Aerarii Té-

pli fit mentio apud Euangeli-  
**21** stas. Syrus interpres *Besh ga-*  
*za* nuncupat vice pecuniae.  
*Lucas cap. 27. versicul. 4.* han-  
*ce gazophylacii vocem τὰ δῶ-  
ρα τῆς Θεοῦ, dona Dei interpreta-  
tus fuit, prout arcum, in qua  
Dei dona conjiciebantur. Hoc  
**22** tropo utitur *Matthæus cap. 27.*  
*versicul. 6.* scribens Primarios  
Sacerdotes noluisse triginta  
argenteos nummos mittere  
εἰς τὸν κορπανόν, scilicet in δῶρον,  
seu δῶρα ibi: *Principes autem  
Sacerdotum, acceperis argen-  
teos, dixerunt: Non licet eos  
mittere in Corbonam: quod no-  
men Corbona Græcis dicitur  
πάρα τὸ φυλάττειν τὸν γολόν.* Divus  
Hieronymus *cap. 61. Esaiæ,*  
**23** per dona; metonymicè arcum,  
in qua dona ejusmodi Deo cō-  
secrata reponuntur intelligit:  
dicens de Paula, & Pamma-  
chia: *Eas quidquid habuerint  
in dona Domini portasse.* Li-  
**24** cèt Latinos donarii vocem,  
non tantum pro re dicata Deo,  
quam pro loco, in quo ipsa po-  
nitur usurpare attestatur Fun-  
gerus *Etymolog. triling. verbo,*  
*Corbona, in fin. Confert quo-*  
**25** que Cujacius *Comment. ad  
lib. 1. Institut. Justin. verbo,*  
*Donaria, ubi ἀναθήματα, Teo-*  
*philum, κειμήλια, addere refert,*  
**26** quæ Græcis erant mobilia bo-  
na recondita, ac pretiosa, ut  
refert Gregor. Tholosan. *Syn-*  
*tagmas. jur. lib. 5. cap. 39. num. 4.**

quatenus & apud Homerum  
dicuntur κειμήλια, æs, aurum, fer-  
rum reconditum, vel vasa ex  
his facta Homer. *Iliad. 6.*

Πολλά δὲ εἰς ἀφεισθεὶς πατρὸς κειμήλια  
κεῖται,  
Χαλκὸς τε, χρυσὸς τε, πολὺχρωτός  
τε σίδηρος

Id est, inspecta versione Henrici  
Stephani.

*Multa enim in divitiis pa-  
tris domo res pretiosa re-  
condita jacent,*

*Æsque, aurumque, &c. val-  
de elaboratum ferrum.*

Quæ cujusmodi essent, quandoque Cujacium dubitasse refert, & postea reperit esse vasa aurea, ac similia, quæ maximo habentur in pretio, & religiosissimè adsolent asservari: inde κειμηλιάρχου *Cimiliarchion*, **27**  
seu *Cimiliarchium*, ut legit Alex. ab Alex. *lib. 2. Dier. ge-*  
*nial. cap. 2. aut Cimeliarchium, 28*  
ut legendum admonet Tira-  
quellus ad Alexand. ab Alex.  
locus, in quo custoditur pecu- **29**  
nia, de quo fit mentio in *l. Li-*  
*tibus. §. 1. (de Agricol. & cen-*  
*sit. lib. 11. & in l. ultim. §. Sin,*  
*autem, C. de bon. auctorit. judic.*  
*possidend.* Vel κειμήλιον, *Thesau-* **30**  
*rus, aut aliud recōditum quip-*  
*piam, ac sepositum. Cimeliar-*  
*chium verò Justiniani Impera-*  
*toris peculiare verbum esse*  
*attestatur Cælius Rhodigi-*  
*nus lib. 4. cap. 9. liter. C. Eo signa-*  
*ri animadvertisit rerum pretio-*  
*sarum augustius conditorum, 31*

quando κειμενα Græcis Thesau-  
ri sunt, & sepositæ opes. Ci-  
31 meliarcham sancè quidam in-  
terpretantur sacrorum vasos  
rum, quæ divino destinantur  
32 cultui, custodem. Quæ hucus-  
que effudi nimiopere faveret  
Iomerus lib. 15. Odyssæ post  
princip.

Βούλομαι ήδη νέοσθαι εφ' ἡμέτερον  
γαρ οπισθεν

Οὐρον ιων κατέλειπον, επὶ πτερεα-  
σιν ἐμοῖσι,

Μη πατέρερον αὐτιθεον δηκύλιος αὔτος  
ολωμαι

Ητι μοι εἴκε μεγάρων κεψίλιον εσθλόν  
ολυται.

Hoc est juxta versionem Hen-  
rici Stephani

Volo jam redire ad nostra.

Non enim à tergo

Custodem discedens reliqui  
in rebus meis,

Ne patrem divinum qua-  
rensi ipse peream,

Certe mihi ex domibus de-  
positum bonum pereat.

33 Vel ipsum porrò exhaerimus  
ex Nonio hiscemet verbis.

οὐρα φυλοίζη σάμως... οι μετέρες κερ-  
μίουν

34 Illius Templi Gazophyla-  
cii fit mentio in sacris Literis,  
lib. 2. Paralipom. cap. 23. et  
lib. 4. Reg. cap. 12. Erat enim il-  
lud juxta Altare positum ad  
dexteram ingredientium do-  
num Domini; mittebantque  
in eo Sacerdotes, qui custodie-  
35 bant ostia, omnem pecuniam,  
quæ ad Templum Domini de-

ferebatur. Licet haud arcam  
dumtaxat, in qua demitteretur  
pecunia, sed locum amplam,  
in quo etiam Levitarum pri-  
mitæ cum decimis reponebā-  
tur, esse contendit Fungerus  
*Etymolog. triling. verb. Corbo-  
na.* Nonnulli in templo duo  
Gazophylacia fuisse voluēre,  
seu loca, in quibus Templi  
Thesauri custodiebantur. In 36  
primo condebantur pecuniae  
utib[us] Templi oblatæ: in alte-  
ro, res mole[m] maiores: con-  
jiciabantur. Prius, quædam ar-  
ca erat ad eum modum, prout  
nunc in Ecclesiis exponitur;  
teste Beyerlinck. *Theatn. vita  
humana. verbo, Gaza. Posterius;*  
quædam dicebatur atrium  
feriandæ majori supellectili,  
ut dignoscitur ex Marco cap. 37.  
12. Joan. cap. 8. secundum quo-  
dam, posterioris, ut video illi  
offerenti minuta duo, licitum  
fuerit atrium majus, in quo  
minora erant gazophylacia,  
intrare. Majus porrò gazophy-  
lacium erat, in quo res majoris  
momenti ad templi refienda  
adificia, & Sancta-Sanctorum,  
omnisque Thesaurus custo- 38.  
diebatur, ut habetur in Sacra-  
Pagina lib. 4. Regum cap. 12. At  
ut constat ex Exodo cap. 30.  
plura fuisse gazophylacia  
eiusdem quidem generis, sed  
appellatione diversa, ut quo-  
que nitescit ex Jeremia cap. 35.  
his verbis. *Et intraduxi eos in*

dignum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan, filii Iegedelia hominis Dei, quod erat juxta gazophylacium Principum, super Thesaurum Maasia filii Sallum, qui erat custos vestibuli.

Quamvis regulariter gazophylacium pro Thesauro, seu loco ubi Thesauri reponuntur sumatur, & pro cuiusvis rei pretiosae repositorio, ut referunt Alciatus lib.7. Parergon cap.1. Beyerlinck. Theatr. virtutis human. verbo, Gaza. Tamen men Gazophylaciū pro Chalcydorum officinis usurpavit Budæus. Etiam apud Athenienses gazophylacium accipiebatur haud pro Thesauri repositorio, vel receptaculo; sed pro loco quoque, ubi Annona, & frumentum servabatur, ut narrat Postell. de Magistras. Athenien. cap.17.

His de Gazophylaciis praetatis, nunc investigandum est, quibus in locis Gazophylacia, seu Thesauri priscorum custodiebantur. Nemis olim, & Tybure in æde Saturni Aerarium constitutum legimus, in quo sacrarum pecuniarum Thesauros ad incertos belli eventus, si externa vis ingueret, longo tempore servatos tradit Alexand. ab Alex. lib.2. Dier. genial. cap.2. & Appian. Alexandrin. lib.5. de Bello ci- vil. ubi inquit; Nemis, ac Ty-

bure Thesauri nunc, vel maxime sacrarum pecuniarum adservantur copiosissimi.

In eadem Saturni æde erat 43 sanctius Aerarium interioris curæ; meminit Dempsterus ad Rosinum lib.7. Ansiquit. Roman. cap.31. In quo autum vicensimarium, quod ex vigesimalis exigebatur, ad postremos casus, & in populi Romani extrema fortuna custodiebatur; quod vicensimarium, ab 45 aliis Cimiliarchium dictum est. De hoc vicensimario auro 46 loquitur Titus Livius lib.7. Histor. decad.3. ibi: Cetera expeditibus, qua ad bellum opus erant Consulibus, aurum vicensimarium, quod in sanctiore arario ad ultimos casus servaretur, promi placuit. Ipsiusque etiam fit mentio, hoc est de illo sanctiore Aerario, apud 47 Julium Cæsarem lib.1. de Bell. civil. ubi dixit, Lentulum, aperto sanctiore Aerario, ex Urbe profugisse. Meminit quoque Tullius lib.6. in Ver. 48 rem, his verbis: Primum mihi literas publicas, quas in arario sanctiore conditas habebant proferunt. Et lib.7 ad Atticum epistol. 26. scribens hoc modo: Attulit mandata ad Consules, ut Romanam veniret; Pecuniam de sanctiore arario proferrent. Ex sanctiore illo Aerario Cajum Cæsarem primo ingressu civilis belli, La-

52 terum aureorum sex & virginum millia, percusæ verò monetæ, pondo trecenta millia, quod erat tot triumphis partum, congestumque, & Laserpitii pondo centum, & undecim protulisse, traditur à Plinio lib. 33. *Histor. natural. cap. 3.* ibi: *Cajus Cæsar primo introitu Urbis in Civili-bello, sive ex Aerario protulit laterum aureorum 25. M. Argenteorum 35.*

53 Lateres enim aureos, & argenteos pariter vocavit Varro lib. 3. de *Vita popul. Roman.* apud Nonium πλανδες χρυσοις. Herodotus, ubi de Crœso: ar-

54 gentum videlicet, aurumque infectum, nec dum invasa, monetamve conflatum. De

55 Laserpitii loquitur idem Plinius lib. 19. *Histor. natural. cap. 3.* ibi: *Quo minus omitendum videtur, C. Valer. Mar. Heren. Conf. Cyrenis ad- vincta Romam publicè Laserpitii pondo 30. Cæarem verò Dictatorem initio belli civilis, inter aurum, argentumque protulisse ex Aerario Laserpitii pondo M.D.*

56 Neque solum in Templis veterum aurum publicum, seu publica pecunia, sed & privatorum asservabatur. Patet id ex pluribus Scriptorum locis, sed præcipue ex libro Specta-

57 culorum M. Val. Martialis epigram. 7. eo versu:

*Templâ, vel arcano demes spolia uerat auro:*

Quem locum interpretas doctissimus inter Hispanos Philologos Ramirez de Prado, quamvis putet posse intelligi de auro, quo ornari solebant antiqua Templa, & de quo Sarcasticos cecinit Pers. satyr. 2. vers. 8:

At vos  
Dicite, Pontifices, in sancto  
quid facit aurum?

Probabilius multò tamen existimat arcanum aurum dici privatum aurum in Templis custodiæ caussa à Civibus depositum.

Hinc Herodianus describens incendium, quo Pacis Templum absumptum est, sic loquitur, ex versione Angeli Politiani: *I dem Templorum omnium opulentissimum, egregieque munitum, multoque ornatum auro, & argento: Quippe universi fermè suas illuc diuitias quasi in THESAURUM congregebant: ideoque per nocte debacchatus signis, multos ex opulètis egenos reddidit. Quapropter communè quidē jactaram publicè omnes, suā autē quique privatim deplorabant.*

Præterea apud Jurisconsultos in l. Si quæ sunt, s. ff. Famil. 60. hercisc. jubentur cautiones hereditariæ, quando ex iisdem partibus multi hæredes existunt, nec inter eos conveniat

H apud

## 58 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

apud quem potius esse debeat  
in æde sacra deponi . Quid  
61 quod in l. i. §. Apud Julianum;  
37. ff. depositi. præcipitur , ut  
hæreditas in aliqua æde , id est  
Templo deponatur , quando  
duo hæredes de ea contendi-  
dunt .

62 Ab hoc more putat lauda-  
tus Interpres tractū esse apud  
Rhetores commune definiti-  
vi status exemplum , quod af-  
63 fert Hermogenes lib. de Sta-  
tibus , in hanc rationem : Ut  
privatas pecunias ex loco sa-  
cro aliquis surripuit , cum ju-  
beat lex furem duplo conde-  
mnari , sacrilegus verò reus sit  
capitis : Hic ut sacrilegus fue-  
rit accusatus , ille , se furem esse  
contendit . Dirimit autem con-  
64 troversiam Cic. lib. 6. de legib.  
sic scribens : *Sacrilego pæna  
est ; neque ei soli , qui sacrum  
astulerit , sed etiam ei , qui sa-  
cro commendatū , quod & nūc  
multis fit in fanis . Alexander  
in Cilicia deposuisse apud Solos  
in delubro pecuniam dicitur .*

65 Clysthenes item Athenie-  
sis Civis egregius , Junoni Sa-  
miæ , cum rebus timeret suis ,  
filiarum dotes credidit . Et  
66 Ephesios Dianæ Templo pecu-  
nias deposuisse , etiam testatur

67 Dio Chrysost. *Oratione Rho-*  
*diaca 31.* cuius verba , ex inter-  
pretatione Thomæ Naogeor-  
gi , hæc sunt : *Noftis haud du-*  
*bie Ephesios , apud quos multæ*

*sunt pecunia , partim privato-*  
*rum reconditæ in Diana Tem-*  
*pto , non solum Ephesiorum , sed*  
*& hospitum , & hominum un-*  
*decumque gentium , partim &*  
*populorum , regumque ( depo-*  
*nunt autem omnes eò securita-*  
*tis gratia , &c .*

Annibal item hoc deposi-  
to in commentum usus fuit ad  
decipiendos Cretenses , ut ait  
Trogus Pompejus in *Epitome*  
Justini lib. 32. in fin. *Admoni-*  
*tus* (Annibal) à Rege (Antio-  
cho) in fugam versus Cretam  
defertur : ibi cum diu quietam  
vitam egisset , invidiosumque  
se propter nimias opes videret ,  
amphoras plumbo repletas in  
Diana Templo , quasi fortuna  
sua præsidia , deponit : atque ideo  
nihil de illo solicita civitate ,  
quoniam velut pignus opes  
ejustenebat , ad Prusiam con-  
tendit , auro suo in statuis ,  
quas secum portabat infuso ,  
ne conspecta opes vita noceret .

In judiciis etiam id usuve-  
niebat ; deponebant enim Li-  
tigatores apud Pōtificem cer-  
tam pecuniæ summam pro li-  
tis qualitate : quam pecuniam ,  
quòd in sacro reponeretur , *Sac-*  
*ramentum* vocabant : auctor 71  
M. Varro lib. 4. de Ling. latin.  
*in fine* : *Ea , inquit , pecunia , que*  
*in judicium venit in litibus ,* 72  
*Sacramentum à sacro . Qui pe-*  
*tebat , & qui inficiabatur , de*  
*alijs rebus uterque quingentos*  
*cris*

aris ad Pontificem deponebat: de alijs rebus item certo alio legitimo numero assūm. Qui iudicio vicerat suum Sacramen-  
tum à sacro auferebat, victi  
ad ararium redibant...

73 Hinc formulæ forenses Sa-  
cramento contendere, certa-  
re, provocare alium, frequen-  
tissimè apud Ciceronem, &  
Valerium Maximū lib.7.cap.8.

74 §. 2. Adde, quod more Roma-  
no tabulæ omnes pactionum,  
fœderum, contractuum, &  
testamentorum in delubris  
Deorum solebant custodiri,  
Aeditui fidei commendatæ, ut  
in l.3. ff. de Tabul. exhibend.  
Ulpianus: Si custodiā testa-  
menti Editius suscepit. & Pa-  
pinianus in l. Cum pater, 77. §.  
Donationis, 26. de Legat. 2.  
Donationis prædiorum episto-  
lam, ignorante filio, mater in  
ade sacra verbis fidei commis-  
si non subnixam, deposuit, &  
literas tales ad editum mi-  
sit: Instrumentum voluntatis  
meæ post mortem meam filio  
meo tradi volo.

76 Sed major fiducia erat in  
virgines Vestales, quæ Sacer-  
dotes cæteros dignitate, & au-  
toritate superabant, adeòut

77 Imperatores ipsi testamenta  
sua ipsis commendarent: Ma-  
ximæ-Virgini præcipue, quæ

78 reliquis præterat. Svetonius in  
Julio cap.83. Postulante ergo  
L.Pisone Socero, testamentum

ejus aperitur, recitaturque in  
Antony domo, quod Idibus  
Septemb. proximis in Lavicano  
suo fecerat, demandaveratque  
Virgini Vestali Maxima. Et in Augusto cap.101. Te-  
stamentum L. Planci C. Silii  
Coffertio Non. April. ante  
annum, & quatuor menses,  
quādcederet factum ab eo,  
ac duobus codicibus partim  
ipsius, partim libertorum Poly-  
bij, & Hilarionis manuscri-  
ptum, depositumque apud sex  
Virgines-Vestales, cum tribus  
signatis eque voluminibus,  
protulerunt. Quod idem C. 79  
Tacitus lib.1. Annal. restatur:  
Nil, inquit, primo Senatus die  
agi passus, nisi de supremis Au-  
gusti, cuius testamentum illa-  
tum per Virgines-Vesta, Ti-  
berium, & Liviam heredes  
habuit. Et Plutarchus Marci. 80  
Antonii Triumviri testamen-  
tum depositum apud Vestales  
scribit.

Apud Græcos illud quon- 81  
dam notatum fuit, Myniam,  
Chrysæ filium, qui Myniis im-  
peritavit, ut affatus fui in cap.  
5. condendis pecuniis Thesau-  
ri locum munivisse primum  
tradidit Pausanias lib.9. & Cæ-  
lius Rhodiginus lib.20. Lectio-  
num antiquarum cap.25. ad  
finem. Tum si quando conspi- 82  
rante Græcia, communī con-  
silio bellum gerendum foret,  
in Delo Insula, quam sedem

H 2 bel-

bello delegerant, ad belli opus collatas pecunias, tamquam Aerarium deponere consueverunt, ut haurimus ex Thucydide lib. 2. *de Bello Peloponnesiac.* Id enim, ut auguratur Alexand. ab Alex. lib. 2. *Dierum genial cap. 2* factum fuit, quoniam aditu difficilis, & arcis in modum munitissimus

83 locus videretur. Cœtus quoque, & belli consilia, in ejusdem Insulæ Templo quandoque habebant apud Olympiā; ubi de rebus maximis, de consiliis sententiam decernebant, ut elucescit ex Thucydid. lib. 1. *de Bell. Peloponnesiac.* & ibi in Oratione Corynthiorum ad Lacedæmonios apud eundem Thucydid. & in fin. *Orationis Periclis ad Athenienses.*

84 Athenienses omni ætate, Thesauros suos Delphis intactos habuisse referunt Diodorus Siculus lib. 11. Alex. ab Alexand. lib. 2. *Dier. genialium cap. 2.* Probus Aemilius in *Aristide.* In ipsis quoque Delphis Thesauros reposuisse Spinenses suos tradidit Strabo lib. 5. post princip.

85 Lacedæmones antiquitus publicas pecunias haud in Thesauris custodisse; veritos nè violentiores naçtos custodes, eas expilarent, narrat Plutarchus in *Vita Lycurgi.*

86 Macedones omnes Thesau-

ros, omnemque gazam, & pecuniam ad belli opus in oppido Quinta juxta Tarsum deposuere, teste Strabone lib. 14. Alex. ab Alex. lib. 2. *Dier. genial. cap. 2.* Licet Perseus & ipse 87 Macedonum Rex à Romanis devictus, ductusque in triumphum, Thesaurum suum in Pelta deposuerit, ut scribit Titus Liv. lib. 4. *Histor. decad. 5.*

Syracusani Thesauros suos 88 reponebant in oppido, seu castello munito nomine Labdalo, quod ubi situm esset nescire fatetur Tiraquellus in *Notis ad Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. genial. cap. 2.* At Thesauros fuisse Leontini Syracusano- 89 rum Regis depromitur ex testimonio Titi Livii lib. 4. *Histor. sed in Naxo lib. 5. decad. 3.*

Aſſyrios Thesauros custodis-90 ſe ſuſis docuerunt Herodotus lib. 5. Strabo lib. 15. memoratque Dempsterus ad Rosin. lib. 7. *Antiquit. Roman. cap. 31.*

Cambysis Thesauris, oppidum Gaza in Palæstina fuit. Quippe Persis Thesaurus, uti Syris est, ut ſæpè dictum fuit: 92 indeque Palestinae Urbi Gaza nomen: quòd, ut refert Pomponius Mela lib. 1. cap. 11. cum Cambyses armis Ägyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat, ut tradiderunt Vossius *de Etymolog. verbo, Gaza.* Volaterranus lib. 11. ubi ex Stephano ait, Gazam à Sy-

93. Syriis Azani vocari, & Gazam,, quam Persæ Thesaurum nuncupant, in ea constituisse, quæ  
 94 de quinque Civitatibus Philistinorum in Palæstina fuit, ut afferit Tiraquellus in Notis ad Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 2.
- 95 Thesaurus Regis. Dejotari in Pejo Phrygiæ Regionis servatus erat, teste Strabone lib. 12.
96. Lysimachi Thesaurus Pergami constitutus erat, prout asseveravit Strabo lib. 13. & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 2. Licet quandoque in Ceterizi promontorio reconderetur, ut voluit ipse Strabo lib. 7. ibi: *Hoc in littore Ceterizis promontorium prominet, locus minime validus, quo aliquando Lysimachus opum suarū Thesaura, & Ärario usus est.*
- 97 Jugurtha Thesauros suos in Thala, & Capsa Numidiæ condebat, teste eodem Strabone lib. 17. & Sallustio in Jugurth. fol. mihi 138. ibi: *Namq; 98 haud longè à flumine Mulu- cha, quod Jugurtha, Bocchique Regnum disjungebat, erat in- ter ceteram planitatem mōs sa- xeus, mediocri Castello, satis potens, in immensū editus, uno peragusto aditu relicto. Nā per omnia natura, velut opere, atque consulto, praceps; quem locum Marius, quod ibi Regis Thesauri erant, summa vi ca- pere intendit, &c.* Thesauros quoque Jugurthā habuisse in,
- Thala Africæ Urbe refert idem Sallust. de Bell. Jugurth. fol. mihi 123. hisce verbis: *Ea fuga Jugurtha impensis modo rebus suis diffidens, cum per fugis, & parte equitatus in solitudines, dein Thalam per- venit, in oppidum magnum, & opulentum: ubi plerique The- sauri, filiorumque ejus multus pueritia cultus erat. Et præci- puè de Capsa Paulus Orosius lib. 5. cap. 14.*
- Persarum verò Reges The- sauros, barbarasque opulentias in montibus celasse refert Ale- xand. ab Alex. lib. 2. cap. 2. Ast me neutiquam latet Strabonem lib. 15. scripsisse, Gazam,, Thesauros, & monumenta Persarum fuisse in Persepoli, & Pasagardis. Et rursùs paulò inferiùs subdidit, Cyrum suos Thesauros Susis, & Babylonea condidisse.
- Hebræi Thrace, & Tauro 100 Hierichuntis Thesauros pone- bant, ut tradidit Strabo lib. 16. Qui sacrum Thesaurū, Cor- 101 bonam appellant, ut appareat ex Josepho lib. 2. de Bell. Judai- co cap. 8. Eusebio lib. Chronicon. & latiùs Fungerus Etymolog. triling. verbo, Corbona. Ubi docet Carbonam esse Græcis 102 γαζοφυλάκιον παρὰ τὸ φυλάττειο τὸν γα- ζαν.
- Bocchus Rex Numidiæ 103 Thesauros quoque suos in Monte Saxeo, quod ad fluviū Ma-

Malucham erat, reponebat, ut  
elicitur ex Sallustio in Jugur-  
tha.

104 Tigranes Thesauros verò  
condebat suos in Babyrfa, &  
Olana, ut fatetur Alex. ab Ale-  
xand. lib. 2. *Dierum genial. cap.*  
2. & apertiùs nitescit ex Stra-  
bone lib. 11. cujus hæc sunt  
verba: *Non procul ab Urbe*  
*sunt castella quadam munitissi-  
ma Babyrfa, & Olana, ubi*  
*Tigranis Artabasda Thesau-  
ri servabantur.*

105 Celeberrimi Mithridatis  
Regis Thesauros in Petra Ar-  
meniæ celari affirmat Alex. ab  
Alex. lib. 2. cap. 2. Sed Strabo  
lib. 12. asserit in Cabiri. Et Plu-  
tarillus in *Pompejo*, in Ivera  
Castello asseverat.

106 Lacedæmonii etiam The-  
sauros habuisse in Templo A-  
pollinis ex Athenæo lib. 6. scri-  
bit Beyerlinck. *Theatr. vita  
humana verbo, Gaza.*

107 Babyloniorum equidem.  
Regum in Zeugma Urbe pro-  
pe Euphratem, velut arce tu-  
tissima, tributorum Thesau-  
rus, & Ærarium esse consue-  
vit, ut narrarunt Strabo lib. 11.  
Alexand. ab Alex. lib. 2. *Dier.*  
*genial. cap. 2. in fine.* Et tetigit  
108 Statius lib. 3. *Sylv. 2.*

*Antiquæ Babylonis opes,*  
*& Zeugma Latina*  
*Pacis iter.*

109 Romani nonnunquā The-  
sauros in Aede Saturni posue-

re, prout ex Plutarcho in *Pro-  
blemas.* tradidit Beyerlinck.  
*Theatr. vita humana, verbo,*  
*Gazophylacia.*

Decebalus Dacorū Rex, 110  
Thesauros celavit in Sargete  
flumine, ut haeritur ex Dione  
in *Vita Trajani.* Et refert quo-  
que Aymo lib. 1. de *Alluvio-  
nibus, cap. 13. num. 3.* Calvinus  
lib. 3. de *Æquitat. cap. 234. n. 31.*

Crœsus Lydorum Rex, in 111  
templo, quod erat in Brachi-  
dis custodire jussit Thesauros  
suos, quorum meminit Herodotus lib. 5.

Sisimus, qui Cappadocum 112  
Imperium adeptus fuit, in.  
Nota, quæ nunc Neroassus di-  
citur, Thesauros reposuit, ut  
eruimus ex Strabone lib. 12.  
*post princip.*

Teterrimus ille, omnium 113  
iniquitatum compendiū, Sar-  
danapalus in locis subterra-  
neis Thesauros, ac opes tene-  
bat suas, prout confitetur He-  
rodotus lib. 2.

Athamanus Thesauros cō-114  
didit in Tetraphilia, referen-  
te Tito Livio lib. 8. *Histor. de-  
cad. 4.*

Populus Romanus inter- 115  
dum Thesauros servabat in  
Templo Pacis, teste Herodia-  
no lib. 1. ut nuper diximus.

Darius Persarum Rex, The-116  
sauros suos in Urbe Damasco  
custodiebat, ut memorat Quin-  
tus Curtius lib. 3. de réb. Alex.  
ibi:

ibid: Tum tabernaculo gressus  
ribus aris in ripa Pinari am-  
nus Jovis, atque Herculis, Mi-  
nervaque sacratis, Syriam pe-  
rit; Damascum, ubi Regis Ga-  
za erat, Parmenione premis-  
so. Quamquam idem Curtius  
lib. 5. Darii Thesauros Arbelæ  
fuisse apertissimè ostendit, dū-  
ait: *P*auto post *Alex* traditur  
*Arbelæ Regia supellectili, Da-*  
*ræique Gaza repleta: Qua-*  
*tuor millia talentum fuerunt:*  
*Præterea pratiofa uestes; to-*  
*tius exercitus opibus in illam,*  
*sedem cōgessit. Sed hujc Quin-*  
*ti Curtii placito reluctatur*  
*Letellier. in Notis ad eundem*  
*Curtium lib. 5. fol. mihi 179.*  
*num. i. Quia parum credibile*  
*suspicatur, Darium, pretiosissi-*  
*ma quæque exiguo in Castel-*  
*lo, aut vico depositum fuis-*  
*se, cum ante illucum prælium*  
*supellectilem Regiam Dama-*  
*scum misisset.*

17. Thesauros quoque Jugur-  
thæ Numidæ Regis in Sushul  
oppido fuisse innotescit, quod  
ut Aulus Romæ Proconsul in  
Africa capesseret; mense Ja-  
nuario milites ex locis, in qui-  
bus Hybernum tempus exi-  
gebant, in expeditionem evo-  
cavit, ut narravit celebris Hi-  
storicus Ballistius de Bell. Ju-  
gurthi, fol. mihi 94. Eamora  
in spem adductus Aulus, quæ  
Pro-Prætorem in castris reli-  
ctum supra diximus, aus con-

figendi belli, aut serrore exer-  
citus ab Rege pecunia capiun-  
da, milites mense Januario ex-  
Hybernis in expeditionē evo-  
cat; magnisque itineribus Hyc-  
me aspera peruenit ad oppi-  
dum Sushul, ubi Regis The-  
sauri erant.

Apud Persas antiquitùs mos i 19.  
quidam invaluit, Magnatibus  
Thesauros committendi, ut  
eos asservarent Brissonius re-  
tulit, & Q. Curtius lib. 5. de Reb.  
Alexandr. Tiridatem Regiæ i 20.  
pecuniæ, quæ ex una Satrapia  
cogeretur, custodem comme-  
morat. Erat & Gaza celebre  
Thesauris Regiis reponendis, i 21.  
oppidum, teste Dempstro ad  
Rosinum lib. 7. Antiquit. Ro-  
man. cap. 31. Quo nomine  
ubertatem capessit Curtius i 22.  
lib. 3. quam Urbem in Palæsti-  
na reposuit Pomponius Mela.  
lib. 1. cap. 11. Quo circa Svidas  
Gazam, Thesaurum inter- i 23  
pretatur, & penè eadem He-  
sychius Grammaticus, & opti-  
mè Servius ad 1. lib. Æneidos  
Gazam, Persarum lingua, i 24  
Census, divitias vocat.

## S V M M A R I U M.

1. Latè sumptus Thesaurus, rē  
quamlibet pretiosam signi-  
ficat,
2. Veteres, ut securius Thesau-  
ros suos servarent, ad Tem-  
pla eos deferre ceperunt.

Var-

- 3 Varronis locus luci restitu-  
tus.
- 4 Thesaurus quondam perpe-  
tuò in Templo Dei.
- 5 Thesaurus quondam perpe-  
tuò in Templo Dei affer-  
vatus, Gaza: indeque Ga-  
zophylacii vocamen.
- 6 Locus lib. 3. Regum c. 14.  
expositus.
- 7 Testimonium libri ejusdem  
appositum.
- 8 Jeroboam Templum Dei  
Thesauris orbat.
- 9 In Templo uestes pretiosa  
affervata, sacrificio peracto.
- 10 Omnium pecuniarum The-  
sauri in Templo Dei repor-  
siti: plures loci Sacrae Pag-  
nae illustrantur.
- 11 Nabuchodonosor Iacobim Re-  
gem Iuda cum omnibus  
Templo Thesauris Babylo-  
nem transfert.
- 12 Larvit & in Veteri-Instrumen-  
to sacros custodiebant The-  
sauros.
- 13 Ethnici Thesauros in Tem-  
plis custodiebant: atiologia.
- 14 Donaria Diis oblata, tutò  
in Templis affervabatur, ab  
omni hostili impetu immu-  
nia.
- 15 Pompejus Magnus in excidio  
Hierosolymitano, à duobus  
millibus talentis in Gazo-  
phylacio Templi inventis  
abstinuit.
- 16 Hegesippi testimonium.
- 17 Ob non praestitam Templo A-  
pollinis reverentiam à Bré-  
no, terramotu exorto, ejus  
perit exercitus.
- 18 Galli, Duce Brenno, Graciam  
invadunt.
- 19 Victores summā Templis re-  
verentiam exhibere debet.
- 20 Ludovici XIV. Pietas, &  
Religio commendatur.
- 21 Morum disciplina presen-  
tium Gallorū sub Ludovi-  
co M. commendatur.
- 22 Romani in ade Saturni The-  
sauros suos deponebant.
- 23 Cræsus in Templo Thesauros  
suos condit.
- 24 Graci in Insula Delo The-  
sauros custodiebant.
- 25 Antiqui in Templo Diana  
Ephesia Thesauros repo-  
nebant.
- 26 Plauti locus apertus.
- 27 Ciceronis loci explanati.
- 28 Cæfaris locus detectus.

Thesauri olim apud an-  
tiquos in Templis  
reponebantur;

### C A P. VIII.

**C**UM largo modo sum-  
ptus Thesaurus, quæ-  
libet res pretiosa dicatur,  
veluti catenæ, gemmæ, vasa,  
torques, monilia, &c. ut af-  
severant Lessius de Just. &  
jur.

- jur. lib. 2. cap. 5. dub. 15.* Bonacini. *tom. 2. disput. 5 punct. 6. n. 1.* Bocerul. *cap. 3. de Regalib. nu.*
177. Hinc factum, ut quidquid pretiosum servamus, Thesaurum vocemus, ut assertit Bitschius *cap. 1. §. 19. part. 1.*
2. Et cum olim in terræ visceribus Thesauros veteres condenserent, ut fatetur Georgius Simon *part. 2. differt. 19.* ut securius eos servarent, ad Tempa deferre cœperunt, ut tetigit, ac elicere quimus ex illo Varronis *lib. 4. de Ling. Latin. in fin. ibi: Diis cum Tbesauris assedant; & nos capite superiori obiter vidimus.*
4. Thesaurum quondam fuisse perpetuò in Templo Dei, variis pretiosisque muneribus, oblationibus, vestibus, vasis, pecuniisque conflatum, asseverant Tholosanus *lib. 15. syn tagmat. juris cap. 39. nu. 6.* Calvinus *de Equitate lib. 2. cap. 196. num. 66.* Dempsterus ad Rosin. *lib. 7. cap. 31.* quos Thesauros Gazam Divus Gregorius vocat in *cap. 3. de Offic. Archidiacon.* Indeque Gazo phylacium dici locum, in quo hujusmodi Thesauri asservantur, juxta Svidam. Thesauros fuisse in Templo Dei, pluribus Scripturæ locis possumus comprobare, præsertim exemplo Regis Sesac Thesauros Templi ibi à Salomone posi-
- 5

tos, diripientis, ut expressè habetur *lib. 3. Regum cap. 1. 4.* his verbis: *In quinto autem anno Regni Roboam, ascendit Sesac Rex Ægypti in Hierusalem, & tulit Thesauros domus Domini, & Thesauros Regios, & universa diripuit: scuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon.* De quibus aureis scutis fit mentio eodem *lib. 3. cap. 10. vers. 16.*

Ad hujus rei comprobationem adducere necessum est decretum eximii Ducis Josue, in expugnatione Urbis Hiericho latū, quo præstituit Israëlitico populo, quod quidquid auri, & argenti esset, & vasorum aureorum, & ferri, Domino cōsecraretur, repositum in Thesauris ejus Josue *cap. 6. vers. 19.* *Quidquid autem auri, & argenti fuerit, & vasorum aureorum, ac ferri, Domino consecratur, repositum in Thesauris ejus.* Et Jeroboam juxta Josephum *lib. 8. Antiquitat. cap. 10.* spoliavit Templum Dei Thesauris, accipiens ingentem auri, & argenti copiam. Sustulit quoque lāceas, aureas, & sagittas aureas, quas sumptas à Rege Sophone, David sacraverat Deo; omniaque alia pretiosa supellecilia, quæ erant in Templo. Idem sacrilegè patrasse Antiochū legimus *lib. 1. Machabæor. cap. 1. vers. 23. ibi;* *Et accepit altare au-*

reum, & candelabrum lumenis, & universa vasa ejus, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortaria, la aurea, & velū, & coronas, & ornamētum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia: & accepit Thesauros occultos, quos inventit: & sublatis omnibus abiit in terram suam. Et cursum quidem commemorant Tholosanus lib. 15. Syntagmat. jur. cap. 39. num. 6. Calvinus de Aequitat. lib. 2. cap. 23. 6. nu. 70.

9. Etiam in Templo Dei, seu Gazophylacio Sanctuarii deponebantur res pretiosae, sacræ vestes divino officio peracto, ut ex Esdræ Prophetia nitescit cap. 44. versicul. 19.

10. Et omnium pecuniarum Thesauros in Templo Domini repositos, habemus pluribus in Sacræ-Paginæ locis, præcipue lib. 4. Reg. cap. 12. versic. 4. ibi:

*Omnem pecuniam Sanctorum, que illata fuerit in Templum Domini à prætereuntibus, qua offertur pro pretio animæ, & quam sponte, & arbitrio cordis sui inferunt in Templum Domini. Et versicul. 8. Et tulit Joiada Pontifex Gazophylacium unum, aperuitque foramen de super, & posuit illud juxta altare ad dexteram ingreditentium domum Domini;*

mittebantque in eo Sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, qua deferebatur ad Templum Domini. Eodem lib. 4. cap. 24. legitur quoque Nabuchodonosorem 11 Babylonis Regem, Joachin Juda Regem cum omnibus Templi Thesauris duxisse in Babylonem. Siquidem loquēs de Nabucho versic. 13. habemus hæc verba: *Et protulit inde omnes Thesauros domus Domini, & Thesauros domus Regiae: & concidit universa vasa aurea, quæ fecerat Salomon Rex Israel in Templum Domini, juxta verbum Domini.* Fit etiam in Sacra-Pagina 12 mentio de Levitis, Custodibus, seu Præfectis sacri Thesauri, qui in Templo Domini erant, lib. 1. Paralipomen. cap. 9. versic. 26. ibi: *His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus Janitorum, & erant super Exedras, & Thesauros domus Domini.*

Hujusmodi deponendi in 13. Templis Thesauros morem, Ethnicos imitatos fuisse assuerunt Dempsterus ad Rosinum lib. 7. Antiq. Roman. cap. 31. Tholosan. lib. 15. Syntagm. jur. cap. 39. num. 6. Calvin. de Aequitat. lib. 2. cap. 23. 6. in fin. Nimirum hanc ipsam habendi Thesauros consuetudinem in Templis suis prisci æmulati sunt. Hujus rationem retulit

Operarius in Notis ad Plautū  
in *Bacchid.* act. 2. scen. 3. n. 78.  
ubi afferit, quod veteres, si  
quid esset auri in Templis de-  
ponebant, quia præsidiis ad id  
publicè servandum positis,  
magis esse videretur in tuto,  
quam si domi fuisset servatū.

**i4** Multa quidem pretiosa Idò-  
lis, Diisve falsis suspenderunt  
donaria ex hostium manubiis,  
ex victoriis, tum ex voto, tū  
ex largitione proficiscentia; à  
quibus omnibus, qui interdū  
Dei olfecerant numen, nihil  
inimico, & hostili impetu, cla-  
**i5** dis inferentes, delibabant. Sic  
Pompejum Magnum, post Hie-  
rosolymorum Templum ca-  
ptum, à duobus millibus talē-  
**i6** tis, in Templi Gazophylacio-  
inventis abstinuisse narrat Jo-  
sephus lib. 14. *Antiquit. Judaic.*  
cap. 8. Et refert quoque Hege-  
sippus lib. 1. de *Excid. Hierosó-*

**i7** lymitan. cap. 17. ibi: Denique  
Pompejus curarum istiusmodi  
declinans superflua, dum triū-  
pho potius ambiret ambusta,  
sequentibus se se suorum pluri-  
mis, vidit tabernaculum, se-  
cundūm quod Soli Principi  
Sacerdotum solemnī accessu  
patebat, atque intus aspergit  
lucernam, & mensam, & thy-  
miam asa, & tabulas testame-  
ti, & super eas Cherubin, mul-  
titudinem aromatum disper-  
sam, & sacra pecunia talenta

duo millia, in quibus cum plu-  
rimi auri esset, integer tamen  
ab omni cupiditate, vet ipsa,  
vel si qua sacrorum vaforum,  
inventa sunt, intacta conser-  
vare præcepit.

Contra ob non præstitam 18  
templis reverentiam à Bren-  
no Duce Gallorum Delphis,  
Apollinis Templum ob The-  
sauros ibi repositos capeſſen-  
dos adoriēte, terrāmotu exor-  
to, portio montis abrupta, in-  
gentem stravit exercitum, &  
confertissimi cunei, non sine  
vulneribus hostium dissipati  
ruerūt, ut refert Justinus lib. 24  
cap. 8. Hoc dupli ex causa re-  
ferre necessè duxi: tū ad præci-  
pui nostri propositi, de The-  
sauro quōdām in Tēplis repo-  
sitīs, roborationē: tum ad Pompejī  
Magni, Romanorūq; erga  
Templum ostendendam re-  
verentiam, improbandamque  
irreverentiā aliarū gētiū, que  
Latii nō erāt imbutæ moribus.  
Audita verò Brennus victoria  
suorum, qui Belgio Duce Ma-  
cedones vicerant, indignatus  
parta victoria opimam præ-  
dam, & Orientis spoliis onu-  
stam tam facile relictam esse; 19  
ingenti congeſto exercitu, in  
Macedoniam irrumpit. Cum  
agros, villasque popularetur,  
obviā ei cū instructo exercitu  
Macedonū Sosthenes venit: sed  
pauci à pluribus trepidi, à valē-

tibus facilè superantur. Itaque cum victi se Macedones intra mœnia Urbium recondidissent, nemine prohibente, totius Macedoniae agri vabantur. Inde quasi jam terrena sorderent spolia, animum ad Templorum Deorum immortalium Thesauros convertit, scurriliter jocans, *Locupletes Deos, largiri hominibus oportere.* Delphos iter illi-  
cò vertit, prædam religioni, aurum offensæ Deorum præferens; quos nullos opibus ege-  
re, ut qui eas largiri homini-  
bus soleant, affirmabat. Ast priusquam ejus sitis, auro Tem-  
pli Delphici extingueretur, &  
antquam Thesauros in eo de-  
positos tolleret, vindici saucius  
ictu, cù vulnerum dolorē ferre  
nequiperet, pugione sibi ipsi  
saxam intulit mortem. Alter  
ex Ducibus, auctoribus belli  
punitis, cum decem millibus  
sauciorum citato agmine Græ-  
cia excedit. Sed nec fugienti-  
bus fortuna commodior fuit:  
siquidem pavidis nulla sub te-  
ctis acta nox; nullus sine la-  
bore, & periculo dies; assidui  
imbres, & gelu, nix concreta,  
& famæ, & lassitudo, & super-  
hæc maximum pervigiliæ ma-  
lum, miseras infelicis belli re-  
liquias obtenebant. Gentes  
quoque, nationesque, per quas  
habebant iter, palantes velut  
prædam sestabantur; quo pa-

cto evenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui paulò ante fidu-  
cia virium, etiam adversus Deos contendebat, vel ad me-  
moriā tantæ cladi superef-  
set, teste Justino lib. 24. cap. 8.  
Ex quorum historia depromi-  
tur, Thesauros olim in Tem-  
plis fuisse servatos: sim ulque 19  
haurimus, victores sum man-  
sacris Templi rebus reveren-  
tiā præstare debere. Ast hodie  
haud criminis hujus Gallos in- 20  
culpare possumus; nam urgē-  
te Ludovicus XIV. eorum  
invicto Rege, eximiam Tem-  
plis reverentiam exhibit, ar-  
ctamque moralium morum  
disciplinam, omnium stupore 21  
servare ubique intuemur. Hu-  
jusce rei cursim meminit  
Dempsterus ad Rosinum lib. 7.  
*Antiquit. Roman. cap. 31.*

Prisci Thesauros suos ideò  
in Templis servabant, quia  
juxta Dempsterum ad Rosinū  
lib. 6. *Antiquit. Roman. cap. 31.*  
Loca ea sacra censebant. Quo-  
circà in Fanis Deorum tutissi-  
mo sanè præsidio deponeban-  
tur opes. Ideoque Romani in 22  
Saturni Templo eorum The-  
sauros deposuerunt, teste He-  
rodiano lib. 1. ut innuit Pseu-  
docornutus ad Pers. satyr. 2.  
his verbis: *Aes in ade Saturni  
condebat, nondum argento,  
auroque signato, unde Aera-  
rium nomen accepit: fuit assis  
libralis, & dipondius, quod  
bo-*

- die in usu remansit: et solebat potius pensari, quam numerari unde et Dispensatores dicti. Prorogatores. Consonant Plutarch. in Problematis. Beyerlinck. Theatris. vita humana. verbo, *Gazophylacia*. Et Cœsus. Rex Lydiorum opimos Thesauros suos in Templo, quod in Brachidis erat, jussit servari, teste Herodoto lib. 5. & totius fermè Greciæ consuetudo fuit, & obrinuit, reponendi ejus Thesauros in Insula Delo, asseverate Dempsterio ad Rosin lib. 7. Antiquitat. Roman. cap. 3. 1. ad fin. Quò ex Revardo, pecuniam in æde deponere solitum esse asseverat apud veteres Romanos.
26. Etiam antiqui Thesauros suos in Templo Diana: Ephesiæ reponere solebant, ut de promittur ex dialogo Chrysali, & Nicobuli apud Plautum in Bacchid. act. 2. scen. 3.
27. Nos ibi apud Theatimum, omne aurum depositum: Qui illic Sacerdos est Diana Ephesia.
- Et paulis interjectis Chrysalus prosequitur.
- Quin ipsa in æde Diana conditum est, ibi.*
- Demum publicitus servans.
28. Ponebantur quoque veterum Thesauri in Fanis, ut refert Cicer. lib. 5. Epistol. familiar. ibi: Nam de Lucio est ista actum, ut auctore Cneo Pompejo ista

pecunia in Fano poneretur. Et paulò inferiùs superaddit: Illud me non adverteisse molestè ferrem, ut adscriberem te in Fano pecuniam, meo jussu deposuisse. Idipsum ferè fatetur idem Tullius lib. 15. ad Atticum, hisce verbis: *Quum ex reliquis, qua nobis April. fecit abundarem, cogor mutuari, quodque existis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud Fano depositum putabam.* Idem attestatur Imperator omnium celeberrimus Julius Cæsar lib. 1. *Commensar. de Bello-civil.* ibi: *Pecunia municipiis imperantur, à Fanis tolluntur, omnia divina, humanaque jura permiscentur.* Et de hac re luculenter egere Herodotus, Dion Chrysostomus, Æmilius Probus in Aristide, Herodianus, Dionysius Lambinus, Dempsterus ad Rosin lib. 7. *Antiquitat. Roman.* cap. 3. 1.

## S U M M A R I U M.

1. *Pecunia deposita apud quempiam, Thesaurus non est.*
2. *Thesaurus propriè dictus Domino caret.*
3. *Ex rebus cuiquam datis custodia & causa, qua obligatio, actioque progerminet.*
4. *Rei depositæ dominium, à depositore non discedit.*
5. *Nuda traditio, nunquam do-*

- dominium transfert.*
- 6 *Traditio quando dominium transferat.*
- 7 *Quo pacto Thesauri depositi si dominium mutetur.*
- 8 *Thesaurus duplex.*
- 9 *Etiam in Thesauro furtum datur.*
- 10 *Thesauri depositio ad depositi sciscitationem pertinet.*
- 11 *Verbum Pecuniae, strictè sumitur pro solis nummis, ac numerata pecunia.*
- 12 *Thesaurus propriè, qui in nummis consistit.*
- 13 *Pecunia deposita, Thesaurus non est.*
- 14 *Thesaurus veterem pecunia depositionem requirit.*
- 15 *Si quis metus, vel præsidii, aut custodia gratia ingenit pecunie vim sub terra recondat; rerum reconditarum dominium non amittit.*
- 16 *Proprii Thesauri, inventorem tatum Dominum agnoscunt.*
- 17 *L. Penult. §. fin. ff. de Auro, & argent. legat. intellectus.*
- 18 *Ne possessio quidem longissimi temporis prodest inventori Thesaurum imprædictum.*

Pecuniae, seu res quælibet causa custodiæ depositæ, an dicantur Thesaurus.

## C A P. IX.

**S**i pecuniam quis apud hominem quemdam deponat, certum quidem erit tunc Thesaurum non dici, quoniam deponens pecuniarum depositarum semper Dominus manet, retinetque dominium. Thesaurus verò ad hoc ut propriè dici queat, 2 dominum habere non debet; cum juxta Paulum in l. *Nunquam nuda, §. Thesaurus, ff. de Rer. divisi.* Sit quædam vetus depositio pecuniae, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Ideoque pecuniae apud aliquem depositæ, Thesaurus non sunt. Quò respiciens Bitschius cap. 2. §. 29. part. i. Res, quas alicui custodiæ causa dantur, secernit. Unde nascitur obligatio, actio- 3 que depositi. Et de hujusmodi depositione, quæ homini fit, vel de deposito, prout contractus est, Paul. lib. 3 i. ad E- dict. unde Thesauri definitio dicta, seu l. 3 i. §. i. ff. de Ac- quir. rer. domin. de prompta est, egisse habiolatur ex text. in l. 2. & 13. ff. *Deposit. Inscriptio-* ne;

ne; cuius rei indicium Cujacio ad Paulum lib. 31. ad Edict. La-bitto. in Indice ad leg. pandect. eod. lib. Paul. Eberlino Com-ment. in l. 2. ff. de Orig. jur. cap. 52. num. 22. deberi, Bitschius affatur.

4. Estque admodum verisimi-le, Cujacium ibi eo libro Pau-lum monere, docuisse; rei de-positæ dominium, possessio-nemque apud deponentem manere, seu depositum non mutare, aut dominium in de-positorium transferre, ut ha-bemus in l. 17. §. 1. ff. *Deposit.*
5. Et generaliter addidisse id, quod legimus apud eundem Jurisconsultum Paulum in dict. l. 31. §. 1. ff. de *Acquir. rer. domin.* nunquam nudam tra-ditionem dominium transfor-mare. Sed ita, si venditio, aut alia justa causa præcesserit, ob quā sequeretur traditio. Ac ne quis adferret, addit Bitschius de Thesauro deposito, quod eo dominium mutetur. Nam,
7. Thesaurus jure naturali, ac gentium acquiritur inventori, qui eum loco amoverit; appre-henderitque, ut notavit Georg. Simon *Præsid. Academic. dis-sertat. i. cap. 4: §. 12.* Nec obli-ctatur id, quo minus legibus, aut moribus aliud constitui, ac permitti possit. Hugo Grotius lib. 2. de *Jur. belli. cap. 8. §. 7.* Qua de causa Jurisconsultus Paulus,
8. ut quasi *κατὰ προληπτικὸν* objici il-

li obviam iret: duo esse The-saurorum genera subjunxisse: Unum, cuius memoria non extat, ut jam Dominum non habeat, quod est essentiale ad proprium Thesaurum consti-tuendum, ut tradit Azævedus in l. 1. num. 1. lib. 6. tit. 13. noua recopilationis. Antunez de Do-nat. part. 3. cap. 13. num. 3. Harp-precht. in §. *Thefauros. Insti-tut. de rer. division.* Georgius Simon. *Præsid. Academ. dis-sertat. 19. part. 2. thef. 6.* Ac pro-inde inventori acquiratur, nō tam depositione ipsa, quam vetustate, & ignorantia, causam dominii præbente: Alterum, verò, cuius memoria extet, & quod dominum habeat. Idcir-cò haud inventoris fiat; sed furto contrectantem obstrin-gat. Unde sic Thesauri depo-sitionem, ad depositi sciscita-tionem spectare autumat Ju-risconsultus Paulus, eamque hujus occasione, ut affinem, & cognatam pertractasse existi-mat Bitschius, qui hanc the-sin de depositione, seu de de-positiva pecunia, quæ loco, & non homini custodienda tra-ditur, juxta illud Plinii lib. 39. sive condita sub terra, aut in terra abscondita, ut in l. *peregrè, 44. ff. de Acquir. possess.* Vel in terram defossa, secundum Leo-nis Imperatoris *novellam 51.* aut terræ mandata, prout ha-bemus apud Salvianum lib. 1.

&amp;

& assatus fui in cap. 5.

Vocabulūm enim *Pecunia*, quæ in Thesauri definitione ponitur; vel aliud, quod eidem respondeat, non in gignendi casu proponitur, ut est in *l.unic.C.de Thesaur.* Thesaurum, idest condita ab ignotis tempore vetustiori *Mobilia*, seu potius *Monilia*, ut in Codice Theodosiano habemus, & sic interpretandum esse monstravi in cap. 3. Istud enim verbum *Pecunia*, strictè capessitur pro solis nummis, & numerata pecunia, ut in l. 3. ff. de *Eo quod cert. loc. l. 7. §. 3 ff. ad Maledicōn.* Et sic Thesaurus propriè dicitur ille, qui in nummis consistit. Ast quamvis pecunia, seu quælibet alia res, licet pretiosæ, deponantur, non dicuntur Thesaurus, quia depositum non transfert dominium in depositarium, ut supra dixi, nec deponenti aufertur. Thesaurus, ut verè dici queat, pecunia repartæ nullus debet esse dominus, cum dominium habere non debeat, cum sit vetus quædam depositio pecunia, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat, text. in *l. Nunquam nuda*, §. *Thesaurus*, ff. de *Acquirend. rer. domin.* Deponentis verò extat apud depositarium memoria: igitur ut res hujusmodi sint Thesaurus asserere nemus: imò per allatas ratio-

nes pecuniam depositam Thesaurum esse negamus.

Unde pecunia quævis deposita causa lucri, vel custodiæ non dicitur Thesaurus; sed semper remanet in dominio prioris domini, ut attestatur Arnulfus lib. 3. de *Jure Majestatis* cap. 6. num. 21. titul. de *Bonis erexitis, & caducis*: non esse Thesaurum depromitur ex ipsamet descriptione Thesauri in *l. Nunquam*, §. *Thesauros*, ff. de *Acquir. rer. domin.* Ubi ad hoc, ut Thesaurus sit, requiritur, ut sit vetus pecuniae depositio, cuius non extat memoria, ita ut dominum non habeat. Ex quo patet verum, Thesauram non esse in bonis alicujus. Ast res depositæ non transferunt dominium in aliū, nec per depositionem à depositante abdicatur dominium, teste Bitschii opuscul. de *Thesauris*, cap. 2. §. 19. Igitur pecunia deposita Thesaurus dici non potest, cum illius extet memoria, & Dominū habeat. Quocirca si hæc pecunia lacri, vel custodiæ causa, deposita inveniatur ab aliquo, eam prout Thesaurum sibi retinere non potest, ut hauritur ex Toledano super Codic. lib. 10. tit. 15. num. 2. Gutierrez lib. 4. quest. 36. num. 1. Azevedo in *l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopilat. Diana Oper. moral. tract. 6. resolut. 17. §. 1.* & 2. Lagunez de *Fructibus part. 1.*

*cap. i i. num. 10. Antonell. lib. 2. de Loco legal. cap. 30. §. 2. Sixtin. de Regalibus lib. 2. cap. 21. num. 3. Antunez de Donation. part. 3. cap. 13. Cujus conclusionis ratio est, quod si quis metus, vel præsidii, aut custodiæ causa ingentem pecuniæ copiam (quod vulgariter Thesaurus impropiè appellatur) sub terra condiderit; tunc eam pecuniam nequaquam amittit, semperque remanet dominus: siquidem, ut adnotavit Amaya in l. unic. num. 5. C. de Thesauris. Hujus depositi dominium non tantum haud quaquam mutatur; verum etiam si quis eam pecuniam effodiat, & auferat, furtum committit, ut referunt Cuja cius in l. Nunquam, ff. de Ac quirend. rer. domin. & in l. Per grè, 44. ff. de Acquirend. vel admittend. possess. Donellus lib. 4. Commentar. jur. civil. cap. 14. & ibi Ossualdus. Platea in l. unic. num. 1. & 2. C. de Thesaur. Faber in l. 15. Thesaurus, ff. Ad exhibendum. Gutierrez lib. 4 quæst. 36. num. 8. Barbosa in l. Divort. §. Si fundum, nu. 26. ff. Solut. matrim. Connanus lib. 3. Commentar. jur. civil. cap. 4. Hoc fit, quia cum sit Thesaurus impro prius, quod metus, lucri, præsidii, vel custodiæ causa absconditur, semper eundem dominum depo nentem habet. Contra vero*

propriè Thesaurus est, cujus non extat aliqua memoria, ne que illius Dominus potest ostendi; quo in casu talis Thesaurus cū nō sit in bonis alicujus, primo occupati conceditur, jure gentium, quo omnia, quæ nullius sūt, occupati conceduntur, juxta text. in l. 3. ff. de Ac quirend. rer. domin. text. in §. Fera, Institut. de Rer. divis.

Hinc est, ut rectè à Juris 17 consulto Paulo duo Thesau rum genera denotentur, veluti in l. penult. §. final. ff. de Aur. & argent. legat. Unum, cujus non extat memoria: qui porro Thesaurus sit inventoris, juxta dispositionem text. in l. unic. C. de Thesaur. §. Thesau ros. Institut. de Rer. divis. Quoniā nec dominum habet, nec alterius est, quia cujus sit nescitur, cum sit vetus depositio pecuniæ, cujus memoria non extat, ut jam dominum non habeat; & ideo fieri invenientis. Alterum Thesauri genus est, cujus extat memoria, ut si quis metus, vel custodiæ causa, seu præsidii, vel lucri pecuniam sub terra condiderit, vel terræ commendaverit, seu deposue rit, cuius sanè Thesauri domini um non mutatur, imò & ejus pecuniæ furtum sit si quis sciēs cujus ea sit, Thesaurum effodi at, & pecuniam auferat, ut asseverant Arnisæus lib. 3. de Jur. majestat. cap. 6. num. 21. tit.

*de Bon. vacante ex reperi i. Bitschius opuscul. de Thesaur. cap. 2. §. 29. Cujacius in l. Nunquam, ff. de Acquirend. rer. domin. lib. 3 i. Paul. ad Edict. Quia depositio illa Thesauri, qui 18 Dominum habet, depositario nequit acquiri, nè possessione quidem longissimi temporis, ut benè Cujacius. Depositum verò, quod Domino caret, qui propriè Thesaurus est, inventori jure gentium adquiritur, ut dixi; & tale depositum propriè Thesaurum dici affirmat Cujacius ubi supra. Aliter verà dicendum de impropio Thesauro, qui Dominum habet, cujusque existit memoria, qui solo terræ commendatus est, & inventori non adquiritur, quoniam illius furtum sit, si quis sciens pecuniam ab aliquo sub terra reconditam, ac depositam effodiat, & auferat, testibus Cujacio, Amaya, Arniseo, Grotio, Lagunez, Sixtino, Gutierrez, Antunez, Barbosa, Georgio Simone, & Harpprecht, locis citatis.*

**S U M M A R I U M .**

- 1 *Pecunia in terra, vel in alio quovis loco condita custodia gratia, non est propriè Thesaurus.*
- 2 *Pecunia aliquando in pice condita.*
- 3 *Non omnis pecuniarecondita Thesaurus est.*
- 4 *Effodiens pecuniam sub terra conditam custodia causa, fur est.*
- 5 *Differit a Thesauro pecunia illa, qua in terra superficie, aut domus angulo reposa est.*
- 6 *Notabile factum de pecunia in pilâ cerea recondita.*
- 7 *An prescriptio rei mobilis ignorata dominium patiatur.*
- 8 *Nec possessio, nec usurpatio dasur cum ignorantia.*
- 9 *Dominium non transfertur sine animo illud transferendi.*
- 10 *Sciens, rem alienam, non prescribit.*
- 11 *Quando pecunia in cera abscondita, dominium adquiri possit.*
- 12 *Rei obliterata à domino, dominium non adquiritur.*
- 13 *Ingens pecunia vis inventa, non semper Thesaurus propriè dici potest.*
- 14 *Pecunia inventa à Fabro in domo pupilli à tute rēdita, cuius sit.*
- 15 *Inveniens in domo, vel alio quovis loco pecuniam per errorem, oblivionem, recuperandive impotentiā abs-trusam, an illam restituere debeat.*
- 16 *Occultatio ita antiqua pecunia, ut ejus nulla ex ea memoria, excusat ab onere restituendi.*
- 17 *Neque rosa, neque quoad partem retineri potest pecunia,*

*nia, qua absconditur in terra superficie à domino quā tumvis ignoto.*

18 *Quando rei abscondita ab ignoto domino dominium adquiri valeat.*

19 *Pecunia sub terra, vel in alio loco reperta, si ejus forma dignoscatur recenti tempore percussa, haudquaquam sit inventoris.*

20 *Dispositio textus in I. A tute-  
re, ff. de Rei-vindic. qua.*

21 *In inventis hujusmodi, quid Hispaniarum praxis obti-  
neat.*

22 *Vetus Thesaurus, vetus pecu-  
nia, domino carens.*

23 *Thesaurus impropiè dici-  
tur pecunia deposita custo-  
dia causa.*

24 *Plauti locus ad rem.*

25 *De Thesauris publicis remis-  
sive.*

26 *Novella Leonis LI. genuinus  
sensus.*

27 *Pecunia derelinquendi ani-  
mo à domino condita, domi-  
nium adquiri potest.*

**Pecunia in terræ superfi-  
cie, vel in angulo aliquo  
domus in facco reposi-  
ta, an dicatur propriè  
Thesaurus.**

### C A P. X.

**F**ermè apud omnes, de hac  
Thesaurorum gratissima

peragentes materia passim cō-  
perio, pecuniam in terra, vel  
in alio quovis loco conditam

causa custodiæ propriè non es-  
se Thesaurū, ut referunt Harp-  
prethus in §. Thesauros. nu. i.

*Institut. de Rer. divis. Georg.  
Simon. Præsid. Academ. part. 2.*

*dissert. 19. thef. 7. & 8. Sixtin. de  
Regalibus. lib. 2. cap. 21. Borni-*

*tius de Ærar. lib. 3. cap. 9. Van-  
der. Syntagmat. jur. public. lib. 3*

*cap. 47. Homagen. de fure pu-  
blic. lib. 3. cap. 4. Lagunez de  
Fructib. part. I. cap. 11. num. 11.*

*Amaya in l. unic. C. de Thesaur.  
lib. 10. Bitschius de Thesaur.  
part. I. §. 29. Ageta ad Moles §.*

*18. n. 1. Quippe ad hoc ut dici  
possit Thesaurus, nihil inter-  
sit, quo in loco Thesaurus cō-  
ditus fuerit sive sub terra, sive*

*sub muro, sive in parietis fora-  
mine, seu in arbore, cera, ac  
pice, prout aliquando pecu-  
niam pici insertam, ac con-  
ditam fuisse, in supremo ap-*

*pellationis judicio observavit  
Zieglerus lib. 2. de Jurib. ma-  
jestat. cap. 20. num. 5. Cū haud*

*omnis pecunia recondita The-  
saurus sit. Siquidèm si quis cu-  
stodiæ causa, sub terra pecuniā*

*condiderit, nusquam Thesau-  
rus erit: neque illius dominus  
dominium amittit: imò si*

*alius Thesaurum illum impro-  
prium effoderit, & pecuniam*

*abstulerit, furtum committit,  
ut habetur expressè apud Ju-*

K 2 rif.

risconsultum Paulum in l. *Nū-quam*, §. *The saurus*, ff. de *Acquir. rer. domin.* & notarunt Cujacius ad eandem l. & in l. *Peregrè*, 44. ff. de *Acquir. possess.* Faber *Rational.* in l. *The saurus*, ff. ad *Exhibend.* Ayrer. in *Process.* *historic.* *jur.* part. I. cap. 10. *observat.* 6. num. 2. *Aze-ved.* in l. I. lib. 6. tit. 13. num. 2. Berlich. part. 2. *conclus.* 66. n. 7. Antunez. *de Donat.* part. 3. cap. 13. num. 2. Gutierrez lib. 4. q. 36. num. 8. Barbosa in l. *Divortio*, §. *Si fundum*, num. 26 ff. *Solut. matrimon.* Sixtin. *de Regalib.* lib. 2. cap. 21. nu. 7. Harppreceth. in §. *The sauros.* *Instit.* *de Rer. divisi.*

5 Differt quidem a Thesauro illa pecunia, quæ in terræ superficie, vel in angulo domus reposita est, ut testatur Micas de Voard in §. *The sauros*, n. 4. *Institut.* *de Rer. divisi.* Et cum Thesauros non sit, non erit inventoris; sed ad Dominum spectabit, tum demum si dominus, vel hæredes illius ignorantur, ut tradidit Diana tom. 6. tractat. 6. resol. 2. §. 2.

Huic conclusioni nimioperè confert Cumanus, quem refert Iason de Mayno ad l. 3. §. *Neratius*, num. 7. ff. de *Acquir. possess.* Cujus meminit quoque Georg. Simon. *Præsid. academ.* part. 2. *dissertat.* 19. thes. 7. referens, ex illo citato Auctore, casum, qui de facto in Civitate

Genuensi contigit; ubi quidam 6 Genuensis Mercator veniens ex Hispania, detulit secum in navi certam quantitatem ceræ, & in una pila ceræ erant reconditi quatuor mille ducati. Iste Mercator decessit, ejus filius vendidit talem ceram uni Mercatori, cum ignoraret pecuniam in eo reconditam. Iste secundus Mercator tenuit eam spatio trium annorum, & ultra, deinde eam vendidit cuidam aromatario, qui pecuniam in cera invenit; talis pecunia cuius esset, avidè querebatur? Nam Mercator, qui à filio emerat, se triennio possedisse asserebat, sicque usucipisse, cum esset res mobilis, quæ triennio usucapitur: Sed cum ignoraret pecuniam esse in cera, nec amoverit loco, potest dici, nec possedisse, nec 8 usucipisse, juxta §. *Neratius*: nec filius vendens, & tradens habuit animum transferendi dominium auri; nec aromatarius, qui ultimò emit, potest dicere, se usucipisse, quia sciebat pecuniam esse alienam; ergo cum mala fide non potest usucapere. Et quanquam Cumanus ad dict. l. casum indecimum relinquat, tamen Iason rectè statuit, quod pecunia debet redi filio primi Mercatoris, qui noluit à se abdicare dominium pecuniae, quam esse in cera ignorabat. Quem

ca-

casum ferè iisdem formalibus verbis refert, atque insectatur Zieglerus lib. 2. de Jur. majest. cap. 20. num. 4. ubi asseverat, talem pecuniam ità reconditam pro thesauro haber i non potuisse. Subdens num. 5. pecuniam eam pro Thesauro haberi potuisse, si tanto tempore abscondita esset in cera, cuius nulla adesset memoria, si que ignoratum fuisset, quis eam in ceram reposuisset: quē Mercatoris Genuensis casum commemorat quoque Schneidevin. in §. *Thefauros*, num. 4. *Institut. de Rer. division.* Megala part. 2 lib. 2. cap. 4. quest. 2 num. 13. Berlichius part. 2. conclus. 66. num. 7. Georg. Simon. *Praefid. Academic.* part. 2. dis fert. 19. thes. 7. Diana tom. 6. *Oper. moral. tract. 6. resolut. 2.* §. 2. ubi subne&tit, quòd si quispiam Mercator ex Hispania, vel aliis locis veniens, deferat certam quantitatem ceræ, vel alterius mercis, & in una pila ceræ, vel balla mercis certam summā pecuniæ recondiderit, & postea pecuniæ oblitus illā pilam, vel ballam vendat;

12 Emptor, vel alias possessor, hanc pecuniam non lucratur, sed venditori, ejusque hæreditibus reddenda erit, ut observant Berlichius, & Megala locis citatis. Ratio est, quia cum hujusmodi pecunia, hoc modo recondita, non sit pro-

priè Thesaurus, sed impro priè, tunc non sit inventoris; sed tota est deponētis, vel ejus hæreditis, ut tradidit Trullench. in *Decalog.* lib. 7. cap. 3. dub. 8. num. 2. tom. 1. Quoniam pecunia ista, cum non sit Thesaurus, adhuc est in bonis alicuius, cum habeat dominum, atque ita non habetur pro dælicta, cum nec omnino perierit memoria ejus, qui hunc im proprium Thesaurum depo suit, & abscondit.

Hæc enim conclusio proba-13 tur, quia quoties non datur verus Thesaurus, secundūm descriptionem Jurisconsulti Pau li in l. *Nunquam*, §. *Thesaurus*, ff. *de Acquirend. rer. dominio.* Toties quamvis ingens pecuniæ cumulus inveniatur, propriè Thesaurus dici non potest, sed pecunia reposita, vel abscondita, quæ semper remanet pristino Domino, ut ex pressè probatur ex quodam Scævolæ responso in l. *A tuto re*, 67. ff. *de Rei vindicat.* Ubi cū quæreretur, Cujus esset pecunia inventa à Fabro in do- 14 mo empta à tute pupilli: Scæ vola respondit, quòd si erat pecunia perdita, vel oblita, cum non esset Thesaurus, erat pristini domini, ut apertiūs luce scit ex verbis Scævolæ in dict. l. *A Tute pupilli domum mercatus, ad ejus refectionem fabrum induxisti, is pecuniam in-*

*invenit: queritur, ad quem pertineat? Respondi, Si non Thesauri fuerunt, sed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata; nihilominus ejus eam esse cuius fuerat.*

Unde si pecunia, vel alia quælibet res à venditore, vel alio in domus venditæ parietibus vel lucri, vel metus, vel belli causa, seu custodiæ abscondita inveniatur, & postea per oblivionem, vel ob aliam causam ablata non est; Thesaurus propriè dici nèquibit, ut optimè Diana *tom. 6. Oper. moral. tract. 6. resolut. 2. §. 2.* Idcirco illa pecunia non ad emptorem, seu inventorem spectat, sed benè venditori, vel cuivis alii, qui eam ibi reposuit, debet restitui, juxta text. *in l. Nunquam nuda, §. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin.* Hoc ipsum fermè docuit Rebellius *lib. 1. quest. 15. sect. 2. num. 16. part. 1.* Dum adnotat, quòd si quis in domo, vel alio quovis loco absconditam pecuniam inveniat, quam prior possessor, de quo adhuc extat memoria, per errorem, oblivionemve, aut recuperandi impotentiam, utpotè tempore belli contingit, ibidem reliquerit; illi, vel hæredibus restitui debere; vel si non compareant, eo modo, quo alia incerta bona, restituenda esse;

quoniam non censetur Thesaurus in hac materia, prout rectè autumat Rebellius *Nisi 16 occultatio ità antiqua sit, ut domini, vel occultationis nulla penitus extet memoria, ut ex Baldo probat Navarrus in Manual. cap. 17. num. 175.*

Confert quoque Valascus *17 de Jur. emphyt. quest. 15. nu. 8.* Unde si quid pecunia, vel aurum, seu argenti in terræ superficie inveniatur, quod alicujus domini quātumcumque ignoti fuisse credatur; nec Thesaurum esse, nec quoad partem aliquam retineri posse arbitratur memoratus Rebellius; sed ut alia bona incerta restituenda esse nonnulli rentur: quòd si nullius unquam domini fuisse conjiciatur, esse pri- *18 mò capientis: Si tamen pars Thesauri esse crederetur; idē ac de toto Thesauro judicium erit, teste Rebellio loco supra relato, & consentit Diana tom. 6. Oper. moral. tractat. 6. resolut. 17. §. 1.* Cui conclusioni summopere aspirat, ac favet Berlichius *concl. 66. num. 25. part. 2.* Ubi firmavit, quòd si pecunia sub terra, vel alio loco abscondita reperiatur, cujus forma possit dignosci, quæ adhuc temporibus nostris excusa fuerit; *19 nec excedit hominum memoriam; ea pecunia inventa nequaquam fit inventoris, nec pro Thesauro reputatur, quam*

quam à quonam fuerit reposita nesciatur. Et hoc per dispositionem textus in l. *Autore*, ff. de *Rei-vindicat*. Et sic in 21 Regno Hispaniarum nostro observari attestatur Garzia de *Expensis*, & *meliorat*. cap. 22. Idcirkò huic capiti finem impono, rursus concludens, quòd quamvis pecunia ab aliquo sub terra, vel in aliquo quovis occulto loco inventa sit, si causa custodiæ, metus belli, vel aliam ob causam recondita sit, non dicitur *Thesaurus*, prout docet Jurisconsultus Paulus in l. *Nunquam*, §. *Thesaurus*, ff. de *Acquirend. rer. domin.* Ut etiam asseverat Vinnius, Mynsingerius, Borcholten, Oynotomus, Riter-schusius, Schneidevinus, Harprechtus, cæterique Institutistæ in §. *Thesauros*, *Institut. de Rer. division.* Sixtinus de *Regalibus*. lib. 2. cap. 21. Amaya in l. *unic.* C. de *Thesauris*. Lagunez de *Fructibus part. 1. cap. 11.* Antunez de *Donat. part. 3. cap. 13.* Ideoque cum hujusmodi pecunia non sit *Thesaurus*, nō fit *inventoris*, sed est prioris domini; cui, vel ejus hærebus restituenda est, ut tradūt Georgius Simon *Prafid. Academ. part. 2. dissert. 19. thes. 7.* Berlich. *conclus. 66. part. 2. nu. 25. Rebell. lib. 1. quest. 15. part. 1. section. 2. num. 16.* Diana *Oper. moral. tom. 6. tract. 6. reso-*

luti. 17. Et quamquam verus 22 *Thesaurus*, de quo Paulus in l. *Nunquam*, §. *Thesauros*, ff. de *Acquirend. rer. domin.* propriissimè, & strictè de veteri pecuniæ depositione, quæ jam domino careat, intelligatur, ut accipitur in l. *Autore*, ff. de *Rei vindic.* l. *Si is. 63. ff. de Acquir. rer. domin.* text. in l. *Fru-ctus*, 7. §. *Si fundum. 12. ff. de Solut. matrim.* text. in l. 1. § 3. §. *final. ff. de Jur. fisci.* text. in l. 4. §. *penult. ff. ad Leg. Jul. pecular.* text in l. *unic.* C. de *Thesaur.* text. in §. *Thesauros. Institut. de Rer. divis.* Novell. Leon. 51. & lib. 2. *Feudor. tit. Quæ sint regal.* Attamen interdum & latè capessitur pro pecunia cu- 23 stodiæ causa deposita, quæ in alicuius dominio est, veluti in l. *Labeo. 22. ff. Famil. erciscund.* text. in l. *Thesauros*, 15. ff. ad *exhibend.* text. in l. 3. §. 3. §. l. *Peregrè*, 44. ff. de *Acquir.* vel amittēd. *possess.* text. in l. *Si uxori. 39. §. 5. ff. de Aur. & argent.* legat. Huc profectò attinet illud Genes. cap. 43. versic. 23. Josuè cap. 6. vers 19. lib. 3. Reg. cap. 7. vers. final. & cap. 14. vers. 15. & lib. 4. cap. 12. vers. 18. & cap. 14. vers. 14. & 24. vers. 12. & lib. 1. *Paralipomen. cap. 9. vers. 26. & lib. 2. cap. 12. vers. 9. & lib. 1. Machabaor. cap. 1. vers. 24. Nehem. cap. 10. versic. 38. & cap. 13. vers. 7. Mart. cap. 6. vers. 19. Spectat huic quoque*

que illud Ciceronis lib.ii. Epistol. famil. 10. & de senectute.

24 Consonat etiā illud Pyrgopōlynicis, & Palæstrionis apud Plautum in Milit. gloriaf. act. 4. scen. 2. ubi primus hocce loquitur modo.

*Non mihi avaritia unquā innata est, satis est divitiarum:*

*Plus mihi auri mille est modiorum Philippei.*

Et secundus subjungit:

*Prater Thesaurum.*

25 De quo genere Thesaurorum, præcipue publicorum, plurima fuerunt rimati Camerar. cent. i. Horar. subseciv. cap. 63. & cent. 2. cap. 73. Bodin. de Republica lib. 6. cap. 2. Dempsterus lib. 7. ad Rosinum cap. 31.

A Thesauro Paulus in repetita l. Nunquam, §. Thesaurus, ff. de Acquir. domin. discernit, quando quis lucri causa, vel metus, vel custodiæ aliquid sub terra condiderit, quod adeò non esse Thesaurum, nec dominium mutare docet, ut ejus furtum patretur: Paulum fermè imitatus fuit Papinianus in l. Peregrè, ff. de Acquir. vel amittend. possess. ubi ait: Custodia causa condiderat. Et rursus subnectit: Quoniam custodia causa pecunia condita proponeretur. Utrosque quidem æmulatur Jurisconsultus Celsius in l. 79. §. 1 ff. de Aur. & argent. legat. ibi: Nummos pre-

sidii causa depositos. Et denuo:

Quod praesidii causa propone-  
retur. Quod, juxta Bitschii in-

terpretationem, intelligi debet, haud quasi id, quod The-  
saurus propriissimè dicitur,  
nusquam ex tali aliqua causa,  
sed ex mera invidia, ne cui-  
quam adquireretur, & prodes-  
set, exemplo Plautino in Pro-  
logo Aululariæ depositum el-  
set. Quo animo, & fine Impe-  
rator Leo Philosophus, The-  
sauros semper, aut sanè ple-  
rumque defodi existimare.

cernitur ex Novella 51. Sed  
quòd recens pecuniæ deposi-  
tio, cujus a ihuc extat memo-  
ria Thesaurus non sit, domi-  
niumque non mutet, dummo-  
dò non derelinquendi aninio  
condita sit, sed lucri causa,  
vel metus, vel custodiæ, vel  
præsidii, text. in l. 31. §. 1 ff. de  
Acquir. rer. domin. l. Peregrè,  
ff. de Acquirend. possess. text. in  
l. 39. §. 1. ff. de Aur. & argent.  
legat. Ut in civilibus bellis, aut  
per hostilem tumultum, ut in  
Menandri Thesauro, teste Do-  
nato ad Terentium in Eunu-  
co proponebatur, locoque for-  
fan per errorem vèrito ab eo,  
ad quem spectabat, non abla-  
tum: text. in l. 67. ff. de Rei vin-  
dic. Quibus in casibus cum  
non sit propriè Thesaurus, in-  
ventoris non sit, sed priori do-  
mino deponenti, vel ejus hæ-  
redibus restitui debet, teste

Dia-

Diana tom. 6. tractat. 6. resolut.

17. §. 1. C<sup>o</sup> 2.

## SUMMARIUM:

- 1 Nomine Thesauri impropre dicti, qua veniant.
- 2 Pecunia & significatio satis latè patet.
- 3 L. unic. C. de Thesaur. lib. 10 dilucidata.
- 4 Res salutis, necessitatibus causa abjecta, nequaquam Thesaurus.
- 5 Verum depositum, in pecunia consistit.
- 6 Inventare res, ut Thesauri nomen adipiscantur, carere domino debent.
- 7 Res abjecta salutis, necessitatibus causa, rectè deposita dici nequeunt.
- 8 Res projecta necessitate urgente, dominium non mutant.  
Ætiologia.
- 9 L. 8. ff. ad Leg. Rhod. de jact. exposita.
- 10 Aliud est oborta procella res projicere in mare, aliud missilia in vulgus jactare.
- 11 Furtum fit rerum in mare levanda. navis causa projectarum, sive in undis adhuc jacentur, sive in litore evomita quiescant.
- 12 Thesis ex ratione, ex auctoritate Jurisconsultorum, ex Legum quamplurimarum firmatur.
- 13 Res, mare saviente, in undas.

projiciens, spem eas recuperandiretinet.

- 14 Vinnii aptum testimonium.
- 15 Res jacta, mare cogente, usus capi nequeunt.
- 16 Quando usus capi possint.
- 17 Celeberrimi Heviæ, Hispanorum Jurisconsultorum ocelli, celebre testimonium, quo Thesis mirificè solidatur.
- 18 Jactans res in mare procul à terra, an censeatur habere animum derelinquendi.
- 19 Animus derelinquendi presumitur, cum quis scit res omnino perituras.
- 20 Libri projecti in mare, sunt invenientis.
- 21 Res habitapro derelicto, occupanti conceditur.
- 22 Quanvis res projiciatur levanda navis gratia, tamen sit inventoris, si Dominus animo derelinquendi progesit.
- 23 Idque maximè si Dominus id exprimat.
- 24 L. Qui levandæ. ff. ad Leg. Rhod. de jact. cum l. Falsus creditor, 44. §. Si jactum, ff. de Furtis pugna.
- 25 Verbum PLERUMQUE, ferè Regulam indigitat.
- 26 Qui doctissimus Antunez pralia laudatarum modò Legum dirimat.
- 27 Domini projicientis bona sua in mare naufragium intendant, quo pacto animum.

L. ex-

- explicari valeamus.*
- 28 *Spes domini projicientis deperdita, facit projecta inventoris.*
- 29 *L. i. ff. pro derelicta, intellectus.*

An Res, quæ salutis, seu necessitatis causa jactæ sunt, sive derelinquendi, & repudiandi animo abjectæ dicantur verus Thesaurus.

## C A P. XI.

- 2 **N**eutiquam pecunia solum accipitur pro Thesauro: sed etiam opes, resque mobiles impropriæ Thesaurus dicuntur: & sic quæcumque mobilia, quæ sub terra, vel alio loco occulta abscondita reperiuntur. Quippe pecuniæ significatio lata quidem est, ut dixit Toledanus in *Rubric. de Constitut. pecun.* & ideo Leo
- 3 Imperator in *l. unic. C. de Thesaur.* lib. 10. asseruit, Thesaurū esse condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia. Quibus porrò verbis, Thesaurum denotat, non solum pecuniam in loco abdito reconditam; sed etiam quævis alia pretiosa, ut tradunt Fornerius lib. 3. *Rer. quotid. cap. 3.*

Gratius lib. 2. de *Jur. belli cap.* 8. §. 7. Klok. de *Ærar. lib. 2. cap.* 116. Toledan. in *Codic. lib. 10. tit. 15. num. 2.* Nebelkra lib. 1. decif. 9. Freherus lib. 1. *Parerg. cap. 12.* Guidius de *Minera lib. lib. 3. tit. 10.* Bachovius ad *Treutlerum disput. 7. thes. 6.* Alciat. lib. 7. *Parerg. cap. 1.* Harpprecht. in §. *Thesauros. Instit. de Rer. divis.*

Hujusmodi Thesauri impropriæ appellatio sic vulgo dicitur, ut *cap. 4.* affatus fui. Hinc quoque ad ea, quæ in hoc capite proponuntur negativè respondendum est, scilicet, res salutis, vel necessitatis causa jactas, nequaquam esse Thesaurum, & ideo non sunt inventoris. Quippe Thesaurus, ut sapè repetitum est, dicitur vetus pecuniæ depositio, cuius memoria non extat, ita ut dominum non habeat, teste Paulo Jurisconsulto in *l. Nunquam, 3. i. §. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin.* Et licet verum depositum in pecunia consistat, juxta ejus definitionem; tamen nonnunquam extenditur impropriæ latè ad omnes alias res pretiosas in futurum sepositas text. in *l. Item Labeo, 22. ff. Famil. erciscund. text. in l. Thesaurus, 15. ff. Ad exhibend. & animadverunt Accursius in §. Thesauros. verb. Quandoque impropriæ. Institut. de Rer. divis.*

Cu-

Cujac. in *l. Peregrè*, *ff. de Acquir. vel amitt. possess.* FratzK. ex. 4. q. 10. *thes. 1.* KloK. *de Aerar. lib. 2. cap. 116. num. 1.* Mejer. *Colleg. Argentor. ad tit. ff. de Acquir. vel amitt. possess. num. 48.* Wesselbec. in *§. Thesauros, liter. A. num. 2.* Amaya in *l. unic. num. 3.* C. *de Thesaur. Georg. Simon. Presid. Academic. part. 2. dissert. 19. thes. 3.* Arnisæus *lib. 3. de Jur. majest. cap. 6. num. 21.* Bitschius *Opuscul. de Thesaur. cap. 1. §. 19. part. 1.*

- 6 Et cum res, quæ inveniuntur Dominum habere non debeant, ad hoc ut dicantur Thesauri, ut notant Cujac. in *l. Nunquam, ff. de Acquir. rer. domin.* Amaya in *l. unic.* C. *de Thesaur. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 21.* Harpprecht. in *§. Thesauros. Institut. de Rer. divis.* Gothofred. in *Comment. ad l. 2. C. Theodos. de Thesaur. Juremeritò asseverandum sequitur, res jaëtas salutis, vel necessitatis causa, Thesaurum non esse, ut innuit Bitschius opuscul. de Thesaur. cap. 2. §. 33. part. 1.* Quam conclusionē animo lubente insector; cuius ratio est, quoniam res hujusmodi abiecta, recte deposita dici non possunt, secundum Bitschium, nec mutant dominium, sed semper projicientis remanent, ut habetur in *l. 2. §. final. ff. ad Leg. Rhod. de jact.*

Ubi Jurisconsultus docet, rem jaëtam manere Domini, nec fieri apprehendentis, quia pro derelicto non habetur. Quippe, ut subiectit Julianus *lib. 11. ex Minicio*, qui levandæ navi gratia res aliquas projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant. Siquidem si invenerint eas, ablatores, & si suspicati fuerint, in quem locum ejecte sint, requisituros: ut perinde sit, ut si quis onere pressus inviam rem abjecerit, mox cum aliis reversurus, ut eandem auferret, ut est casus ex eodem Jurisconsulto Paulo in *l. 8. ff. ad Leg. Rhod. de jact.*

Is enim, qui orta tempesta te, levandæ navi gratia res aliquas ejicit, neutiquam habet animum eas deserendi, sed retinendi. Unde Pekius *ad 11. leg. 8. ff. ad Leg. Rhod. de jact.* discernit casum, quo suborta procella, levandæ navi gratia res ejiciuntur in mare, & eum, quo quis in vulgus missilia projicit, quæ ex modo jacandi, pro derelicto haberit censentur à Justiniano in *§. penult. Institut. de Rer. divis.* Quo circa asseverat, quod ea, quæ in mare alleviandi gratia jacintur, manent dominorum, quoniam palam est, haud eo animo abjici, ut quis eas nolit habere; sed ut magis cum ipsa rate mortis, marisque pericu-

la effugiat. Tandem idē Pec-  
12 *Kius* concludit , quòd si quis  
eas fluctibus expulsas, vel etiā  
ipso in mari nactus , lucri ani-  
mo abstulerit , furtum com-  
mittit text. in l.43. §.11. ff. de  
*Furt.* Et pluribus in locis ha-  
betur, res jactas, suborta tem-  
pestate, levandæ navis gratia,  
non ea mente projici , ut pro  
derelicto habeantur , sed ut  
levata nave , maris vitetur pe-  
13 riculum . Quamobrem res ità  
jactas dominorum permanere  
attestatur subtilissimus, erudi-  
tissimusque Arnoldus Vinnius  
in *Notis*, & *observationibus*  
ad *Peckium in Commentar. ad*  
*leg.8. ff.ad Leg. Rhodiam de*  
*jactu*, quod plurimis juris no-  
stri in locis prædefinitum in-  
tuemur , præsertim in l.9. §.fi-  
nal. ff. de *Acquirend.rer.dom.*  
text. in l. penultim. ff. pro *dereli-*  
*cتو*, text. in l. *Quæcunque*, 58.  
ff. de *Acquirend. rer. domin.*  
text. in l.2. in fin. & l.8. ff ad  
*Legem Rhodiam de jactu*, &  
expressis verbis id docet Ju-  
risconsultus Javolenus in l.21.  
§.2. ff. de *Acquirend. possess.* hi-  
scē verbis : Non potest videri  
id pro derelicto habitum, quod  
salutis causa interim dimissū  
est . Id ipsum deponitur ex  
Harmenopol.lib. 2. tit. 11. §.19.  
*Attaliata synops. titul. 48.* Id  
14 circo, qui in mare causa tem-  
pestatis res aliquas jactat , ut  
vitet naufragium imminens,

semper præsumitur habere  
animum eas recuperandi , ut  
tradidit quoque Petrus Garsias  
in lib. *Le grand Routier*, &  
*Pilotage de la mer*, relatus ab  
Arnoldo Vinnio ubi supra .  
Cuius hæc sunt verba: Si un, 15  
navire à fait iest de plusieurs  
marchandises, &c. il est à pre-  
sumer, quo celuy, qui à fait le  
dit iest, à encore intention, &  
vouloir de les recouurer .

Nec hujusmodi res jactæ 16  
usucapi possint: aut usucapien-  
di conditionem alii præstare ,  
text. in l. 21. §.1. ff. de *Acquirēd.*  
possess. Nisi vetustas, & ex ea 17  
oblivio intercesserit, quæ do-  
minium perimit , argument.  
text. in l. 34. §.1. ff. de *Acquir.*  
*rer. dom.* Quod enim res , quæ  
naufragij causa jactantur in  
mare , sint adhuc dominorum,  
testatur Hevia in sua *Celebri*  
*Curia Philippica lib.3. Com-*  
*merc. naval. cap. I 3. num. 17.*  
ibi: Si de las cosas, que por tor-  
menta se echar en la mar, o la  
nave, y todo lo que va en ella,  
que se perdieren , se salvare al-  
guna cosa, lo tales de los due-  
ños dello, que lo perdieron , sin  
que ninguno lo pueda embar-  
gar, ni adquirir para si, aun-  
que aporte à algun puerto su-  
yo, ni por otra razon, y para  
ello tenga privilegio, o costum-  
bre, salvo si las tales cosas fue-  
ren de enemigos del Rey, o Rey-  
no, o de Piratas, que entonces  
son

son del que las hallare , segun derecho civil, y Real. Y el que burla, o toma las dichas cosas, incurra en la pena corporal, y pecuniaria arbitraria, que pone una ley de partida, y los derechos citados en su glossa Gregoriana, y unas leyes recopiladas. Y de mas dello se incurre en descomunion , segun Navarro, que tambien alega en esto otros.

- 18 Aliter enim dicendum erit, quoties quis res jactat animo derelinquendi, absque animo, aut spe recuperandi, videlicet si in medio mari procul à terra fiat jactus, ut vix credi possit, non habitum pro derelicto, quum recuperandi spes nulla superesset, & se crederet peritum, ut docent Companus lib. 2. Commentar. jur. civil. cap. 2. Pekius. Commentar. in l. 8. ff. ad Leg. Rhodiam de jactu , Bitschius. opuscul. de Thesauris, cap. 2. §. 33. part. i. & apparent ex text. in l. Falsus, §. Si jactum, ff. de Furtis. Ubi queritur , si jactum ex nave factum alias tulerit , an furti teneatur? Questio in eo est: an pro derelicto habitum sit: &
- 19 siquidem derelinquendi animo jactaverit (quod plerumque credendum est, quum sciat peritum) qui invenit, suum fecit , nec furti teneri asserit. Jurifconsultus: veluti si quis 20 libros projectit in mare , quo

exemplo communiter Doctores uti Bitschius ipse fatetur, quo in casu eæ res animo derelinquendi jactæ extemplo desinunt esse abjicientis , ut hauritur ex toto tit. ff. Pro derelicto ex text. in l. penultim. ff. de Furtis. ex text. in l. 36. ff. de Stipulat. servar. ex text. in §. final. Institut. de Rer. division. ut afferunt quoque Bitschius. cap. 6. §. 94 part. i. Cujacius in Recitat. ad leg. 21. ff. de Acquir. rend. possess. Quo in casu si quis hasce invenerit res, cum non sint in dominio alterius, fiunt occupantis , quia res habita pro derelicto , occupanti conceditur, ut habemus in l. i. ff. Pro derelicto , §. Hoc amplius, 36. Institut. de Rer. division. Id verò, quæ supra retuli de rebus, quæ levandæ navis gratia in mare ejiciuntur , ut dominus earum nequaquam perdat dominium, ut deponitur ex text. in l. Interdum, 21. §. i. ff. de Acquir. possess. text. in l. Si quis merces, ff. Pro derelict. text. in l. Quaratione, 9. §. final. ff. de Acquir. rer. domin. text. in l. 2. §. final. ff. ad Leg: Rhod. de jact. Compescendum est , quoties dominus ejiciens , eas projicit animo derelinquendi, ut est casus in l. Falsus creditor , §. Si jactum, ff. de Furt. Quò Jurifconsultus admonet , quod si quis res animo derelinquendi jactet : tunc fuerit

fuerit occupantis, ut assentiūtur Arnisaeus lib.3. de Jurib. majestat. minorib. cap.6. nu.21. Natta consil.331. num.1. vol.2. Castrens. & Alex. in l. Hoc amplius, §. De his, ff. de Damn. infect. Federic. de Senis conf. 107.

23 Præsertim si naufragium patiens, seu ejiciens, se velle pro derelictis habere bona illa expressisset, ut notat Borrell. de Præstant. Reg. Catholic. cap. 75. num. 23.

Quoties an res habeantur pro derelictis ambigitur: tunc 24 quædam cernitur antinomia inter text. in l. *Qui levanda, ff. ad Leg. Rhod. de jact.* cum concordantibus; ubi regulariter res hujusmodi jactæ non habentur pro derelictis; cum text. in l. *Falsus creditor*, 44. §. *Si jactum, ff. de Furt.* Ubi in dubio res censentur jactæ animo derelinquendi, ob illud 25 præcipue verbū PLERUMQUE ibi positum, quod ferme regulam indicat; tanquam si diceret, quasi semper, ut potest elici ex Calepino in verb. *Plerumque*, Tuscho liter. P. conclus. 332. num. 2. Ad quorū

26 jurium sedandam antinomiā, laborans Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. num. 107. utitur distinctione, videlicet, si res jactentur propè littus de navi causa naufragii; tunc res non censentur habitæ pro dereli-

cōto; quoniam debet præsumi, dominum ea mente, eas projicerē, ut ad littus perventas, tempestate sedata, rursus eas capessere possit, & in hoc sensu debet accipi text. in l. *Qui levanda* cum similibus. Sin autem naufragium in medio maris obtingat, & res à littore longè jactentur; itaut à communiter accidentibus non possint ad littus pervenire; tunc præsumitur, dominum, eas animo derelinquendi projecisse. Idipsum erit dicēdum 27, si domini voluntas noscatur, ejusque colligatur animus ex modo jactandi. Cui porro Antunez distinctioni adstipulandus est Peckius in Comment. ad l. 8. ff. ad Leg. Rhod. & ibi Arnoldus Vinnius in observationibus. Ipsi quoque distinctioni ut rationi naturali consonæ inhæreo, ut etiam fecerunt Farnac. de Furt. q. 168. n. 84. Aretin. in l. Interdum, 21. §. 1. num. 7. ff. de Acquirend. poss. ff. Borrell. de Præstant. Reg. Catholic. cap. 75. num. 40. versic. *Quarta declaratio.* Menoch. de Præsumptionib. lib. 1. præsumpt. 30. num. 26. Et in hoc ultimo casu procedit dispositio text. in l. *Falsus creditor*, §. *Si jactum, ff. de Furt.* Quocirca Borrellus 28 annexit, quod si quis bona habiturus pro derelictis projectisset, & aliis ea ab undis eripe-

peret; proculdubio erunt occupantis, si dominus aliunde ea habere neutquam sperabat.

Unde colligendum est, quod quoties res non jactantur animo derelinquendi, ac repudiandi; toties, licet inveniantur ab altero, non dicuntur Thesaurus, nec Thesaurorum regulis dimetiri queunt, cum jactantes, ut nuper explicavi, non amittant earum dominium: sive dominis, vel heredi- bus eorum restituendae sunt: secus verò quando animo derelinquendi, deserendi, ac repudiandi projiciuntur: nam tunc occupanti conceduntur

19 per text. in l.i. ff. pro derelict. ut notarunt Arnisaeus lib.3. de Jurib. maiestat. minorib. cap.6. num.21. Antunez de Donat. part.3. cap.13. num 107. Bitschius opuscul. de Thesaur. cap. 2. §.33. et cap.6. §.94. part.1.

### SUMMARIUM.

- 1 Unde liquefacit, rem perditam, pecuniamve, à Thesauro differre.
- 2 Depositio non fit sine voluntate.
- 3 Deponimus volentes, deperdimus inviti.
- 4 Rei mobilis deperdita, qua ubi sit ignoretur, possessio cessat, dominium durat.
- 5 Rei deperdita à quopiam in-

venta, furtum fit, sive is sciatur cuius res sit, sive ne- sciat.

- 6 Auli Gellii locus libratus.
- 7 Pecunia deperdita non modo non est Thesaurus, sed etiam Thesauro opponi- tur.
- 8 Numeri mutatio observatu digna in l. à Tutore pupil- li, & 2. ff. de rei-vindic.
- 9 Sensus quandoque potius, quā vox attendendus in legibus enucleandis.
- 10 Sermo pro lingua, quandoque usurpatur.
- 11 Mancipium pro servo sumi- tur à Ulpiano in l. i. ff. de Aedilicē edict.
- 12 In l. à Tutore pupilli, ff. de rei vindic. Enallage numeri.
- 13 Enallage numeri frequens in jure.
- 14 Res deperdita, qua Thesau- rus non sit, an invenienti adquiratur.
- 15 Res deperdita, donec perdi- ta manet, humanitus non est.
- 16 Res deperdita, quarum domi- nus ignoratur, invento- ris non sunt.
- 17 Quid facere debeat rem alienam inveniens, ut eam do- mino restituat.
- 18 Si peracta diligentia, domi- nus rei deperdita non com- pareat, inveniens quando eam retinere valeat.
- 19 Dives, qui rem alienam, cu- jus

## 88 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- jus dominum ignorat, inveniet, an peracta diligentia, *et* non invento domino, rem valeat retinere.  
 20 Bona debent restituiri vero domino, ea qua possunt ratione.  
 21 Inventor, nomine veri domini incogniti, rem vendere debet, *et* in pios usus convertere, si sit pecuniosus.  
 22 Res inventa non redditiva, censetur furata:  
 23 Non spectat ad Principem, de rebus inventis disponere.  
 24 An leges praeципientes, animalia oberrantia tradi Camera-Regis, sint justæ.  
 25 Rerum inventarum dominiū neque lege, neque domini voluntate in inventorem transfertur.  
 26 Res inventæ, quarum dominus non invenitur, expendi debent juxta verisimilem domini voluntatem.  
 27 Inventæ, peracta morali sufficienti diligentia, posse ab inventoribus, quantumvis benè nummatis, retineri, opinatur Diana.  
 28 Si res inventa pauperibus erogari deberet, domino non invento, de Thesauris idem esset judicium Diana.  
 29 Multiscii Caramuelis placitum.  
 30 Eroganda pauperibus inventa adivite, si dominus non innotescat peracta diligentia opia: opinio tutior.  
 31 Objecta à Diana, & Caramuele diluuntur.  
 32 Inter res deperditas, *et* Thesauros discrimen.  
 33 Res deperdita, si ita diu latet, ut ejus memoria non extet, Thesaurus.  
 34 Disparitas à Caramuele allata de Thesauris Mahometanorum, Ethnicorumque, quibus eleemosyna nil prosunt, disjecta.  
 35 Solida Diana ratio, fracta.  
 36 Bona vacantia, fiunt occupantis.  
 37 V bona vacantia ritè occurrent, quæ exigantur.  
 38 Pecunia à vivente adhuc recondita, baud propriè Thesaurus.  
 39 Rem amittens, jus ad illam non amittit.  
 40 An Prelati, vel Confessarii consilium requiratur, ut quis rem retineat, quam invento, non invento illius domino peracta diligentia,

De Pecunia deperdita, &  
an differat à Thesauro,  
& si inveniatur, cui debeat restitui?

### C A P. XII.

**R**EM deperditam, pecuniamve à Thesauro differre

ferre nōscimus ex illo verbo *depositio*, quod in Thesauri definitione Jurisconsultus Paulus apposuit in l. *Nunquam*, §. *Thesaurus*, ff. de *Acquirend. rer. domin.* ubi eum descripsit, ut sit Vetus depositio pecuniae, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Per illud *Depositionis* vocabulum, pecuniam perditam secerni à Thesauro cernitur. Quippe cum Thesaurus depositio vocetur, oritur, ut certa animi destinatione cum recondamus,

2 quia volentes deponimus, ut depromit ex text. in l. 1. §. 2. Et §. 4. ff. de *Deposito*, text. in §. penultim. *Institut.* *Quibus modis re contrahitur obligat.* Contrarium profecto afferendum convenit de re perdita:

3 siquidem haudquaquam lubenter, sed porrò nolentes perdimus, juxta doctrinam text. in l. 43. §. 10. ff. de *Furtis*, text. in §. final. *Institut. de Rer. divis.* Et consonant, conferuntque Aristoteles lib. 3. *Ethicorum*, cap. 3. Cujacius lib. 5. observat. 39. Et lib. 15. observat. 23. Faber, & Gothofredus in l. 3. ff. de *Reg. jur.* *Quamvis* quoties rem

4 aliquam mobilem (homine excepto) perdimus, ita ut ubi sit ignoremus, nec eam possimus invenire, eam protinus possidere sinamus secundum text. in l. 3. §. 13. ff. de *Aquirend. possess.* Nequaquam exemplò illius

dominium amittimus; sed ipsū retinemus adhuc per text. in l. 21. §. 1. ff. de *Acquirend. poss.* Ideoque rem perditam retainendi animo tollens, neutiquā ejus nanciscitur dominium.: 5 Imò furtum committit, ut habetur in §. final. *Institut. de Rer. division.* Quod quidem locum assequitur sive tollēs sciat cuius ea res sit, sive nesciat, ut elicitor ex text. in l. 43. §. 4. ff. de *Furtis*. Ad cujus probacionem nimioperè conduce illud Auli Gellii lib. 11. *Noctium Atticar.* cap. 18. in fin. his verbis: *Quam castè autem, & quā religiosè à prudentissimis viris quid esset furtum definitum sit, prætereundum nō puto: ne quis eum solum esse furem putet, qui occultè tollit, aut clam subripuit.* Verba sunt Sabini ex libro *Juris-civilis* secundo: *Qui alienam rem attrectavit, cùm id se invito Domino facere judicare deberet, furti tenetur.* Item alio capite: *Qui alienum tacens lucrificandi causa suscepit, furti obstringitur: sive scit cujus sit, sive nescit.* Hac quidem sic in eo, quo nunc dixi, lib. *Sabinus* scripsit, de rebus furci faciendi causa attrectatis. Sed meminisse debemus, secundum ea, quæ supra scripsit, furtum sine ulla quoque attrectatione fieri posse, sola mente, atque animo, ut furtum fiat, annidente. *Quocirca* ne id qui-

M dem

dem Sabinus dubitare se ait,  
quin dominus furti sit con-  
demnandus , qui servo suo uti  
furtum faceret, imperavit. Igi-  
tur si Thesaurus est pecunia,  
quæ ex quadam animi destina-  
tione in aliquo loco reponitur;  
& pecunia perdata sit , quam  
inviti , ac non volentes amitti-  
mus; consequens est, ut à The-  
sauro secernatur, ut amplecti-  
tur quoque Bitschius opuscul.  
*de Thesauris, cap. 2. §. 3. part. 1.*

6 Ubi pecuniam deperditam,,  
non solùm haud Thesaurum  
esse; verùm Thesauro refraga-  
ri affirmavit, nixus auctoritate  
Scævolæ Jurisconsulti in l. A  
tutore pupilli, 63. ff. de Rei-vin-  
dicat. Quo in textu numeri  
7 mutationem notatu dignam-  
observat: Proponitur enim à  
Jurisconsulto subsequens ca-  
sus. *A tutore pupilli domum*  
*mercatus, ad ejus refectionem*  
*Fabrum induxisti: is pecuniā*  
*invenit: quaritur ad quem per-*  
*tineat? Respondi: si non The-*  
*sauri fuerunt, sed pecunia for-*  
*sè perdita, vel per errorem ab*  
*eo, ad quem pertinebat, non ab-*  
*lata: nihilominus ejus eam esse*  
*cujus fuerat.* Proponitur in hac  
lege numero singulari pecu-  
nia inventa, & a l quem atti-  
neat percuntatur: postmodum  
respondeatur: *Si non Thesauri*  
*fuerunt.* Accursius in glossa li-  
ter. H. verbo, Fuerunt, per sub-  
auditionem, supplet, hi nummi;

quam supplicationem recipit Bitschius idem , ut καθ' πόνοιαν,  
aut σινθεσιν intelligi queat Juris-  
consulti Scævolæ hujus legis  
auctoris cogitatio,quæ à pecu-  
niæ verbo , ad verbum num- 8  
morum, quod illi σωώνυμος est ,  
translit:& sic ad sensum magis,  
quam ad vocem expressam  
verbum, Fuerunt,debet refer-  
ri .

Hujusmodi adest Ulpiani cogitatio in l. i i. ff. de Legat. 3. à sermone ad linguam, & in l. i. §. 6 ff. de Bonor. possession. secund. tabul. Idem loquēdi usus à codicibus ad exemplaria trās- ivit : dum ibi habentur hæc verba : *Fideicommissa quocun- que sermone relinqu possunt : Non solum Latino, vel Graco, sed etiam Punico, vel Gallico, vel alterius cuiuscunque gen- tis.* Huc adstruendus est alius Ulpiani locus in l. i. §. 1. ver- scul. item, ff. de Ædilict. edict. ibi : *Si quod mancipium capitalem fraudem admiserit, &c.* Veluti cogitatione à mancipio ad ser- vum transiente. Hujusmodi loquendi genus σολοκοφανῆ quidem, non tamen σόλικα etiam in aliis magnis Auctoribus Gr̄ecis, Latinisque, & in ipso quoque Tullio observarunt Glocenius in Observat. lingue. Latin. admonit. 13. & in pro- blem. grammaticalib. 2. problem. 24. & lib. 5. problem. 5. Budæus in Commentar. Ling. Grac. fol.

fol. 1400. Ut aut necessè sit in relata lege 11. genus cum vulgata lectione mutare; vel in fine, lingua, nomen annexere cū Holoandro: & in dicta l. i. ff. de Bonor. posseſſ. secund. tabul. expungere vocem, codicibus, cum Hothomano lib. 4. observat. 1. Et in citata l. i. ff. de Ædilict. edict. cum Holoandro, & aliis, intromissum, legere. Ast in casu nostræ legis nusquam ad synonymum vocabulum illud nummi decurrere opus esse ipse Bitschius fatetur; eò quia verbum pecunia retineri, & in plurali numero subaudiri potest. Et hujusmodi Enallage numeri etiam est in l. 4. ff. de Senatoribus, & in l. 23. §. ultim.

12 in fin. ff. de Acquirend. posſeſſ. & in princ. Institution. de Militari testamento, versic. quaque, juncto versicul. precedenti. Quocirca apertè intuenti innotescit, pecuniam deperditam, nusquam dici posse Thesaurum, ut lucescit ex dicta l. Atutore, ff. de Rei-vindicat. dum dicitur ibi: Si non Thesauri fuerunt, sed fortè pecunia deperdita. Ex quibus verbis inter utrumque differentiam esse apertè detegitur.

13 Viso jam de primo Capitis nostri dubio, nunc de secundo est sciscitandum, scilicet, Pecunia deperdita, quæ verè Thesaurus non est, si inveniatur, cui debeat restituī? Et stando

juri naturali, nonnulli Doctores asseverant, rem perditam fieri inventoris, ut tradunt Toletus lib. 5. cap. 18. Sotus lib. 5. de Justit. & jur. quest. 3. articul. 3. ad secundum, Dicastill. lib. 2. de Justit. & jur. tractat. 2. disput. 9. num. 434. Ledesma part. 2. 4. q. 18. titul. 5. Vasquez de Restitut. §. 4. num. 43. Sarmient. lib. 6. Selectar. interpretation. cap. 10. Mercadus lib. 6. cap. 15. §. de los Hallazgos, Medina in Summ: fol. 168. Lopez part. 1. Instruct. cap. 152. Navarra lib. 4. de Restitut. cap. 2. dub. 9. num. 82. Sà verbo, Thesaurus, num. 4. Rodriguez in Summ. cap. 4. de Restitut. conclus. 2. & 3. Bañez 2. 2. quest. 66. articul. 5. ad 2. & ibi Aragon. & Salon. Qui omnes nixantur ea ratione, quia res perdita, donec perdita manet, humanitùs non est; ideoque quoties invenitur, toties incipit humanitùs esse: & ideo inventor eam humanitùs producit, eò quia eam ex non esse humanitùs, ad esse humanitùs educit. Quapropter acquirit ejus dominium, quod nonnisi productione acquiritur.

Ast traditis neutiquam obnitentibus, contrarium est asserendum; videlicet, res perditas, quorum domini ignorantur non fieri inventoris, sed prioribus Dominis restitueridas esse. Siquidè cum adhuc

M 2 re-

retineat amittens dominium, utique sine facto domini ad alium transferri nequit, ut extext. in l. 11. ff. de Reg. jur. notavit Bornit. de Ærar. lib. 3. cap. 9. Unde si inveniens nesciat cuius sit; probè fecerit si aut 15 per libellum, aut per præconem indicaverit invenisse rem deperditam, & à domino ut sibi videtur amissam, quam se redditum pollicetur ei, qui sum id esse demonstraverit. 16 Quibus omnibus ritè, & solemniter peractis, si nemo compareat, vel sibi, vel cæteris æquè paupertate oppressis, si inops esse reperiatur, ascribere 17 poterit, Sin autem dives sit, vel in pauperum, vel in Ecclesiæ usum convertere debet; & si facta competenti diligentia non inveniatur Dominus; tūc inventor tenetur vēdere eam, & pretium dare, & restituere pauperibus pro anima veri domini, ut amplectuntur Peckius Commentar. ad l. 8. ff. ad l. Rhodiam de jactu, & ibi Arnoldus Vinnius in Observationibus, Diana tom. 6. Oper. moral. tract. 6. resolut. 17. §. 3. Gomez tom. 3. Variar. cap. 5. num. 2. Bald. in l. 1. num. 3. ff. de Rer. division. Garzia de Expensis cap. 22. Panormitanus in cap. Cum dilecti num. 22. Felin. num. 7. de Accusation. Abbas in cap. final. ccl. 3. de Furtis, Bartolus in l. Falsus, §. Qui alienum, ff. de Furtis,

Cajetanus quest. 66. artic. 5. Rebellius de Obligat. justit. lib. 2. quest. 22. Azeved. lib. 6. tit. 5. lib. 4. Recopilat. Covarruv. in cap. Peccatum, part. 3. §. 1. n. 2. Cujus assertionis ratio est, quia bona debent restitui vero domino, eo modo, quo possint; 18 & si non possint restitui realiter, pecunialiter restituantur; & si nequeunt corporaliter, spiritualiter. Ideoque in vētor nomine veri Domini, quem ignorat, rem inventam in pios usus convertere debebit; eam 19 nimirum in gloriam Dei ex pendendo, aut dando pauperibus; vel saltem hoc titulo illam sibi elargiendo, si sit pauper. Cum certum sit rem invē tam habere verum Dominum, quanquam inventori ignotū. Nec sufficit priorem dominū non fuisse pauperibus donatum, quoniam censendus est prudens, & velle sibi corporaliter reddi, & si non possit sic, reddi spiritualiter. Siquidēm ut habetur ex Hieronymo, & Augustino: Si quid invenisti, 20 & non reddidisti, rapisti.

Quocirca nonnulli autument, nequaquam ad Principem spectare, de rebus inventis disponere, cum potius inpias cœausas pro animabus eorum, quorum sunt, debeant expendi. Quapropter injustas existimant leges, præcipientes 22 animalia oberrantia tradi Cam-

meræ-Regis, vel aliis, quibus ex privilegio Regis sunt concessa . de quibus legibus agunt Molina de Iustit. & Iur. disputat. 746. & disput. 760. Caramuel lib. 2. Theolog. moralis tit. de lege virtuali, num. 328.  
 Dicastillus de Justit. & Jur. tractat. 3. disputat. 9. n. 428. Quippe secundum Sylvium in 2.2. Divi Thome q. 66. articul. 5. conclus. 8. res inventæ , quæ de proximò aliqui uetus fuerunt, quorum Dominus inveniri nequit, etiam solerti facta inquisitione, ut factis proclamationibus, affixis schedulis , nequaquam fiunt inventoris , ast in pauperes , piasve causas erogari debent. Rerum inventarum dominium, neque per legem, neque per domini voluntatem in inventorem transfertur . Non per legem , quoniam nulla adest lex , quæ earum rerum inventoris asciscat dominium ; non per Domini voluntatem , quia qui perdit res suas , nolunt ut inventoris fiant ; sed ut ipsis redditantur. Huc adducendum , illud Divi Augustini sermon. 19. de verbis Apostol. cap. 8. Quod invenisti , & non reddidisti, rapuisti , & cap. 6. Deus in lege sua dicit inventionem , tanquam alienum , esse reddendam . In pauperes erogandas enitet, quoniam habent dominum , quamquam inveniri nequeat . Idcirco expendi debet

secundum verisimilem domini voluntatem: ast Domini voluntas præsumitur esse , ut convertantur in opera misericordiæ ; igitur in ea sunt convertendæ , ut argumentatur Sylvius.

Contrariam ferè sententiā 25 sequitur Diana tom. 3. Oper. moral. tract. 6. resolut. 17. §. 4. ubi ex Soto lib. 5. de Iustit. & Iur. q. 3. articul. 3. ad 2. in fin. Ledesma 2. part. q. 18. artic. 5. Sarmient. lib. 6. Selectar. interpretat. cap. 10. Ubi satis probabile asserit, inventa post sufficientem indagationem, posse ab inventore retineri ; nec teneri de præcepto alteri tradere, licet locuples sit . Eamque probat ex quo nec jure naturæ, nec positivo debentur res inventæ pauperibus : Ideò non debentur ; nam si inventa deberentur jure naturæ pauperibus , etiam Thesauri inventi 26 deberentur illis , quia etiam habuerunt dominum , cuius animæ prodesse possunt: Quod autem olim, vel nuper habuerint dominum , nihil refert ad hoc , ut animæ Domini spiritualiter prodesse possint : sed hoc nemo dixit de Thesauris; igitur nec dicendum de aliis rebus inventis . Hanc ipsam opinionem amplectitur Caramuel, Episcopus Campanien- 27 sium, Vir celeerrimus, Hispaniæ nostræ ornamentum, præter-

teriti seculi miraculū , omniū que scientiarum compendium, ac monstrum, *tom. 3. Theolog. moral.lib. 2.articul. 3.num. 3; 2.* ubi vult , quòd si res inventæ deberent restitui , essent quoque restituendi Thesauri , vel erogari pauperibus ; sed Thesaurus pauperibus concedi nō debet : Ergo idem dicendum est de aliis rebus inventis .

**28** Sed haud obnitentibus traditis à Caramuele , & Diana , non est discedendum à priori opinione , quam tutiorem existimo , nimirum , res inventas vel domino restituendas , vel in pauperes erogandas pro suffragio animæ veri Domini .

**29** Nec officiunt ea , quæ tradunt de Thesauris , qui regulari nequeunt , ut res perditæ , amittere dominum : secus verò Thesauri , qui ob vetustatem dominum amiserunt , ut patet ex ipsius Thesauri definitione in *l. Nunquam , §. Thesaurus , ff. de Acquirend.rer.domin.* Et hæc est differentia inter res perditas , & Thesauros : Illæ censem-

**30** tur adhuc habere dominum , secus verò Thesauri . Et si pecunia perdita , vel res ità diu latuerit , ut ejus memoria non

**31** extet , Thesaurus esse præsumetur , & Thesauri jure censabitur , ut optimè tradidit Bitschius *de Thesauris , cap. 2. §. 32.in fin.part. 1.* Unde appetat magnum esse discriminem inter

Thesauros , & res perditas , vel ut melius dicam inventas . Nec disparitas allata ab eodem Carrapeli recipi debet ; immò rejicienda venit , dum dixit : Thesauros Mahumetanorum , *32* ac Ethnicorum esse , quibus eleemosynæ neutiquam profundunt : hoc ut probet res perditas , prout nec Thesauros pauperibus , si non domino proprio , restituendas esse . Ast licet magni ponderis ratio mihi videtur ea , quam tradit Diana , videlicet , quòd si res inventæ debeant restitui pauperibus pro anima veri domini , Thesauri quoque deberent restitui ; quoniam si illæ res , eò quia dominum habuere , restituuntur ; eandem ob causam Thesauri quoque restituendi essent , qui etiam habuerunt dominum , cuius animæ prodefesse possunt . Nihilominus nostram opinionem , prout tutiorem , communiorumque fæstandam esse cōfiteor : Siquidem discriminis ratio est , quia res inventæ censentur habere dominum , qui dum eas deperdit invitus , semper habuit animum retinendi ; & ideo semper conservat dominium . Thesauri verò ob longam vetustatem priores dominos amisere , & habentur pro derelictis , & ideo restitui non debent ; sed occupanti , prout res derelictæ , conceduntur , juxta dispositionē text. in *l. 1. c.*

*tot. titul. ff. pro derelict. & hac solutione solvitur acre Dianæ argumentum.*

34 Res porrò vacantes, seu derelictæ, quia nomine bonorum vacantium, bona quoque derelicta veniunt, teste Vander-Graef. *Syntagma. jur. public. cap. 47. num. 1.* fiunt occupantis per text. in *I. Nemo. l. Si quis merces, ff. pro derelict.* Siquidem earum rerum, quæ in nullius sunt dominio, à quovis occupari possunt, ut adnotat Caramuel *tom. 3. Theolog. moral. lib. 2. de Leg. moral. disput. 1. num. 263.* Ad quorum rem occupationem tria requiri attestatur Vander-Graef. *loc. citato.*

35 Primò animus derelinquendi. Secundò, derelicta nullius esse. Tertiò, ut dum in nullius sūt dominio, pleno jure occupanti conceduntur, text. in *I. l. ff. pro derelict.* De rebus verò perditis id asseverare nequimus, quia haud animo derelinquendi amittuntur; sed domino invito, & ideo dominus nequaquam amisit dominium. Unde si inveniantur, nō dicuntur Thesauri, cum hi vetus pecuniae depositio, cuius nō extat memoria, dicantur, text. in *I. Nunquam. §. Thesaurus. ff. de Acquir. rer. domin.* Etsi à quoquam adhuc vivente, recondita sit pecunia, propriè Thesaurus non dicitur; sed impropriè, ut detegitur ex

text. in *I. à Tutor. ff. de Re vindic.* Et in nostræ hæsitationis terminis tradidit idem Väder-Graef. *Syntagma. jur. public. cap. 47. num. 4*

Igitur si quis pecuniam forte à quodam invito amissam inveniat, haud fit inventoris, quæ si ejus dominus nequit inveniri, expedit in favorē pauperum, aliosque pios usus expendi, ut cætera incerti domini bona, juxta Lessium *de Just. & jur. lib. 2. cap. 5*, Valent. *Com. Theolog. tom. 3. disp. 5. quæst. 10 punct. 3.* Ratio est, quoniam amittens rem ex hoc, quod nō sciatur ad ipsum pertinere 36 non amisit jus ad illam, cum nulla lex id jus ei adimat: neque titulus præscriptionis. Ergo res debet illi restitui eo modo, quo fieri potest: ast potest illi restitui, si detur pauperibus. Quippe tunc cedit in spirituale bonum ejus; ergo eo modo illi debet restitui. Si verò indigens fuerit, & prævio proclaimate publico, omnique adhibita diligentia, verum rei amissæ dominum invenire non possit; retinere poterit vel totam, vel partem pro sua necessitate: dummodo id faciat 38 de consilio Prælati, aut Confessari: quamvis necessarium non sit, juxta Sotum *lib. 5. de Justit.* & *jur. qu. 3. art. 3.* Quam opinionem sibi magis arridere affirmat Gregor. Simon. *Præsid. Aca-*

*Academic part. 2. dissertat. 19.  
thes. 9. Licet postea minus tu-  
tam sequatur: sed inventoris  
fieri contendit adstruendus  
Verde lib. 2. Institut. civil.  
lemmate 36. num. 167.*

S U M M A R I U M :

- 1 *Res metu belli abdita, an  
Thesauros.*
- 2 *In occultissimis locis Thesau-  
ri reponi soliti.*
- 3 *P.M.F.Didacus A-Loya, inter  
Theosophos si quis aliis do-  
ctissimus, laudatur.*
- 4 *Vrgente bello, divitiae solent  
abscondi.*
- 5 *Maurisci, cum ab Hispania  
pellerentur, Thesauros in  
prædiis abscondebant.*
- 6 *Donati locus ad rem.*
- 7 *Inveniens res metu belli ab-  
conditas, earum dominus  
non sit.*
- 8 *Si bellum sit justum, Thesau-  
ri absconditi fiant militum.*
- 9 *Species notabilis ad rem de  
Thesauro invento ab empto-  
re domus cuiuspiam.*
- 10 *Jure Saxonico, res inventa,  
si facta proclamatione publi-  
ca dominus non accedat ad  
illam jure repetendam, perti-  
net ad Magistratum; data  
taniū tertia parte inven-  
tori.*
- 11 *Ex l. Nunquam, §. Thesauros.  
ff. de Adquir. rer. domin. li-  
quidò elicimus, pecunia me-*

- tu belli depositam non esse  
Thesaurum.*
- 12 *Incubones, qui.*
- 13 *Vergilii locus apertus.*
- 14 *Incubare pecunia, quid Latini.*
- 15 *Ciceronis locus expositus.*
- 16 *Inveniens rem tempore belli  
defossam, & illam non resti-  
tuens, fur est.*
- 17 *Idea de pecunia belli tempore  
in pariete domus abscondita.*
- 18 *Pecuniam inveniens in domus  
angulo, vel in superficie au-  
rum, vel argentum, quamvis  
cares haud recens ibi digno-  
scantur reposita, dominus  
quando fiat earum. Doctissi-  
mi Illustr. Verde doctrina.*
- 19 *Dogma Illustr. Verde ab Au-  
ctore repulsum.*
- 20 *Hispani Indorum sepulcra di-  
vitiiis oppleta depeculantes,  
an illarum adquirant domi-  
niū, celeberrima disquisitio.*
- 21 *Indorum supersticio in mor-  
tuis inferendis.*

Pecunia metu belli ab ali-  
quo abscondita, an di-  
catur Thesaurus, ut  
inventori cedat?

C A P. XIII.

**S**i incolæ, vel quivis alias  
metu belli, aliquo in ab-  
dito loco pecunias, vel alia-  
pre-

- 2 pretiosa bona celaverit (Siqui-  
dèm in hujusmodi occultis, ac  
profundissimis locis Thesau-  
ros reponi solere adnotavit P.  
3 M.F.Didacus A-Loya ex Au-  
gustiniano Cœtu Vir omnige-  
na eruditione præditus , & in  
Neapolitana Academìa Sacro-  
rum Bibliorum Primarius In-  
terpres , *in Phanic. Renat. ad*  
*Thur. cap. 13. num. 193. &*  
*194.*) & postea inveniantur ab  
alio; an dicantur Thesaurus; &  
ejus jure nifus inventor domi-  
nus efficiatur , quæritur ? At  
priusquam jaetæ rogitationi  
satis eam , obiter , ac ut ad hu-  
jus Capitis indagationem atti-  
nens, addam, interdum bello-  
rum periculis plures suas divi-  
tias abscondisse , ut cursim te-  
tigit Bitschius *opuscul. de The-*  
*saur. cap. 2. §. 37. part. 1. & subti-*  
*lissimus Caramuel tom. 3. Theo-*  
*log. moral. lib. 2. de leg. morali,*  
*artic. 2. n. 286. ubi dixit , quod*  
*timentes aliqui Urbis excidiū,*  
*hostiumque victoriam , divi-*  
*tias suas sepeliverunt: ponit-*  
5 que exemplum in Mauriscis  
ab Hispania nostra proscriptis:  
qui cum ab exilio rursus re-  
verti confiderent , ac sperarēt,  
Thesauros suos in prædiis de-  
truderunt . Detegitur quoque  
6 ex Ælio Donato ad Terentium  
in Eunuch. *in Prolog. num. 20.*  
ibi : *Senex: Thesaurum tan-*  
*quam à se per tumultum hosti-*  
*lem illic defossum retinet, & si*  
*bi vindicat.*

Quo namque supposito, po-  
sitæ sciscitationi nunc respon-  
dendum est, quod si aliqui me-  
tu belli defodiant pecuniam ,  
vel similia, & ea deferant, vel  
morte præventi suis hæredi-  
bus declara re nequeantquæ  
licet ignoranter vendita, & ab  
emptore tam scienter , quam  
ignoranter eruta , si ab aliquo  
inveniantur, hujusmodi pecu-  
niæ, vel res haudquaquam  
sunt inventoris; ut latè prose-  
quitur Zieglerus *lib. 2. de Jur.*  
*majestat. cap. 20.* Sed propriis  
dominis , vel eorum successo-  
ribus restitui ; vel si justum ad-  
versùs illos bellum geratur,  
militi, inventori instar præde-  
cedere debent: quoniam hæ  
pecuniæ hanc ob causam de-  
positæ, non sunt propriè The-  
sauri: ideoque priori domino  
debent restitui , alias inventor  
furtum committit , ut assever-  
rat Georg. Simon. *Præsid. Aca-*  
*demic. part. 2. dissertat. 18. thes:*  
8 Bitschius *cap. 2. §. 37. part. 1.*  
Hæppreth. *in §. Thesauros.*  
*nu. 2. Institut. de Rer. divisi.* An-  
tunez *de Donat. part. 3. cap. 13.*  
Lagunez *de Fructib. part. 1.*  
*cap. 1 f. num. 8. Gutierrez lib. 4.*  
*Pract. quest. 36. num. 2. Tole-*  
*dan. in lib. 10. Codic. tit. 15. Aze-*  
*ved. in l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopil.*  
Amaya *in l. unic. C. de Thesaur.*  
Connan. *lib. 3. Comment. jur. ci-*  
*civil. cap. 3.* Arnold. Vinn. Bor-  
cholt. Oynotom. Sclaneidevin.

Mynsinger. & omnes alii Institutionum civilium Interpretes in *Thesauros*, *Institut. de Rer. divis.* Arniseus lib. 3. *de Jurib. Majest. minorib. cap. 6. num. 21.* Hinc ad comprobacionem hujus, potest adduci casus, quem retulit Carpzov. *Jurisprudent. forens. part. 2. constitut. 53. definit. 10.* Ubi refert, quod cum heredes R. in pago quodam propè Lipsiam suto vendidissent aedes maternas ab hostibus Cæsarianis maxima ex parte igne combusatas, in iisdem operarii ad redificationem ab emptore conducti, summam pecuniarum ad centum usque thaleros, & supra, sub terra fodiendo, invenissent. Multum controvegebatur, cuinam cederet? Emptor siquidem, nomine Thesauri sibi competere, pretendebat, assistentes habens operarios dimidiā partem pecuniarum fortuitò inventarum jure vindicantes. Aliarationem proponebat Fiscus, scilicet, quod ex dispositione Juris-Saxoniæ res inventa si facta proclamatione publica, dominus non veniat eam repetiturus, ad Magistratum pertineat, relicta solummodo tercia parte Inventori; ut tradidit Georg. Simon part. 2. *Praesid. Academic. dissertat. 19. thes. 9.* Demum venditores quoque (quibus etiam annuere Scabini Lipsienses M. Augusto, anno

636.) pecuniam illam sibi assignari petebant, ex eo, quod ipsorum mater, quæ ab omnibus profœmina locuplete habitæ, nec tamen post ipsius obitum quicquam pecuniarum in hereditate repertum fuerat, in mediis bellorum tumultibus (maxima enim ex parte thaleros repertos vicenium saltem fabricatos fuisse constabat) eam sub terra custodivisse credetur: Addatur Schneidevvin. ad §. *Thesauros*, num. 4. pag. mihi 182. Iason. ad cit. §. *Neratus*, num. 8. pag. 65. Bart. ad l. 68. à Tute. *de Rei-vindicat. pag. mihi 573.* Felin. ad cap. *Cum dilecti*, 10. num. 7. ff. *de Accusat. pag. mihi 848.* Dom. Sot. *de Justit. et jur. lib. 5. quest. 3.. art. 3. pag. mihi 437.* Diana tom. 6. *Oper. moral. tract. 6. resolut. 2. §. 2.* Hoc etiam conducit ad probandum Thesauros metu belli conditum solitum esse. Et casum à Carpzvio loco citato relatum memorat quoque Georgius Simon. *Praesid. Academic. part. 2. dissert. 19. thes. 9.*

Possunt etiam ad probandum, i pecuniam metu belli depositam non esse Thesaurum, adduci, ac expendi verba Jurisconsulti Pauli in *I. Nunquam*, §. *Thesauros. ff. de Acquir. rer. domin.* Ubi postquam Thesauri descriptionem ostendit, subnecrit hæc verba: *Alioquin si quis aliquid vel lucri causa,*

*vel metus, vel custodia & condiderit sub terra, non est Thesaurus.* Ex quibus apertè hauritur, pecuniam, quæ imminenti bello absconditur, metu quidem reponi: Igitur si metus causa deponitur, nequit dici Thesaurus, ut ex relatis verbis luceat. Hujusmodi pecunia non deponitur animo amitti, sed custodiendi. Quin legimus hujuscemodi pecuniæ cōditories, vel repertores, quia cōnīeter defossos animo agitabat Thesauros, INCUBONES vocatos. Ita adnotat Pomponius Sabinus in illud Vergil. *Georg. 2.*

**12** *Condit opes alias, defossoque incubat auro.*

*Incubat, inquiens, Invigilat:* *Inde Incubones, qui Thesauris invigilant.* *Incubare, enim, si proprietatem Latinæ linguæ attendamus, Inhiare est, & vehementer cupere:* Unde incubare pecuniæ satis obvium in

**13** Veterum Romanorum libris. Pro multis unus sufficiat Cic. pro Cluentio, qui ita nostræ favet doctrinæ. *Qui pecunia, quam condiderat, spe jam, atque animo incubaret.*

Hinc dominus non perdit ejusmodi rerū, metu belli cōditarū dominiū: & sic quamvis ab aliquo talis pecunia inventiatur, eā prout Thesaurū vindicare nequibit: immò si ipsā **15** domino, vel ejus hæredibus non restituat, furtum commit-

tit, ut docent Azeved. in l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopilat. Covarruvias in cap. Peccatum, part. 3. §. 2. Alciat. lib. 4. & lib. 7. Parerg. cap. 1. Antonell. de Locolegal. cap. 30. nu. 1. Lagunez de Fructibus part. 1. cap. 11. num. 12. Amaya in l. unic. C. de Thesaur. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 21. num. 7. Ayrer. in Processhistoric. jur. part. 1. cap. 10. observat. 6. nu. 2. Harpprech. in §. Thesauros, nu. 1. Institut. de Rer. divis. Berlich. part. 2. conclus. 6. num. 7. Huc nimioperè cōfert exemplum, quod retulit Borellus de Præstant. Reg. Catholic. cap. 27. num. 45. cuius quoque mentionem fecit Lagunez de Fructib. part. 1. cap. 11: num. 11. Videlicet, quendam tempore belli, pecuniam abscondisse in pariete domus postea venditæ: & cum ignoreranter per hæredes vendita esset domus repertis ab emptore recenter inclusis pecuniis, venditori, vel illius hæredibus restituendas esse asseverat Borellus, & Lagunez, eò quia pecunia non erat vetus depositio, sed recens; & ideo ad dominum deponentem, hæredesve attinebat, secundùm dispositionem Scævolæ Jurisconsulti in l. à Tute pupilli, ff. de Rei-vindicat.

Confert profectò doctissimus Episcopus Verde lib. 2. §. Thesauros, num. 173. lemm. 37.

*Institut. de Rer. divis.* Ubi ex  
Navarro *Manual.* cap. 17. nu.  
175. asseverat, quòd si aliquis  
17 in domus angulo, vel in super-  
ficie aurum, vel argentum in-  
veniat; quamvis jam dudum ibi  
cernatur positum, non est *The-  
saurus*, & attinet ad invento-  
rem, si dominus, vel illius hæ-  
redes ignorētur, et facta diligē-  
tia non compareant. Et idem  
dicendum existimat de incolis  
nuper metu belli pecuniam.  
18 defodientibus, eò quia *The-  
saurus* non est. Ast in hoc, quod  
aurum inventum nuper depo-  
situm, quod *Thesaurus* nō est,  
sit inventoris, fallit se Verde.  
Quippe si pecunia ea, cuius  
haud dominus invenitur, re-  
periatur ab aliquo, nequaquam  
fiet inventoris; sed pretium  
debet dari pauperibus pro ani-  
ma veri domini, ut optimè do-  
cuerunt *Gómez* tom. 3. *Variar.*  
*resolut.* tit. *de Furto*, num. 2.  
*Peckius Comm.* ad l. 8. ff. *ad leg.*  
*Rhod.* *de jact.* *Covarruvias* in  
cap. *Peccatum*, part. 3. §. 1. n. 1.  
*Valent.* tom. 3. *disputat.* 5. qu. 6.  
punct 4. *Molina de Justit.* &  
*jur. disput.* 746. cum ceteris à  
me adductis in Capite præce-  
denti. Licet inventoris esse,  
facta diligentia, si dominus in-  
veniri nequeat, nec pauperi-  
bus distribuendas res illas per-  
peram, minusque tutè confitē-  
tur *Lessius* lib. 2. *de Justit.* &  
*jur. cap.* 14. *dub.* 7. num. 48. Sar-

mient. lib. 6. *Select. interpretat.*  
cap. 10. *Navarra de Restitut.*  
lib. 4. cap. 2. num. 75. *Aragon.*  
2. 2. *quæst.* 62. *artic.* 5. Sà *verbo*,  
*Thesaurus.* num. 4. *Soros de*  
*Justit.* & *jur. lib.* 5. q. 3. *art.* 3.

Hanc ipsam fermè conclu-  
sionem, videlicet, pecuniam,  
vel aliā quamlibet rem in an-  
gulo domus, vel in alio quovis  
loco repositam, belli, metusve,  
seu custodiæ causa abscondi-  
tam, & per errorem, seu obli-  
vionem non ablatam; hujus-  
modi pecuniam nequaquam  
*Thesaurum* esse; & per conse-  
quens haud inventoris fieri,  
sed emptori, seu venditori, qui  
illam ibi reposuit, vel eorum  
hæredibus restituendam esse  
asseverat *Diana* tom. 6. *tractat.*  
6. *resolut.* 2. §. 2. *per doctrinam*  
*text.* in *Là Tutore pupilli.* 67. ff.  
*de Rei-vindic.* *text.* in *l. Nun-  
quam.* 3. 1. §. *Thesaurus*, ff. de  
*Acquir. rer. domin.* Quo circa  
infert *Salon.* in 2. 2. *D. Thoma*,  
q. 66. *artic.* 5. & *Gutierrez lib.* 4.  
*Pract.* q. 36. num. 9. *Diana ubi*  
*supra.* Hispanos Indorum se- 19  
pulchra plena divitiis spolian-  
tes illorum *Thesaurorum* neu-  
tiquam dominos fieri; sed eorum  
successoribus eas divitias  
restituendas esse autumarunt.  
Contrarium verò fatentur So-  
lorzan. lib. 5. *de Jur. Indiar.* cap.  
unic. tom. 2. *Bañez* 2. 2. q. 66. art.  
5. *Sayrus lib.* 9. *Clav. Reg. cap.* 9.  
*num.* 12. Nempe Hispanos non

teneri ad hujusmodi Thesau-  
ros restituendos. Siquidem li-  
cet verum sit apud nos violan-  
tes sepulchra, causa rapiendi  
vasa aurea, aliave pretiosa ibi  
reposita, peccare mortaliter, ac  
teneri ad restitutionem hære-  
dibus, ut retur idem Salon: at-  
tamen Hispani nostri haudqua-  
quam tenentur ad restitutio-  
nem, quia Indi tales Thesauros  
superstitionis causa ibi repone-  
20 bant, dum mortuos secum ad  
suos usus deferre putabant: quo  
casu inventores non tenentur  
restituere. Ratio est: quia tunc  
ob nullum justum usum repo-  
siti Thesauri censentur, & nul-  
lus usus Reipublicæ, vel ejus  
hæredibus redundare deberet;  
ideoque pro derelictis haben-  
di, ut fuerunt Indorum The-  
sauri, ut confitetur idem Say-  
rus loco citato. Aliter dicendū  
est de Thesauro invento in mu-  
ro, vel pariete domus, seu fun-  
di empti à priore domino, vel  
alio antiquiore; nam tunc te-  
netur restituere domino, vel  
hæredibus ejus, quia impropriè  
dicitur Thesaurus, ut rectè do-  
cuit Sotus lib. 5. de Justit. quest.  
3. art. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Quantam temporis diutur-  
nitatem requirat Thesau-  
rus, propriè-dictus.
- 2 Ad Thesaurum immemorabi-

- 
- 
- 3 le tempus requiritur, &  
cur.
- 4 Ad veri Thesauri rationem  
exigitur antiquitas indeter-  
minata.
- 5 Theodoricus Rex, qui The-  
sauros vocet.
- 6 Antiquitas requiritur in  
Thesauro ex Lunic. C. de  
Thesaur.
- 7 Ex moneta reperta forma,  
dignoscitur Thesaurus.
- 8 Inveniens pecuniam forma,  
qua impræsentiarum cudi-  
tur, illius dominium non ad-  
quirit Garziæ.
- 9 An vera opinio dicentium,  
Thesaurum quoque dici  
posse, etiam si multò minus,  
quam immemoriale tempus,  
imò solius anni, vel minoris  
etiam temporis spatium elat-  
psum sit, dummodo dominus  
nesciatur.
- 10 Veteras necessariò exigitur  
in Thesauris.
- 11 Pecunia non veteris inventa  
retentione, furtum commis-  
titur.
- 12 Ut inventor Thesaurum sibi  
adquirat, necesse est, ut res  
sit habita pro derelicto; vel  
ut sint bona habita in pote-  
state nullius.
- 13 Vnde eruatur discrimin in-  
ter pecuniam veterem, ac  
recens excussam.
- 14 Vergilius locus appositus.
- 15 Vetustas Thesauri est in eo  
causa mutationis dominii.



## 102 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 15 *Vt cernatur, an pecunia inventa sit Thesaurus, qua actione procedendum Sixtinum.*
- 16 *Qui per Rei-vindicationem Thesaurū petit, prius actionem ad exhibendum, ut cautè agat, instituat oportet.*
- 17 *Sic cum recondita pecunia reperiatur syngrapha, vel aliud instrumentum, ex quo de domino constet, Thesaurus non est.*
- 18 *In heredes etiam ignorantibus transit dominium rerum inventarum cum syngrapha domini.*
- 19 *Licet Thesaurus lateat in loco alieno, à domino fundi prescribi nequit, & cur.*
- 20 *Recens pecunia, certè Thesaurus non est, sed priori domino debetur.*
- 21 *An ad rationem Thesauri sufficiat, pecuniam nostris temporibus cusam non esse.*
- 22 *Centenarium tempus sufficit ad veram Thesauri rationem. Cordatum Auctoris placitum.*
- 23 *Requisita Thesauri.*
- 24 *Centenarium tempus, hominum regulariter vitam excedit.*
- 25 *Ziegleri opinio, afferentis Thesaurum dici posse, si ex inscriptione inventa pecunia appareat fuisse percussam ab hinc decem, vel viginti annis, explosa.*
- 26 *Scabini Lipsienses cœutiunt Auctori in dijudicanda vera Thesauri ratione.*
- 27 *Decem, vel viginti annorum intercapedo, haud vetus dici potest.*
- 28 *Zieglerianæ doctrina limitatio.*
- 29 *Centenarium tempus quandoque Thesaurum non facit.*
- 30 *Nemo pecuniam abscondens eam habet pro derelicta.*
- 31 *Qui fieri possit, ut lucri causa pecunia terra mandetur.*
- 32 *Dominium duplex, directū, & utile.*
- 33 *Thesaurus duplex, proprius, & improprius.*
- 34 *Quando pecunia inventarestituenda deponentis heribus.*
- 35 *Quando pecunia inventa Fisco debeatur.*

**De Antiquitate requisita  
in Pecunia inventa ad  
hoc ut dicatur proprie Thesaurus?**

## C A P. XIV.

**A** Nceps sanè mihi præsens cernitur disputatio. Si quidèm de re nusquam à jure definita instituitur, nec à Doctoribus determinatè approbata. Ideoque, adhibita omni

solertia, juxta virium exilitatem, hoc est investigandum. caput. Nusquam certè nitescit, antiquitas, quæ exoptatur in pecunia repetta, ad hoc ut Thesaurus verè dicatur. Paulus Jurisconsultus *in l. Nunquam, s. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin.* Temporis diuturnitatem nequaquam exprimit: sed tantam vetustatem, indefinite peroptat; immemoriale tempus, cuius non extet hominum memoria. Ideò immemoriale tempus requiritur, quia de acquisitione dominii quæstio subest, & inventio Thesauri interacquirēdi dominii modos refertur. Cursus immemorialis temporis operatur, ut quod vitiosum poterat præsumi, ita convalidetur, ut de latenti vitio amplius quærendū non sit, ut tradit Cyriac. *contr. s. num. i 27.* Et hoc tempus facit, ut Thesaurus inventus intelligatur nullius, cum alias, si stricta agatur ratione, dici nequeat, Thesaurum istum dominum habere desisse, teste Franzio *exercitat. 4. quest. 10. num. 6.* Zieglero *lib. 2. de Jur. Majestat. cap. 20. num. 3.* Dū Thesaurum describit Paulus, dixit, quod erat vetus pecuniae depositio, cuius non extat memoria, itaut jam forte obvetustatem dominum non habeat. Ex illius quidem descriptione tempus antiquitatis præ-

cisè haurire nequimus: ast juris arbitrio, ut ea, quæ in jure determinata non sunt.

Est apud omnes Doctores *3* indubitatum, ad veri Thesauri constitutionem, antiquitatem, seu vetustatem requiri, licet indeterminaram asseverant, ut uno ore Doctores factentur, Idcirco Theodosius *4* Ostrogothorum Italiz Rex, Thesauros vocavit depositivas pecunias, quæ ob longam vetustatem dominis carebant, teste ejus intimo à secretis Cassiodoro *lib. 6. variar. formul. 8.* quemque locum memorant Gothofred. *in Comment. ad l. i. C. Theodos. de Thesaur.* Amaya *in l. unic. C. de Thesaur.* Antunez *de Donat. part. 3. cap. 13.* Arnulfus *lib. 3. de Jur. Majestat. minorib. cap. 6. num. 21.* Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 21. num. 3.* Lagunez *de Fructibus, part. 1. cap. 11.* Eandem antiquitatem exposcit Imperator *in l. unic. C. de Thesauris*, ubi Thesaurum describit, quod sit generaliter Mobilia, seu potius monilia, ab ignotis dominis, tempore vetustiori condita: per pecuniam intelliguntur mobilia, seu monilia, id est omnia pretiosa, ut *in l. unic. C. Theodos. de Thesauris*: ubi habetur monilia, quæ εμήλια alias dicuntur, ut sunt omnis generis ornamenta, torque, & armillæ, teste Zieglero *lib. 2.*

## 104 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

*de Jur. M ajeſt. cap. 20. num. 1.*

- 6 Quidam nulla probatione me-  
lius, quām ipsa evidentia doce-  
ri' posse; an sit Thesaurus, nec  
nè confitentur. Si nimirum,  
ponderetur, atque ejus qualitas  
inspiciatur: an detegatur inde  
monetæ repertæ antiquitas, ut  
ex ejus forma an sit recens, vel  
antiqua dōceatur, ut an sit  
Thesaurus, vel non pronun-  
ciare valeat. Et hanc cognoscendi formam an sit Thesau-  
rus, nec nè consulunt Alciat.  
*lib. 7. Parerg. cap. 1. num. 2. Gar-  
zia de Expensis, cap. 22. num.  
56. vers. Postremo.* Ubi affir-  
mat, leges omnes de Thesau-  
ris latae, de pecunia veteri in-  
terpretandas esse; non de ea,  
quę temporibus nostris excusa  
est. Subdens, quod si inven-  
niatur pecunia ejus formæ,  
quæ cuditur hodie; inventor  
non juvabitur legibus, quæ de  
Thesauro scriptæ sunt, in qui-  
bus vetus pecunia exigitur.  
Concludens, quòd in pecunia  
recenter excusa, non est locus  
*§. Thesauros, Institut. de Rer.  
divis. nec text. in l. Nunquam:*  
*§. Thesaurus. ff. de Acquirend.  
rer. domin.* Quoniam hujusmo-  
di pecunia nihil attinet ad  
Thesaurum. Ast hæc Garziæ  
opinio mihi nusquam arridet,  
ut inferius probabo.

- 8 Non desunt, qui asseverent,  
Thesaurum quoque dici posse,  
etiamsi multò minus, quām

immemoriale tempus, immo  
solus anni, vel minoris etiam  
temporis spatium elapsum sit:  
dummodò illius pecunię do-  
minus nesciatur. Sed horum  
placitū perpellit cordatè Six-  
tin. *lib. 2. de Regalib. cap. 21.*  
*num. 13.* tanquam ipsi Thesau-  
ri finitioni reluctans, in qua  
non solùm ut dominus ignore-  
tur exigitur, verùm ut tempo-  
ris vetustas accedat exprelse  
cavetur in l. *Nunquam, §. The-  
saurus, ff. de Acquir. rer. do-  
min.* Et hac de re in sua quoque  
descriptione concordant Im-  
perator Leo in l. *unic. C. de  
Thesauris.* Gratianus, Valen-  
tinianus, & Theodosius in l. 2.  
*C. Theodosian. de Thesauris.*  
Hinc est, ut non solùm ~~hujus~~  
pecuniæ, quę vetus non est, in-  
ventor dominium haud nan-  
ciscatur: verùm furtum etiam  
committere tradant Azeved.  
*in l. 1. tit. 13. lib. 6. Recopilat.*  
*Gutierrez lib. 4. Practic. quæst.*  
*36. Harpprecht. in §. Thesau-  
ros. Institut. de Rer. division.*  
*Ayrer. in Process. historic. jur.*  
*part. I. cap. 10. observat. 6. nu. 2.*  
*Berlich. part. 2. conclus. 66. n. 7.*  
*Arnoldus lib. 3. de Iur. Majeſt.*  
*stat. minorib. cap. 6. nu. 21.* Quę  
actio furti adversùs invento-  
rem potest institui, & pecunia  
tribuetur pristino domino, ut  
ostenditur in l. *Thesaurus, 15.*  
*ff. ad Exhibend. l. à Tute,*  
*67. ff. de Rei-vindicat.* Hoc

*si pondus, & auri.*

Isthæc proprietas , atque affe- 14  
ctio Thesauri, ipsissima causa  
est, juxta Paulum in l. Nun-  
quam. §. *Thesaurus. ff. de Ac-*  
*quir. rer. domin.* quare domi-  
nium hoc depositionis genere  
mutetur . Sic enim , ait Paulus  
in dicto §. fit ejus , qui inven-  
rit, quod non alterius sit . Ve-  
luti si dixerit *ἀπονηόνεις οὐτοῦ* illam  
secundùm Bitschium , sive de-  
positionis immemoralem ve-  
tustatem efficere , ut pecunia  
domino careat , itaut in bonis  
nullius sit . Unde concludit  
Bitschius, quòd si pecuniæ de-  
positio recens sit , non est pro-  
priè Thesaurus , si ejus extat  
memoria , nec dominium mu-  
tat : dummodò non animo de-  
relinquendi conditum sit.

Ad hoc, ut pecunia inventa 15  
videatur an sit Thesaurus, nec  
nè, per actionem ad exhiben-  
dum deveniri ad illius cogni-  
tionem posse existimat Sixtinus  
lib. 2. de Regalib. cap. 2 l. nu. 16.  
Videlicet si ab emptore pecu-  
niæ restituere obliustante , pe-  
tatur, ut moneta illi , qui The-  
saurum esse diffitetur, & se do-  
minum esse fatetur , publicè  
exhibeat, ut ejus inspectio  
fiat. Quocirca , qui rei-vindi- 16  
catione , ad hujusmodi pecu-  
niam, de qua an sit Thesaurus,  
ambigitur , experiri vult , po-  
terit juxta eundem Sixtinum ,  
uti hac cautela , ut prius insti-

indistinctè ita se habet in prio-  
re domino , vel quis sit domi-  
nus liqueat , vel penitus igno-  
retur. Quippe ut invētor The-  
saurum adquirat sibi , necessè  
est, ut res habita sit pro dereli-  
cto , argument. text. in §. *Qua-*  
*ratione. Institut. de Rer. divis.*  
Vel ut sint bona in potestate  
nullius, ut sunt gemmæ , lapil-  
li, & similia , quæ in maris lit-  
tore adsolent inveniri , juxta  
text. in §. *Item lapilli. Institut.*  
*de Rer. divis. text. in l. Item la-*  
*pilli, ff. eod.*

12 Differētiæ porrò rationem,  
quæ vertitur inter pecuniam  
veterem, ac inter nuper excu-  
sam , agnoscit Bitschius opusc.  
de Thesaur. cap. 2. §. 24. part. 1.  
ubi ait , verbum *Vetus*, discri-  
minis rationem obsepere, cum  
adjectione, quæ perspicuitatis  
gratia, & tollendæ ambiguitati  
subnectitur , *cujus non ex-*  
*tat memoria* , itaut jam domi-  
num non habeat. Hic adstruē-  
da verba Leonis Imperatoris  
in l. unic. C. de Thesaur. ibi:  
*Condita* (loquens de Thesauri  
definitione) *ab ignotis dominis*  
*tempore vetustiori* , &c. Con-  
gruit etiam illud Cassiodori  
lib. 6. Var. form. 8. *Quæ longa*  
*vetusate competentes dominos*  
*amisit.* Huc spectat quoque il-  
lud Virgilii lib. 1. Aeneid.

13 Auxiliumque via veteres  
tellure recludit  
Thesauros, ignotum argen-

## 106 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

tuat actionem ad exhibēdum, veluti præparatoriam. Sed nec inde vetustatem pecunia haurire possumus. Certum quidē est, quod si inventa pecunia ea sit excusa forma, ut ex illa recentis esse memoriae innotescat; non censebitur Thesaurus, ut voluit quoque Zieglerus lib. 2. de Jur. majestat. cap. 20. & ideò non fiet inventoris, secundūm dispositionem text. in l. à Tute, ff. de Rei vindic. text. in l. Thesaurus, ff. ad Exhibend. text. in l. Si uxori. §. Cū ista. ff. de Aur. & argent. legat. ut annotarunt quoque Forcatus dialog. 56. num. 4. Arniseus lib. 3. de Jurib. majestat. minorib. cap. 6. num. 21. Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 1. And. Siculus conf. 39. num. 1. lib. 4. Barbos. in l. 8. §. Si fundum, num. 25. ff. Solut. matrim. Gutierrez lib. 4. Practic. q. 36. num. 4. Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. num. 4. Lagunez de Fructib. cap. 11. n. 10. p. 1. ubi etiā asseruit, pecuniam, cuius depositio vetusta nō est, Thesaurum dici non posse, sed prioris domini esse rectè contendit per text. in l. à Tute, ff. de Rei. vindic. Quippe leges, quæ extant de Thesauris, intelligendas retur de pecunia antiqua, secus de recenti, quæ temporibus nostis cusa est, ut tradunt quoque Garcia de Expens. cap. 22. num. 56.

Interdum, quā amvis The- 17 sauri absconsionis nusquam exter memoria, si cum recondita pecunia invenitur syngrapha, vel aliquod instrumentum, ex quo de illius pecuniae domino constet: non erit Thesaurus, nec inventori cedet, sed abscondentis tradetur hæredibus, ut assequitur Zieglerus lib. 2. de Jur. Majestat. cap. 20. num. 6. & Connan. quoque lib. 3. Comment. jur. civil. cap. 4. num. 3. in quos etiam igno- 18 rantes dominium transiit, per text. in l. Cum heredes, 23. ff. de Acquir. heredit. ut testantur Gutierrez dict. lib. 4. quast. 36. num. 4. Antunez de Donation. part. 3. cap. 13. num. 4. Lagunez de Fructib. part. 1. cap. 11. num. 15. ubi addidit, quod si abscondentis nequaquam extent hæredes; tunc Fiscus Thesaurum illum capesset, prout docent Gutierrez ubi supra, n. 4. & in tractat. de Tute, part. 3. cap. 26. num. 4. Et 5. prout capit cetera alia bona vacantia, text. in l. 1. & ult. C. de bon. vacantib. Keller, de Success. tit. 28. Laterrus lib. 3. de censu. cap. 1. Barri de Success. lib. ultim. tit. 5. Besold. de Jurib. majestat. cap. 7. num. 6. Ranchin. de Success ab intestat. §. 23. Bornitius lib. 3. de Ærar. cap. 2. Siquidem licet Thesaurus in loco lateat alie- 19 no, à domino tamen fundi prescribi nequit, qui dum Thesau- rus

rus lateſcit, eum poſſe diſſe af-  
firmare non poſteſt, per ea, quæ  
habentur in l. 3. §. *Neratius*, &  
text. in l. *Peregrè*, 44. ff. de *Ac-  
quir. poſſeff.* ut in ſpecie caſus  
noſtri tradunt Larrea *allegat.*  
16. num. 14. Gutierrez de Tu-  
tel. part. 3. cap. 26. num. 5. Barbo-  
ſa in l. *Divortio*. §. *Si fundum.*  
num. 26. ff. *Solut. matrim.* An-  
tunez de *Donat*. part. 3. cap. 13.  
num. 15. Lagunez de *Fruſtib.*  
cap. 11. num. 15. & 16. part. 1.  
Forcatul. *dialog. 56. nu. 4.* Con-  
nan. lib. 3. *Commens. jur. civil.*  
*cap. 4. num. 3.*

20 Omnes ferè Doctores hanc  
Thesaurorum materiam per-  
agentes, concludunt, pecu-  
niā recentem Thesaurum  
non eſſe; ſed debitam priori  
domino, vel ejus, ſi extent, hæ-  
redibus, ut ex laſone in l. 3. §.  
*Neratius*, num. 7. ff. de *Acquir.  
poſſeff.* Schneidevin. §. *Thesau-  
ras*, num. 4. *Inſtitut. de Rer. di-  
vis.* Klok. lib. 2. de *Ærar.* cap.  
116. num. 15. adnotat Lagunez  
*ubi ſupra*. Aſt nemo aſſignat  
vetuſtatem requiſitam in pe-  
cunia, ad hoc ut poſſit dici Thes-  
aurus. Progrediuntur ulteriùs  
communiter dicendo, quod ſi  
pecuniæ inventæ depositio non  
eſt vetuſta, ſed recenter facta;  
nunc non æſtimatur Thesaurus;  
ſed iſ, qui ante a dominus fuit,  
vel ejus hæredes eam poterunt  
vindicare, per text. in l. à *Tu-  
tore*, 67. ff. de *Re-iuindic.* text.

in l. *Thesaurus*, 15. ff. *Ad exhibi-  
bend.* Aſſeverant quoque ge-  
neraliter, de vetuſtiori, ſeu re-  
centiori depositione Thesauri  
poſſe apparere: ſi pecunia ea  
forma excuſa inveniatur, ut  
ex eadem recentis eſſe memo-  
riæ clarescat, ut præſertim vo-  
luere Borrellus de *Prætant.*  
*Reg. Catholic.* cap. 27. num. 45.  
Alciat. lib. 7. *Parerg.* cap. 1. Six-  
tin. lib. 2. de *Regalib.* cap. 21. nu-  
4. *Siculus conf.* 39. num. 1. lib. 4.  
Gutierrez de *Tutel.* part. 3. cap.  
26. num. 3. & lib. 4. *Practic.* qu.  
36 num. 4. Antunez de *Donat.*  
part. 3. cap. 13. num. 4. Barbos.  
in l. *Divortio*. §. *Si fundum, nu.  
25. in fin.* ff. *Solut. matrim.* Gar-  
cia de *Expens.* cap. 22. num. 56.  
*vers. Postremo.*

Magis ad noſtræ diſſi-  
tatis limites appropinquant  
Zieglerus lib. 2. de *Jurib.* Ma-  
jestat. cap. 20. num. 2. & Lagu-  
nez de *Fruſtib.* part. 1. cap. 11.  
num. 14. ubi obſervandum ait,  
qua forma, vel imagine pecu-  
niā ſignata ſit, ad hoc, ut dete-  
gi poſſit vetuſtas pecuniæ, ut  
inde an ſit Thesaurus, nec  
nè judicetur. Quod enim mo-  
netæ antiquitas depoſecatur, ni-  
teſcit ex *Hiftoria Tamberlanis*  
*Scytharum Regis*, cui qvum  
per Syriam iter facienti Rusti-  
cus quidam, Thesaurum, quæ  
glebam findens, invenerat, of-  
ferret; omnibus adſtantibus,  
annuentibus, Regis illud aurū

108 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

esse, cum inventi, qui occultātur Thesauri ad Fiscum attineant; præcepit, monetam inspici, an suam, vel majorum suorum imaginem ferret. Ast inspectoribus referētibus, Romanorum Imperatorum effigiem efferre, respondit: *Relinquamus igitur aratori eam pecuniam, qua mea non fuit: sed quam Deus ad ipsum detulit: ut aetestantur Camerarius lib.1. Oper. subcif. cap.63. Cosm. Bartol. discurs. 36. Lonicer. lib.1. Histor. Juris. & ex eius Arnisæus lib.3. de Jurib. Majestat. minorib. cap.6. num.22.* Quod nimio-  
perè confert ad comproban-  
dum, pecuniam inventam ve-  
terem effigiem ferre debere,  
quæ nostris temporibus cusa  
non sit. Sed an sufficiat pecu-  
21 niam temporibus nostris cu-  
sam non esse, ut dicatur The-  
saurus; vel poscatur, ut ejus me-  
moria non extet; Doctores cō-  
muniter asserunt, pecuniam  
temporibus nostris cussam The-  
saurum non esse, quoniam sic  
jam ejus extaret memoria, con-  
tra Thesauri definitionem, quę  
exigit, ut ejus nō extet memo-  
ria. Siquidem si quis inveniat  
pecuniam effigie Regis nostri  
PHILIPPI V. Hispaniarum,  
non fiet dominus illius, quia  
non est vetus; sed nostris cussa  
temporibus; & extat memoria,  
& ad hoc, ut sit Thesaurus, non  
debet extare. Et sic intelligen-

dus Garcia de *Expenſ. cap.22.*  
*num.56. vers. Postremo.* Ubi di-  
cit, quòd si quis inveniat pecu-  
niam, sive auream, sive argen-  
team ejus formæ, quæ hodie  
cuditur, non dicetur Thesau-  
rus, nec ideo inventor adqui-  
ritur. Et licet nemo assignet  
præcisè tempus antiquitatis,  
quæ requiriatur ad hoc, ut dica-  
tur Thesaurus, immo nonnulli  
asseverant, quod quamquam  
multò minus, quam immemo-  
riale tempus: immo solius an-  
ni, vel minoris etiam temporis  
spatium elapsum sit, ut narrat  
Sixtin. *lib.2. de Regalib. cap.21.*  
*num.18.* Tamen mihi cernitur  
verius, ut tunc pecunia æstime-  
tur propriè Thesaurus, quoties  
ab ejus depositione centum an-  
norum spatium lapsum sit;  
quoniam tunc potest dici ve-  
tus, cum jam non extet ejus  
memoria, juxta requisitum in  
l. *Nunquam, §. Thesaurus, ff.*  
*de Acquir. rer. domin.* Ubi Pau-  
lus Jurisconsultus docuit, quòd  
pecunia, ut dicatur Thesaurus,  
debet esse talis, ut non extet  
memoria: sed dum jam tran-  
sit centum annorum tempus,  
non extat amplius memoria  
hominum, quæ non præsumi-  
tur durare, nisi per centum  
annos, ut ex textu in l. *An usus-  
fructus, ff. de Usufruct. text. in  
l. final. C. de Sacrosanct. Eccles.*  
annotat Trobat de *Effectib. im-  
memorial. prescript. q.15. artic.1.*

num. 15. Et hoc magis convenit descriptioni Thesauri, quę ut s̄epiūs relatum est, dicitur Vetus pecunia depositio, cuius non extat memoria, ut jam dominum non habeat, text. in dict. 1. Nunquam. §. Thesaurus. ff. de Acquir. rer. domin. 23 Unde simul ad verum Thesaurum requiritur, ut pecunia depositio sit vetus, quod non exter memoria, & quod domino careat, sequitur Zieglerus lib. 2. cap. 20. num. 5. Hæc tria requisita, quorū centum annorum spatium prolabitur in pecunia inventa, simul verificantur. Nam tunc depositio recte antiqua dici potest: dum 24 hominum regulariter supereret vitam. Memoria nec etiam potest extare, quoniam vita mortalium raro centum annos excedit: & hoc cum quotidiè experiamur probationē nō eger. Caret quoque domino, quia per illius temporis intercapitatem, censetur dominum jā amisisse. Unde afferendum est, quod quilibet pecunia, quæ centum ab hinc annis. cusa est, & ab aliquo reperitur, dici potest verè Thesaurus, ac illius regulis debet regulari, ut ex suprarelatis quoque Auctōribus elucescit.

Quibus inspectis neutiquā mihi arridet placitum Ziegleri de Jurib. Majestat. lib. 2. cap. 20. num. 2. ubi existimat, quod

si ex inscriptione pecunia s̄ignatæ, ac depositæ liqueat per 25, cuniam intra decem, vel vi-ginti annos fuisse cusam, atque confessam; tunc Thesaurū dici posse: qui suffultus est auctōritate Scabinorum Lipsien-sium afferentium talem pecu-niam Thesaurum esse, ut retu-lit quoque ante Carpzovius part. 2. constit. 53. definit. 10. Quippe tempus decem, vel vi-26, ginti annorum vetus dicinon potest, cum hominum nonex-cedat memoriam. Aliter enim afferendum suspicatur idem, 27, Zieglerus loco citato, num. 6. si quocumque modo de persona deponentis pecuniam lique-ret, sive constaret ex schedula forsan, sive ex aliqua scriptura adjecta, sive ex qualibet alia re mobili simul deposita. Si-quidē totum id, quod hoc modo inventum erit nondi-28, cetur Thesaurus; cum quam-quam centum annorum spa-tium elapsum sit, deponentis hæredibus restituendum est; quoniam scriptura servavit memoriam temporis, ac depo-nentis, qui per illam deposi-tionem neutiquam amittendi talis pecunia dominium, ani-mum habuit, sed potius eam conservandi sibi ipsi, sive hæredibus, ut elicetur ex Cō-nano lib. 3. Comment. jur. civil. cap. 4. num. 3. Estò plures, ac diversi sint fines, mentesque 29 hu-

hujusmodi deponentium pecuniam; tamen nemo eorum est, qui eam pro desperita, ac derelicta habere velit, ut optimè docet Zieglerus lib.2. de Jurib. Majestat. cap. 20. num. 6. in fin. Plerique sanè metus, vel lucri, seu custodiæ causa condunt pecunias sub terra, ut satis abundè eruitur ex textu in l. 31. ff. de Acquirend. rer. domin.

30 Ast hic notatu dignum opinor, quandam difficultatem obiter enodare, videlicet, cum dicitur pecuniam lucri causa condi sub terra. Nam quale lucrum potest ex pecunia abscondita deponenti obvenire? Cui rogitationi, auctoritate Gothofredi satis itur, ex quo etiam hanc solutionem retulit Zieglerus dict. lib. 2. cap. 20. num. 6. Scilicet, hoc evenit, quoties homines pessimi avari numeros spe uberioris fœnoris sub terra celant, eo animo, ut expectent nummi valorem augeri. Quocirca optima fuit intentio, quam apud Menandru habuit prodigi adolescentis pater: dum pecunia in sepulchrum clam illata, cavit, ut filius sibi epulas post decimum annum inferret, eo fine, ut pecuniam cum epistola inde referret, quod putaret intra decennium istud filium restrietiorem futurum, & sobrie magis vitam acturum.

Ad hoc Caput attinet sci- 31  
re in jure nostro duo reperiri dominia, directum, scilicet, & utile, juxta text. in l. Si finita, §. Si de vectigalibus, ff. de Damn. infect. l. unic. C. de Vendit. rer. fiscal. ad hoc ut inveniens Thesaurum sciat an sit suus, nec nè: & ideo dividitur Thesaurus proprius ab improprio. Proprius Thesaurus, qui definitur in l. Nunquam. §. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin. Improprius dicitur, quoties extat memoria reposentis; quo in casu non est inventoris, sed restituendus est successoribus, quoniam adhuc est in alicujus bonis cum dominum habeat, & ideo non habeatur pro derelicto, quum per antiquitatem haud perierit memoria abscondentis, ut dixit Trullench. lib. 7. Decalog. cap. 3. dub. 8. n. 2. tom. I. Quamobrem Diana tom. 6. tract. 6. resolut. 2. §. 5. infert, quòd si pecunia inventa sit excusa ea forma, ut ex illa appareat, recensis esse memoriarum, non erit Thesaurus, sed est restituenda haeredibus, seu successoribus ex text. in l. à Tute, 67. ff. de Re vindicat. text. in l. Thesaurus. ff. Ad exhibend. ibique Glossa. Garzia de Expens. cap. 22. num. 56. vers. Postremò. Andreas Siculus conf. 39. num. 1. lib. 4. Alciat. lib. 7. Parerg. cap. 1. Forcatus. dialog. 56. num. 4. Quod nō

# De Thesauris. Lib. I. Cap.XV.

111

solùm in hoc casu procedit, quando non extat memoria absconsionis Thesauri; verùm etiam si memoria non extet, at reperiatur aliquod instrumentum, seu scriptura cum Thesauro, ex quo aperte liqueret non esse Thesaurum; tunc non ceder inventori; sed est restituendus hæredibus deponentis, quibus nulla præscriptio objici potest. Si verò hæredes non sint, Fiscus tanquam bona vacantia illum Thesaurum capiet, per text. in l. i. C. de Bon. vacas. Siquidem pecunia inventa semper præsumitur esse alicujus certi hominis priusquam constet de requisitis ad constitendum certum Thesaurum, quo in casu inventori incumbit onus probandi temporis non extare memoriam, pecuniæ absconsionis, & hoc probato asseveranti pecuniam esse suam, vel à suis majoribus absconditam, incumbit onus probandi, ut tradunt Barbosa in l. Divortio, §. 5. Si fundum, num. 26. ff. Sol. matrim. Gutierrez de Tute. part. 3. cap. 25. num. 2. Diana in tom. 6. tract. 6. resolut. 2. §. 5. Amaya in l. unic. C. de Thesaur. num. 5.

## S V M M A R I V M .

3 **Duo exiguntur ad Thesaurum propriè dictum.**

- 2 **Duo requisita Thesauri, unde fluant.**
- 3 **Error Donelli ab Amaya recte repulsus.**
- 4 **Thesaurus omnino carere debet domino.**
- 5 **Amayæ consultissima ratiocinatio.**
- 6 **Adversus hæredes deponentis Thesaurum, nulla oppositi potest præscriptio.**
- 7 **Quando Fisco debeatur pecunia abscondita.**
- 8 **Tempus immemoriale, quid in Thesauris adquirendis operetur.**
- 9 **Deponens pecuniam, nunquam illius dominium amittit.**
- 10 **Cur ad rationem veri Thesauri, requiratur, ut dominus rei deposita ignoretur.**
- 11 **Hæredes quanquam res hæreditarias ignorent, illarum dominium habent.**
- 12 **Ob ignorantiam Thesaurus dominum habere desinit.**
- 13 **Quamobrem Thesaurus incipiat haberis nullius.**

**De duobus requisitis. essentialibus ad hoc ut pecunia inventa dicatur proprie Thesaurus.**

## C A P . X V .

**D**UO porrò à Doctoribus copulativè requisita

## 12 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

exiguntur, ut propriè Thesau-  
rus dici possit. Primum equi-  
dèm requisitum est, ut pecunia  
depositio adeo vetus, atque an-  
tiqua sit, ut per vetustatē depo-  
sitionis memoria neutiquā ad-  
sit: nec umbra penitus deposi-  
tivæ pecuniæ: nec temporis,  
quo Thesaurus ab aliquo fue-  
rit reconditus. Hoc requisitum  
essentiale, ac constitutivum  
veri Thesauri existimant, na-  
strī legum Interpretes, quod  
requiri ferè essentialiter am-  
pleteuntur, ac tradunt Klok.  
*lib.2.de Ærar.cap.116.num.7.*  
*Antunez de Donation. part.3.*  
*cap.13.num.3.versicul.* *Duo co-*  
*pulativè.* Gutierrez de Tutel.  
*part.3.cap.26.num.2.* Angel.in  
*l.A tute, post princip. ff.de*  
*Rei-vindicat.* Muscatell. *Prax.*  
*criminal. tit. de Extract.* &  
*Thesauri invent. num.79.* Bur-  
satus *consil.209. num.3. lib.2.*  
Barbos. *in l.Divortio 8. §. Si fū-*  
*dum, num.25. paulò ante finē.*  
Lagunez de Fructibus. *part.1.*  
*cap.11.num.8.* Amaya *in l.unic.*  
*num.8. in fin.* C. de Thesaur.  
Molin. *tom.1.de Justitia,* & *jur.*  
*disputat.53.in princip.* Gutier-  
rez *lib.4.Practic.* *quaest.36.nu.1.*  
*in fine.* Secundum requisitum  
est, ut illius Thesauri dominus  
ignoretur: Etenim si dominus  
adsit, nequaquam pecunia in-  
venta dicetur Thesaurus: &  
ideo hoc requisitum expositu-  
lant, ad verum Thesaurum

omnes suprarelati Doctores, &  
de jure nostro Hispano constat  
quoque ex *l.25.titul.28.partid.*  
*3.* & ibi ejus interpres Grego-  
rius Lopez in *gloss.i.*

Hujusmodi equidem duo *2*  
requisita exoptata, fluunt ex  
ipsa Thesauri, à Paulo Juris-  
consulto tradita descriptione  
in *l.Nunquam, §.Thesaurus.*  
*ff.de Acquir.rer.domin.* Ubi  
poscitur vetus pecuniæ depo-  
sitio, & quòd dominus ejus  
prorsus ignoretur: ita ut ob ve-  
tustatem jam dominum amise-  
rit: siquidèm aliàs non dicetur  
Thesaurus. Quapropter Ama- *3*  
ya rectè corripit Donellus.  
*lib.4. Comm. jur. civil. cap.14.*  
asseverantem, Thesaurum ne-  
quaquam, quamvis lōgo tem-  
pore depositum, ob id domi-  
num amittere; imò Thesau-  
ri aliquem esse dominum: Ast  
solummodò ob ignorantiam  
nostram, dominum habere de-  
siisse. Quippe Amaya cum cō-  
munissima omnium ferè Do-  
ctorum opinione, Thesaurum,  
ut propriè ita appelletur, do-  
mino carere debere autem at: *4*  
nam ut Thesaurus fiat inven-  
toris, nulla illius extare debet  
memoria, juxta dispositionem  
text. *in l.Nunquam nuda, §.*  
*Thesaurus .ff.de Acquir. rer.*  
*domin.* & sentiunt Arnisæus  
*lib.3.de Jurib. Majestat. mino-*  
*rib. cap.6. n.21.* Vander-Graef.  
*Syntagmat. jur. public. cap.47.*  
*num.*

num.4. Bornitius de Ærar. lib. 3. cap.9. Georg. Simon Praſid. Academic. part.2. diſſerat. 19. theſ.5. Bitschius opuscul. de Thesaur. cap.2. §.36. part.1. La- gnez de Fructib. part.1. cap. 11. num.9; Antunez de Donat, part.3. cap.13. Alias si ejus ali- qua memoria perduret, fur- tum committit inventor, ar- gument. text. in l. final. versic. Omnes autem. C. Vnde vi. Pla- tea in l. unic. num.1. C. de The- ſaur. Magnus Cujacius lib. 23. Quæſt. Papinian. in l. Peregrè. ff. de Acquir. poffeff. Ideoque optimè idem Amaya argumē- tatur, eam esse ratiocinationē Jurisconsulti Pauli in dicta l. Nunquam. §. Thesaurus. Hu- juſmodi pecunia dominum amisiſt: igitur cum non sit alte- rius, nec in bonis ullius, ſequi- tur, ut vigore, ac ex vi natura- lis occupationiſ fiat ejus, qui invenerit.

Hinc pergit Amaya in l. unic. num.9. in fin. C. de Thesaur. concludens, quoad capitiſ no- stri materiam, duo ad Thesau- ri rationem requiri: primum quod olim jam deponitus fue- rit: alterum, ut ejus nemo sit dominus. Ita & taliter in The- ſauris, depositionis peroptatur antiquitas, ut liget pecunia in- veniatur abſcondita; & ex ali- quo ſigno, appareat eſſe recen- tiſ formæ; vel ſit noviter cusa, vel de deponente ex instru- mē-

to, singrapha, vel alio quo vis documento clarescat, non cen- ſebitur Thesaurus, per disposi- tionem text. in l. A tutare, 67. ff. de Rei vindicat. text. in l. Thesauri, 15. ff. ad Exhibend, Quo in caſu, si neutriquā de- ponens adſit, illius hæredibus pecunia, debet restituī; & ut adnotat Amaya, ubi ſupra, quod adversus deponentis hæ- redes, nulla potest opponi 6 præſcriptio; ea ratione, quia poffeffor fundi, non ob id, quod poffidet fundum, Thesaurum, in eo abſconditum poffidere, cenſetur, juxta text. in l. 3. §. Neratius, ff. de Acquir. pos- feſſ. Etiū tunc deponentis, ſeu abſcondentis nusquam hære- des appareant, pecunia in Fi- ſcus capeffet; prout cetera alia bona vacantia, ut notarunt quoque Gutierrez lib. 4. Pra- ctic. quæſt. 36. num.4. García de Expens. cap.22. ad fin. An- tunez de Donat part.3. cap.13.

Ad hoc ut verè dici possit Thesaurus, primum requiritur requiſitum, ſcilicet tempus immemoriale; quoniam de ac- quisitione Thesauri pertracta- tur. Temporis immemorialis 8 cursus operatur, ut quod vitio- sum prafum poteſtat, ita con- validetur; ut latenti vitio am- plius querendum non ſit. Hoc quidem immemoriale tem- pus efficit, ut inventus The- ſaurus ceneſatur nullus, ut

# 114 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- attestatur Zieglerus lib. 2. de Jurib. Majestat. cap. 20. num. 3. Cum alioquin si agatur stricta ratione dici nequeat, Thesaurum istum, dominum habere desiisse, ut innuit Franzkius exercit. 4. quast. 10. nu. 6. Quippe deponens pecuniam, per ipsam pecuniæ depositionem minimè rei depositæ dominiū amisit; sed illud retinet, & ad hæredes suos, quamquam remotissimos transmisit, ut adeo necessè sit, ut accedat temporis longissimus cursus, cuius terminus, à quo prorsus ignoratur, ad purgādum si aliquod inventori vitium impurari possit, teste eodem Zieglero dicto lib. 2. cap. 20. num. 3. in fine. Se-  
 10 cundum requisitum, nempe, ut dominus pecuniæ depositæ nesciatur; idèò exoptatur, quoniam quamvis aliquis sit Thesauri dominus, & qui ita condidit dominium non amisit: etiam si Thesauri locum amplius memoria non teneat, quoniam memoriæ infirmitas possessioni damnum nequit inferre, juxta textum in l. Peregrè, 44. ff. de Acquir. vel amitt. posse. Idem de hæredibus sta-  
 11 tuendum est, licet primo domino succedentes per longam successionem; quoniam in hæredes quamquam res hæreditatis ignorent, nihilominus in earum rerum dominium succedunt, secundùm text. in l. 23.
- ff. de Acquir. vel amittend. possit. Hoc licet verissimum sit; attamen ob ignorantiam Thesaurus dominum habere desinit, ut insequitur Zieglerus lib. 2. de Jurib. Majestat. cap. 20. num. 4. Quoniam dominus ignoratur, si quando, & à quo sit conditus ignoretur; & hanc ob causam Thesaurus incipit haberi nullius, placet que alterius alicujus attribui dominio, teste Donello lib. 4. Comment. jur. civil. cap. 14. ut reluctante Amaya, insequitur idem Zieglerus loco supra relat.

## SUMMARY:

- 1 *Inventa pecunia, de qua ambigitur an sit Thesaurus, restituenda.*
- 2 *Inventa pecunia, de qua ambigitur, an sit Thesaurus, peti potest actione ad exhibendum*
- 3 *Actio ad exhibendum prædas oportet actionem rei-vindicationis, quoties quis agit ad vindicationem pecunia, de qua an sit Thesaurus ambigitur.*
- 4 *Actio ad exhibendum cur preparatoria Rei-vindicationis nuncupetur.*
- 5 *Actio ad exhibendum propter rei-vindicationes præcipue introducta.*
- 6 *Rei-vindicatio & pro solo The-*

- Thesauro, & pro parte The-  
sauri intentatur.*
7. *Currei-vindicatio competit  
ei, cui totus Thesaurus, vel  
ejus pars debetur.*
8. *Dominium totius Thesauri,  
vel partis ab iis etiam abs-  
que apprehensione adquiri-  
tur, qui ipsi non inveni-  
runt: & cur.*
9. *Cumulare potest actionem-ad-  
exhibendum, cum actione  
rei-vindicationis agens de  
Thesauro impropriè dicto.*
10. *Praxis pulcherrima hujusce-  
rei ab Auctore in medium m-  
alata.*
11. *Querela de inofficio-resta-  
mento potest una cum bare-  
ditatis petitione proponi.*
12. *Accursius pro Thesauro, Con-  
ditionem-ex-lege intentari  
posse opinatur.*
13. *Johannes Faber rei-vindica-  
tione consultius esse agere  
putat de Thesauro.*
14. *Platea Conditionem-ex-lege  
agenti de Thesauro impro-  
priè dicto, hanc simul com-  
petere putat.*
15. *Sixtinus Conditionem-ex-lege  
agenti de Thesauro impro-  
priè dicto hanc competere  
docet.*
16. *Conditiones, quid.*
17. *Conditiones contra quem  
intententur.*
18. *Thesaurū intenies, & nullo  
pacto domino fudi obligatur.*
19. *Condition ex-lege quando cō-  
petat.*
- Inventor Thesauri an ex-  
periri possit actione ad  
exhibendum, vel  
actione reivin-  
dicationis.

## C A P. XVI.

**H**ic nequaquam de vero,  
ac proprio Thesauro,  
sermo nobis est instituēdus, sed  
de pecunia ea, quæ an Thes-  
aurus sit, nec nè, dubitatur.  
Ideoque hujus Capitis percun-  
stationi brevi negotio respon-  
detur, quòd quoties ab aliquo  
pecunia invenitur, de qua an sit 1  
Thesaurus ambigi tur, tūc per  
Actionem-ad-exhibendum ad  
eam commodè devenir posse  
existimat Sixtinus lib. 2. de Re-  
galib. cap. 21. num. 16. Quoties,  
scilicet inventor inventam pé-  
cuniā restituere oblictatur;  
& petitur ab eo, ut eam ostendat,  
atque commonstret, &  
exhibeat illi, qui Thesaurum  
esse diffitetur, ac negat, asse-  
rens se dominum ejus esse: ad  
hoc, ut facta exhibitione mo-  
netæ, inspici queat, ac decer-  
ni, an sit Thesaurus, nec nè.  
Quapropter quando aliquis 3  
actione rei-vindicationis age-  
re vult ad vindicationem pe-  
cuniæ, de qua an sit Thesaurus  
hæsitatur; convenies erit acto-  
ri, ut priusquam rei-vindica-

tionis actione experiatur, actionem ad exhibendum, ut preparatoriam instituat: quoniam actio-ad-exhibendum dicitur praepatoria rei-vindicationis: siquidem propter vindicationes præcipue inducetam fuisse commonstrat Jurisconsultus in l.i. ff. *Ad exhibend.*

6 Potest profectò actio rei-vindicationis, non solum prototo Thesauro, sed etiam pro parte intentari, teste Sixtino lib. 2. *de Regalib. cap. 21. n. 17.*

*Eg* nu. 68. asseverante, quod ut quis Thesaurum, vel ex parte, vel etiam quatenus ei totus debetur, ab alio eam partem, vel totum habente, & restituerre reluctante nanciscatur, qui

7 actionem rei-vindicationis instituere: ea ratione, quia dominium habet: Ast habenti dominium, vel jure civili, seu gentium hæc actio equidem competit secundum text. in l. *In rem. ff. de Res vindicat.* Id circò eam actionem de Thesauro optimè institui fatentur Platea in l. *unic. col. 3. vers. 1.* Item qua actione. C. *de Thesaur. lib. 10.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 21. num. 18.* *Eg* 69. Alvarot. in cap. *unic. num. 8. vers.* Sed per quam actionem. Gloss. in §. *Thesauros. verb. Domino. Aretin. n. 3.* Faber num. 5. Institut. *de Rer. divis.* Quippe dominium rotius Thesauri, vel partis ab iis

etiam absque apprehensione adquiritur, qui ipsi non inveniunt: dummodo tamen totus, vel ejus pars debeatur. Nā his quoque actio rei-vindicationis competere potest. Siquidem dispositio prædicti text. in l. *In rem. ff. de Rei rendic.* procedit in quolibet domino sive traditione, possessionis apprehensione intercedente, sive causibus à jure permisis, absque ea dominium sit acquisitum, ut rectè autumat idem Sixtinus lib. 2. cap. 21. num. 70.

De Thesauro hoc impro priè scilicet sumpto, competit actio ad exhibendum, simulque & actio rei-vindicationis, quā cum illa cumulare licitum esse actori innotescit. Etenim liberum erit actori actionem rei-vindicationis cum actione-ad-exhibendum conjungere, etiā in eodem libello: itaut primò procedatur in actione ad exhibendum, prout alterius praepatoria; & postea in rei-vindicatione sub eadem instantia: ut in terminis nostris fatentur Oldendorp. class. 3. act. 1. nu. 8. vers. Ad primam dico. Gothofred. *de Ordn. jud.* *Eg libell. par. 4. tit. Ad exhibendum actio.* num. 16. Zasius in §. Si minus. num. 20. vers. Secundò fallit. Institut. *de Act.* Sixtinus *de Regalib. lib. 2. cap. 21. num. 18.* ubi huc spectare text. in l. final. *in fin. C. Ad exhibend. text.*

in l. Qui de inofficio. ff.de Inoffic. testam. asseveravit ; in 10 cuius legis Qui specie, querela de inofficio-testamento, prout præparatoria, potest cum hæreditatis petitione simul proponi. Ideoque nil mirum, infert, si dicatur cum rei-vindicatione, actionem ad exhibendum præparatoriam, in eodem libello conjungi posse.

11 Quidam verò existimant de Thesauro cōdictionem-ex-lege intentari posse, ut voluit Accursius in §. Thesauros. verbo. Domino. Institut. de Rer. di-

vis. Aretinus, & Alvarotus locis suprarelatis. Ast Iohannes Faber in §. Thesauros. num. 5. Institut. de Rer. divis. dicit melius esse rei-vindicatione agi; 13 præcipue si tertius, qui Thesaurum invenit, eum possideat. Platea in l. unic. col. 3, vers. Itē qua actione. C. de Thesaur. lib. 10, loquens de actione rei-vindicationis, autumat condicitionem-ex-lege simul nequaquam

14 competere : & Sixtinus lib. 2. cap. 21. num. 71, verius esse eam actionem, videlicet condicitionem-ex-lege, hancquam habere locum in nostro casu;

15 quoniam Condiciones sunt actiones-personales : text. in §. Sic itaque, & §. sequent. Institut. de Action. Ideoque nisi ad 16 versus eum, qui nobis est obligatus, intentari non possunt, argument. text. in §. 1. Institut. de

Act. Et sic dicēdū est de condicione-ex-lege, quod ex obligatione proficiscatur, quod ita se habet, si est inducta per legem novam, text. in l. unic. ff. de Condict. ex leg. Sed, qui Thesaurum invenit, nullo contra-ctu, vel alio actu domino fundi est obligatus. Et condicione-ex-lege tunc competit, si minime appareat de alia actione, quæ possit institui, text. in dict. l. unic. ff. de Condict. ex lege, ut recte Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 21. infine.

## S U M M A R I U M.

1. *Pecunia inventa semper cēsetur alicujus certi hominis, nisi constet de essentia Thesauri.*
2. *Qui incumbat onus probandi, pecuniam inventam esse Thesaurum.*
3. *Quid probare debeat inventor.*
4. *Afferenti pecuniam inventam esse suam, incumbit onus illud probandi.*
5. *Constito de veritate Thesauri, inventum debetur inventor.*
6. *Actori incumbit onus probandi.*
7. *Non probante adversario, scilicet suosve pecuniam inventam abscondisse, res inventa Thesaurus est.*
8. *Quando invenitur pecunia,*  
au-

# 118 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- aurum, argentumve, non illuc presumitur qualitas Thesauri.*
- 9 *In dubio, inventum presumi Thesaurum assertuit Aretinus.*
- 10 *Aretini placitum, quando locum habere valeat.*
- 11 *Quando dicatur probatum, non extare memoriam de tempore abscondite pecunia.*
- 12 *Fama, & communis estimatio sufficit ad probandum, pecuniam fuisse antiquius absconditam: at non sufficit ad probandum, eandem pecuniam fuisse ibi à quopiam repositam.*

Inuentori Thesauri an incumbat onus probandi.

## C A P. XVII.

**Q**uandoque obtigit, ut de Thesauro invento sciscietur; quoniam forsitan non appareat pecuniam inventam, non esse Thesaurum; quo in casu nisi de requisitis necessariis liquefcat ad constituendum verum Thesaurum, si pecunia inventa semper aliqui certi hominis esse censetur, ut attestantur Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. num. 6. Gutierrez lib. 4. Practic. quest. 36.

num. 6. Gregor. Lopez in l. 45. tit. 28. partid. 3. gloss. 2. Valasc. de Jur. emphyt. quest. 15. nu. 8. Baldus in l. 1. ff. de Rer. divis. Lagunez de Fructib. part. 1. cap. 11. num. 17. Barbosa in l. Divortio, 8. §. Si fundum, num. 26. ff. Solut. matrim. Unde si de pecunia inventa contentio oriatur, an sit Thesaurus, nec ne; aut Thesauri cognita, ac probata qualitate; vel si inventor pecuniam inventam Thesaurum esse contendat; ei incumbit onus probandi: argument. text. in l. 2. ff. de Probat. & expressè in terminis asseruerunt Barbosa in dicta l. 8. §. Si fundum, num. 26. ff. Solut. matrimon. Gregor. Lopez in l. 45. gloss. 2. partid. 3. Gutierrez lib. 4. Practic. quest. 36. num. 6. Valasc. de Jur. emphyt. quest. 15. num. 8. ad fin. Antunez de Donationib. part. 3. cap. 13. num. 6. Hoc sanè intelligi debet, ut inventori tantum incumbat onus probandi, non extare memoriam temporis, quo fuit pecunia recondita, secundum notata in l. Si arbiter, ff. de Probat. & animadvertis quoque Barbosa, & Gutierrez ubi supra.

Hoc sanè probato, afferenti pecuniam illam esse suam, vel à suis majoribus conditam, incumbit onus probandi, juxta regulam text. in l. 2. ff. de Probat. attestantibus Johanne Fabro

bro in §. *Thesauros.* num. 1. *Institut.* de *Rer. divis.* ibique Angelus Barbosa in *I. Divorsio*, 8. §. *Si fundum.* num. 26. *vers.* *In fertur secundo*, ff. *Solut. matrim.* Gutierrez lib. 4. *Practic.* quæst. 36. nu. 7. Lagunez de *Fructib.* part. 1. cap. 11. num. 18. Platea in *I. unic.* num. 6. *in fin.* C. de *Thesaur.* lib. 10. Antunez de *Donationib.* part. 3. cap. 13. n. 6. Hanc eandem conclusionem nostram amplectitur Gallus tractas. de *Fructib.* artic. 4. *dis put.* 3. quæst. 2. num. 15. *versic.* *Quo ad Thesaurum.* Ubi dicit, onus probandi, quod pecunia reperta sit Thesaurus, Thesaurum esse asseveranti quidem incumberere. Quod ex communisensu, ac opinione deducere sufficere sentit ex Guidio, tractat. de *Mineralib.* tit. de *Thesaur.* num. 47. Quo verè probato, onus probandi contrarium in adversarium transfertur, secundum dispositionem text. in *I. Ab ea parte*, s. ff. de *Probat.* ut voluit quoque Farinacius *Practic.* criminal. part. 3. q. 104. num. 24. Constito jam de veritate Thesauri, tunc debetur inventori, ut subne<sup>t</sup>tit idē Gallus de *Fructibus* art. 4. *disput.* 3. quæst. 2. num. 15. *in fine.* pro ut præstiterunt Imperatores in *I. unic.* C. de *Thesaur.* §. in §. *Thesauros.* *Institut.* de *Rer. divis.* id est juxta ordinem, ac distinctionem ibi præscri-

ptam. Cui profectò asserto adstruendus est Peregrinus de *Jur. Fisci* lib. 4 tit. 2. num. 10.

Unde pro certo asserendum est, quod quoties invenitur pecunia, & ambigitur an sit Thesaurus, nec ne, tunc ei, qui affirmit esse Thesaurum, incumbit onus probandi, ut attestatur Calvin. lib. 2. de *Aequitat.* cap. 94. num. 54. quoniam actori incumbit onus probandi, cum sit fundamentum ejus intentionis, *juxta dispositionem text.* in *I. Actor.* (de *Probat.*) Ideoque si inventor dicat esse Thesaurum, adversarius verò neget, tunc agenti, & afferenti esse Thesaurum incumbit probatio; & probare debet, quod illa pecunia sic recondita communis opinione, visu, vel auditu, cu<sup>m</sup> ius non extat memoria. I. si *Arbiter*, ff. de *Probationibus*, & ibi *Gloss Bartol.* in *I. 2.* §. *Item Labeo*, ff. de *Aqu. pluv. arcend.* *Glos.* in *cap. 1.* de *Prescript.* in 6. Quo probato, nisi adversarius probet se, vel suos abscondisse, quod est causa suæ defensionis, præsumitur Thesaurus, ut facetur Guidius lib. 3. de *Mineral.* tit. 10. qu. 49. num. 47. ex *I. Si quidem*, Cod. de *Exception.* Bart in *I.* Si quis ex *argentariis*. §. *Final.* ff. de *Edend.* *Platea* in *I. 1.* col. *final.* (de *Thesaur.* Faber, Angelus, & Aretinus in §. *Thesauros.* *Institut.* de *Rer. divis.*

## 120 Don Leonardii Gutierrez de la Huerta

8. Quando invenitur pecunia, aurum, vel argentum, non præsumitur qualitas Thesauri; sed allegantem pecuniam inventam esse Thesaurum, & sic antiquitus esse absconditam, & memoriam non extare de tempore, in quo fuit recondita, incumbit onus probandi, ut tradunt Platea in l. i. num. 6. ad finem arvers. Quara aliquis fodit pecuniam, C. de Thesaur. lib. 10. Aret. in §. Thesauros, num. 2. Institut. de Rerum divis. Peregrinus de Jure Fisci lib. 4. tit. 2. rubr. de Thesaur. ex metall. num. 10. in 8. conclus. Bursatt. d. consil. 209. num. 12. ad med. Valasc. de Jur. emphys. d. q. 15. num. 8. in fin.
9. Quamvis contrarium, quod imò in dubio præsumatur Thesaurus, quæ pecunia antiquitus abscondita consulendo tradiderit Angel. Aret. inter consil. crimin. divers. 71. nu. 65. tom. I.
10. Quæ quidem contraria opinio poterit habere locum, quoties pecunia inventa in sui facie ostenderet antiquitatem, ad tradita per Arnisæum lib. 3. de fur. Majestat. cap. 6. num. 22. Zieglerum lib. 2. cap. 20. ut purata, quia esset corrosa, & multum ruginosa, prout in casu, in quo consuluit Bursat. consil. 209. num. 15. ad med. Ex num. 17. versic. secundò dicitur, lib. 2. Nec differt Cavalcanti. decis. 62. num. 16. pars. 2. &c. in specie

Gutierrez lib. 4. Practic. qu. 36. Antunez pars. 3. cap. 13.

Dicitur autem probatam non extare memoriam de tempore absconditæ pecuniae, quando sic probatur per testes deponentes de communæ estimatione. Christinæus vol. 5. decis. Belgic. 16. nu. 12. tit. 15. Sixtin. lib. 2. de Regalib. cap. fin. Montan. vers. Et dimidium Thesauri, & aliæ, ut in l. Si Arbitr. ff. de Probat. Quæ probatio transfert onus probandi in adversarium, quod pecuniæ fuerunt eo loco à subditis reconditæ secundum Plateam in l. i. num. 6. ad finem, versic. Quaro aliquis, C. de Thesaur. lib. 10. Aretin. in §. Thesaur. num. 2. Institut. de Rer. divis. Peregrinus ubi supra num. 10. consil. 8. Bursatt. consil. 209. num. 12. ad fin. Christinæus ubi supra.

Sed licet fama, & communis estimatione sufficiat ad probandum Thesaurum, & pecuniam fuisse antiquitus absconditam, non tamen sufficit ad probandum, quod eadem pecunia fuerit ibi posita ab aliqua persona, secundum tradita à Gutierrez lib. 4. Practic. qu. 36. Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. Sayr. lib. 9. Clav. Reg. cap. 9. Arnisæ. lib. 3. de Jur. Majestat. cap. 6. num. 22. Ziegler. lib. 2. de Jur. Majestat. cap. 20.

- 1 *Thesauri inventio, quid Bitschio.*
- 2 *Inventio, quid.*
- 3 *Quod nullius in bonis est, occupanti relinquitur.*
- 4 *Fera bestia capti sunt capientis.*
- 5 *Gemma, lapilli que in litore maris inventi, jure natura fuit inventoris.*
- 6 *Ædificium in litore extructum adificantis est.*
- 7 *Res pro derelictis habita, fuit occupantium.*
- 8 *Inventio Thesauri, specie una est, differt solum ab accidentibus.*
- 9 *Accidentia non faciunt aliud, sed dissimilitudinem tantum in rebus commonestrat.*
- 10 *Differentia specifica in qua consistat Porphyrio.*
- 11 *Causa efficiens Thesauri, qua.*
- 12 *Cum pecunia recorditur, haud propriè Thesaurus.*
- 13 *Abscondita pecunia, quando veri Thesauri rationem induat.*
- 14 *Causa efficiens inventionis Thesauri, Deus.*
- 15 *Libanij eximus locus expensis.*
- 16 *Deus causa remota inventionis Thesauri.*
- 17 *Permissio querendi, atia causa efficiens remota inventionis Thesauri, sed partialis.*

18 *Homo, Thesaurum deponens, ejus causa efficiens Bitschio.*

19 *Bitschii sententia non implet Auctoris aures.*

20 *Georgius Simon, Bitschio athletice adversatur.*

21 *Quæ vera efficiens causa Thesauri.*

22 *Si pecuniam deponens illam ab initio neglectui habuisset, an pecunia deposita Thesaurus dici queat.*

## De Inuentione, ac causa efficiente Thesauri.

### C A P. XVIII.

**T**HESauri cujusvis inventio describitur, seu definitur ab eruditissimo Bitschio opuscul. de Thesaur. cap. 2. §. 38. part. i. quod sit Occupatio pecuniae, antiquitus depositæ, cuius memoria non extat, ut jam dominum non habeat: ut de ipsius Thesauri definitione ferre rescripsit Jurisconsultus Paulus in l. Nunquam, §. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin. Dicitur quoque inventio nil aliud, quam vacuae possessio. 2 nis apprehensio, juxta text. in l. i. §. 2. ff. de Acquir. poss. ff. text. in l. 14. ff. de Acquirend. rer. domin. Confert etiam Marcus Tullius Cicero lib. 1. de Offic. & lib. 5. de Finib. Valla lib. 5. Elegant.

gans.cap.57. Genus porrò cō-  
mune modorum , quibus res  
ex , quæ in nullius sunt pote-  
state, ac dominio,acquiruntur;  
occupanti cedere, seu occupā-  
tis fieri dicuntur, text.in l.3. §.  
3. l.30.l.31. §.1. verfic.Sic enim  
fit , ff.de Acquir. rer. domin.  
text.in §.12. verfic. Quod enim,  
et §.22. Institut. de Rer. di-  
vis. Prout si ab aliquo feræ be-  
stæ capiantur , text. in dicto  
§.12.& text.in l.3-4. et 5. ff.de  
Acquir.rer.domin. Ut lapilli,  
gemmæ , & cætera, quæ in lit-  
tore maris inveniuntur , jure  
naturali exemplò fiunt invē-  
toris, text.in §.Item lapilli, 18.  
Institut.de Rer.divis. Si in lit-  
tore maris , vel in mari ædifi-  
cetur, idque non tantum ratio-  
ne ipsius ædificii, vel insulæ in  
mari factæ , de qua est text.in  
l.30. ff.de Acquir.rer. domin.  
Sed etiam ratione soli ejus , &  
terre , vel arenæ maris , cui  
inædificatum,juxta text.in l.14.  
ff.de Acquir.rer. domin. text.in  
§.Littorum. Institut.eod.rit. Ut  
res si res pro derelictis habitæ  
tollantur , secundùm text.in  
l.1. ff.pro derelict. text.in l.36.  
ff.de Stipulat. servor. text.in  
§.Quaratione. Institut.de rer.  
divis. Unde sicuti hæ omnes  
res, si inveniantur, naturali ju-  
re fiunt inventoris; ita etiam si  
inveniatur Thesaurus, inven-  
tori cedere debet , ut rectè ex  
text. in l.Nunquam , 31. §.1.

verfic.Sic enim fit ff.de Acqui-  
rend. rer. domin. tradidit Bit-  
schius opuscul.de Thesaur.cap.  
2. §.38. part.3. Ex summopere  
confert ad propositum ma-  
gnus insignisque Caramuel  
lib.3. Theolog.moral.lib.2. de  
Leg.moral.disputat.1. nu.263.  
cap.2. Inventio namque The-  
sauri, specie una est: & solùm  
accidentibus differt; quæ jux-  
ta Bitschium dict. cap.3. §.41.  
part.1.non faciunt ἀλλού εἴτε πορ,  
sed tantummodo ἀλλαῖς , nus-  
quam naturam , aut rei specie  
diversam efficiunt : sed solùm  
dissimilitudinem quandam in  
rebus commonstrant , quod  
profectò non est specificarum 10  
differentiarum secundùm Por-  
phyr.in Ithagog.cap.4. Aristotcl.  
2.post.anal.cap.14.

Thesauri efficientem cau- 11  
sam , partim ipsum hominem  
deponentem, partim temporis  
vetustatem , depositionis me-  
moriā obliterans constituere  
existimat Bitschius opuscul.de  
Thesaur. cap.4. §.43. part. 1.  
Quippe cum ab homine custo-  
diæ, lucri, præsidii causa, seu in-  
vidiæ , pecunia in terra custo-  
ditur , ac conditur ; quamvis 12  
tunc propriè Thesaurus non  
sit in propriissima significatio-  
ne; tamen cum ipso neutram  
refodiente, nec aliis, ut fodiant  
indicante, tamdiu relinquitur  
conditus , ut à quo depositus  
sit , ac proinde ad quem hæ- 13

reditario jure pertineat ne-  
sciatur Thesaurus strictè, &  
natur εξοχήν efficitur dictus Bit-  
schius ipse æstimavit, qui invē-  
tionis per seipsum consideratæ

**14** causam efficientem esse Deum  
autunavit, quoniam fortè Dei  
beneficio inveniatur, ut scri-  
psit quoq; Ageta ad Moles p.3:  
§.18. & latissimè ostēdi in cap.  
6: & hoc vult commonstrare

**15** Libanius in declamat. 8. cum  
dixit: *The sauros plerique nan-  
ciscuntur, non ii, quos aequum  
est locupletari, sed quibus ge-  
nius, vel sors largitur.* Præter

**16** hanc causam inventionis re-  
motam, scilicet Deum; adhuc  
quādam aliam causam efficiē-  
tem remotam, sed partiale, re-  
strictamque ad inventionem  
eam pertinentem esse credidit  
Bitschius cap. 4. §.52. part. i:  
Nimirum; qvum data opera  
Thesaurus quæsitus fuit: vide-

**17** licet permisso quærendi; sive  
ea sit à Principe, sive à lege,

**18** aut consuetudine: & hinc Bit-  
schius censuit, hominem The-  
saurum deponētem, esse ipsius  
Thesauri efficientem causam;  
siquidem, ille subdit, absque  
illa venia quærendi, homo ad  
quærendum Thesaurum pro-  
fectò non fuisset progressus,  
cum non debuisset: ideoque  
neque invenisset.

**19** Ast quanquam hominem  
deponentem, causam efficien-  
tem Thesauri arbitretur Bit-

schius, mihi ejus nequaquam  
placet opinio: ejus quoque pla-  
citum scitè refellit, ac respuit 20  
Georg. Simon *Præsid. Academ-  
ic. part. 2. differt. 19. thes. 10.*

Quoniam homo deponens, ut  
plurimum modo instrumenta-  
liter, seu accidentaliter se ha-  
bet respectu Thesauri. Etenim  
pecunia potest alio modo, &  
alia quavis. ratione fieri latēs,  
pariter & abscondita: Quocir-  
ca optimè Simon ipse solam 21  
temporis diuturnitatem, cuius  
non extat memoria, veram,  
unicamque esse causam effi-  
cientem Thesauri concludit.  
Nam deponens regulariter  
rerum suarum custodiam ran-  
tūm intendit: Secus verò, ut si-  
bi, suisque ex post facto, quasi  
dominium rei custoditæ laba-  
tur, quòd sàpè alia necessitate  
coactus præter omnem spem,  
& opinionem deserere, ac de-  
relinquere, adeoque perdere  
eventualiter cogitatur. Nisi for-  
tassis dicamus, ipsum pecunia-  
rum dominum adeò vixisse, 22  
quòd regulariter de niemine  
præsumitur, rerū suarum pro-  
digum administratorem, &  
arbitrum, ut illa exemplò ab  
initio neglectui æquè, ac pro-  
derelictis habere voluerit, ac  
primo occupanti concedere,  
ac condonare. Verum nec tūc  
ab initio formaliter sic dictum  
Thesaurum ipsum fuisse ap-  
pareat, quin potius (quousque

## 124 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

penes deponentes, suo<sup>que</sup> h<sup>e</sup>-  
redes depositionis, abreptio-  
nis, ac derelictionis memoria  
extat) bonum quoddam domi-  
no vacans, quod cum illo in-  
effectu demum particulari, &  
salva dispositione Imperatoris  
in toto titulo de bonis vacan-  
tibus coincidet, ut benè affatur  
ide m Georg. Simon *Presid. Aca-*  
*demic. part. 2. dissert. 19. thes.*  
*10. in fine.*

## SVMMARIVM.

- 1 *Jure-natura Thesauri in-  
venti sunt inventoris.*
- 2 *Ætiologia.*
- 3 *Inventor moralis Thesau-  
rorum productro . Cara-  
muelis dictum.*
- 4 *Inventio, & occupatio, legiti-  
mi sunt tituli ad adquiren-  
dum dominium.*
- 5 *Gemma, lapillique in litore  
ris, vel alibi inventi , sunt  
inventoris.*
- 6 *A causa physica, benè argui-  
tur ad moralem.*
- 7 *Occultum est perinde atque  
si non extaret.*
- 8 *Inventio est moralis produ-  
ctio.*

Thesaurus inventus de  
Iure naturali fit in-  
ventoris.

## C A P. XIX.

**S**i nullæ de Thesauris le-  
ges latæ essent, certum  
profectò est, Thesauros inven-  
tos, cedere inventori:& inspe-  
cto jure naturæ omnes The-  
sauri inventoris efficiuntur,  
qui nihil Regi, nihil Reipu-  
blicæ, nihil domino agri, in-  
quo reperti sunt, commodi af-  
ferunt: quam conclusionem  
sestancur Divus Thomas 2. 2.  
quæst. 66. art. 2. ad 2. Navarrus  
in *Manual. cap. 17. num. 175.*  
Molina de *Just. & jur. disput.*  
56. num. 4. Oñact. tom. 2. de  
Contractib. tractat. 11. disput.  
40. num. 112. Sotus lib. 5. de  
Justit. & jur. quæst. 3. artic. 3.  
Verde in §. Thesauros. lemm.  
37. num. 174. Institut. de Rer.  
divis. ubi subjungit, quòd si  
Princeps nil de Thesauris ca-  
veret, jure naturæ totus in-  
ventori daretur. Caramuel  
tom. 3. Theolog. Moral. lib. 2.  
cap. 2. disputat. 1. articul. 2. nu.  
287. Bitschius opuscul. de The-  
saur. cap. 3. §. 38. part. 1. Cujus  
conclusionis ratio est, quoniam 2  
Thesaurus verè sic dictus, nō  
est in bonis ullius; sed omnia  
ea, quæ in nullius sunt bonis,  
de jure naturali fiunt invento-  
ris.

ris, ut habetur in l. 3.7. § 30.  
 l. 3. §. 1. versic. Sic enim fit, ff.  
 de Acquir. rer. domin. §. 12.  
 vers. Quod enim, & §. 22. In-  
 stitut. de Rer. divis. §. Item  
 lapilli. Institut. eod. sit. Siquidē,  
 3 ut probat Caramuel, inventor  
 dicitur virtualis Thesaurorum  
 productor, ut ex eo animad-  
 vertit Verde ubi supra. Dicitur  
 enim inventor Thesauri pro-  
 ductor quo ad usus humanos,  
 ut ex Divo Thoma dicta q. 66.  
 Soto lib. 5. quest. 3. artic. 3. Cā-  
 muelle laco supra citato, refert  
 Verde dict. lemm. 37: num. 174.  
 Institut. de Rer. divis. Ideoque  
 est solus verus, ac legitimus  
 4 dominus; quoniam inventio,  
 & occupatio est legitimus ti-  
 tulus acquirendi dominium, ut  
 uno ore omnes fatentur Do-  
 ctores, quos brevitatis ergo  
 omitto consultè. Asseverant  
 5 sanè gemmas, lapillos, crystal-  
 los, metallorum venas, triferas  
 animantes, in maris littoribus,  
 in arenarum montibus, in sal-  
 tibus, in saxis repertas de jure  
 naturę ad inventorem perti-  
 6 nere. Hoc porrò potest faciliter  
 Marte probari, quia qualibet  
 causa libera adipiscitur physi-  
 cum, ac naturale dominium  
 rerum à se physicè producta-  
 rum: ideoque & morale, re-  
 rum productarum moraliter;  
 sed inventio est moralis pro-  
 ductio; igitur dominium mo-  
 rale inventione potest acquiri.

Id confirmatur hacce ga-  
 tione, quia Insulæ, quæ adhuc  
 haud detectæ sunt, gemmæ, 7  
 quæ non sunt repertæ, & simi-  
 lia, virtualiter non sunt. Ete-  
 nim quamvis physicè sint, ita  
 se habent respectu hominum,  
 ut si revera neutiquam essent;  
 ast quum inveniuntur, tunc in-  
 cipiunt humanitùs esse. Ergo  
 vi inventionis ex non esse hu-  
 manitùs, ad esse humanitùs  
 jam transferunt. Idcir- 8  
 co inventio est moralis, seu vir-  
 tualis productio. Inventor ita  
 se habet, prout si realiter pro-  
 duceret; sed realiter produ-  
 cens est habendus, ut domi-  
 nus physicus proprietarius.  
 Unde ita se habet, ac si do-  
 minus physicus, ac proprieta-  
 riis esset: ut recte argumenta-  
 tur subtilissimus Caramuel ubi  
 supra.

## SVM MARIVM.

- 1 Platonis placitum de Thesau-  
ro inveniendo; deque jam  
reperto.
  - 2 Principe annuente, etiam in  
proprio fundo, quis Thesau-  
rum querere debebat anti-  
quitius.
  - 3 Nicephori commentum, quo  
subditos argento emungeret.
  - 4 Leo M. veniam Principis  
quarenti Thesaurum re-  
misit.
  - 5 Quilibet in proprio fūdo The-  
saurum querere potest.
- 6 Nc-

- 6 *Nefariis artibus Thesaurū quarere nulli; nullibique permisum.*
- 7 *Querens Thesaurum etiam in proprio fundo sine Principis facultate, illum ante Leonem amitterebat.*
- 8 *Zieglerus ab Auctore validè repulsus.*
- 9 *Effosio, & retentio Thesauri, quādonam à Principe impetranda erat.*

An sit licitum in propriis fundis, absque licentia Principis, Thesaurum querere?

### C A P. XX.

**P**LATO sanè licet summæ prudentiæ, & auctoritatis vir apud Græcos, prout in ipsis libris nostri juris laudatur in l.2. ff. de Nundin. cui Thesaurum inventum assignaret perspicere, & judicare non potuit: ac proinde potius Thesaurum nec queri, neque si quis fortuitò in eum incidisset, loco amovere voluit; sed Deos consuli, quid de eo faciendum esset, ut dicit in lib. 11. de Legibus. Licet antiquitus, qui in proprio fundo Thesaurum querere cupiebant, veniam à Principe impetrare debuerant: nè Thesaurus inventus appli-

caretur Fisco, ut ex textu in l.unic.C.de Thesaur. assert Bit-  
schius opuscul.de Thesaur.cap.  
4. §.53. part. i. & dignoscitur quoque ex traditis à Cujacio lib.9. observat. 37. ad fin. Gothofredo in Not. ad l. 1. de Thesaur. C.Theodos. Quo prætextu Ni-  
cephorum Imperatorem mul-  
ta à privatis extorsisse tradūt,  
dum perperam res eorum in-  
spici præcipiebat, qui ex pau-  
perie illicò pervenissent ad co-  
piam, ut attestantur Cedrenus  
in Ann. sub Nicephor. Patri. Zonara. tom. 3. ann. Tamen hāc impecrandi veniam, necessita-  
tem remisit Imperator Leo, co-  
gnomento Magnus in dicta Lunic. C.de Thesaur. his ver-  
bis: *Nemo in posterum super requirendo in sup, vel aliena loco Thesauro, vel super in-  
vento ab alio, vel à se, effusis  
precibus pietatis nostra beni-  
gnas aures audeat molestare.*  
*Nam in suis quidem locis uni-  
cuique, dummodò sine scelera-  
tis, ac puniendis sacrificiis, aut  
alia qualibet arte odiosa Thesau-  
rum querere, & invento  
est liberam tribuimus faculta-  
tem, nec ulterius Dei benefi-  
cium invidiosa calumnia per-  
sequatur, ut superfluum sit,  
hoc precibus postulare, quod  
jam legibus permisum est.* Et  
dilucidè innotescit ex Cujacio,  
& Gothofredo ubi supra. Ar-  
nisæo lib. 3. de Jur. Majestat.  
cap.

*cap.6.num.22.* Ex quibus quāvis aperta sint Imperatoris verba, colligit Amaya, Thesaurū investigandi in suo loco, ut eo utatur invento, cuilibet permissam esse licentiam. Estò licito modo, & non sceleratis, nec nefariis artibus inventio fiat, ut expressè dicit, ac sequitur Guidæus *lib.3. de Minera-*  
*lib. quest.5. tit.10. num.8.* Per hanc porrò cōstitutionem Lœa Imperator libertatem concedit omnibus quārendi in suis fundis Thesauros, ut subjungit Bitschius *cap.4. §.54. part. I.* Ante illius legis constitutionē, nusquam ulli, data opera, nec ex proposito Thesaurum quārere permisum erat: etiam in propriis agris: nisi id Princeps speciali beneficio indulgeret: alias totus sic inventus Thesaurus applicabatur Fisco, secundūm dispositionem text. *in l. 1. ff. de Jur. Fisc.* Meritò hodie novetur per hanc *legem unicam* cautum est, ut nemo in posterum super requirendo in suo, vel alieno loca Thesauro, vel super invento ab alio, vel à se, effusis precibus audeat pietatis Imperatoriæ benignas aures molestare, ut idem Leo exprimit. Siquidem in suis locis unicuique, dummodò absque nefandis, puniendisve sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa, Thesaurum quārere, & invento uti liberam tri-

buit facultatem; ne ulterius Dei beneficiū, invidiosa calumnia persequatur, ut superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam lege firmissimum est. Et Imperatoriæ Majestatis videatur prævenire liberalitas postulanda, ut expressè habemus in dicta *l.unic. C.de Thesaur.* & exponit ibi Açcursius, & notavit Tolestanus Lucern. in *lib. 10. Codic. tit. 15. num.3.* Hic quidem venit respuēdum opinamentum Zieglerii *de Jurib. Majestat. lib. 2. cap. 20. num. 11.* abnegantis, olim in fodiendis Thesauris in locis suis non fuīse necessariam Principis veniā, ut quidquid inventum fuisset, cecidisset in commissum. Id processisse asseverat haud de licentia fodiendorum, sed retinendorum Thesaurorum; quoniam fodere priusquam beneplacitum impetraretur à Principe nō licere, nullo fundamine nixari retur. Siquidem quod in Leonis constitutione habetur, est, ut supervacaneum sit postulare, quod jam à lege permisum est: itaut id magis ad usum, acquisitionēve Thesauri inventi, quam ad fōssionem pertineat. Concludit tandem Zieglerus, quod à Principe non tam impetranda erat defossio, quam Thesaurus ipse perfossonem inventus.

Asterior Zieglerii ex Leo-  
 nis ipsius rescripti cōtextu lu-

cessit, ubi non tantum de inventione; sed de fissione loquitur Imperator in dicta L.unic. C.de Thesaur. ibi; Nemo in posterum super requirendo in suo, vel alieno loco Thesau-ro, &c. Ex quibus verbis apparet ad perquirendos Thesauros, licentiam quoque Principis fuisse necessariam. Quod porrò apertiùs eruitur ex ejusdem legis contextu ibi: *Nam in suis quidem locis unicuique, dummodo sine sceleratis, ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte odiosa Thesaurum querere, & invento uti liberam tribuimus facultatem,* &c. Noscitur enim Principē fuisse locutum, non solū de inventione Thesauri, ut adversus omnes ferè nostri juris Interpretes perperām Zieglerus opinatus fuit; sed etiam de fissione, ut elicitur ex illis verbis: *Thesaurum querere, & invento uti,* Ubi utramque partem complectitur, ut tam fissionis, quam inventionis licentiam in posterum remiserit. Siquidem quondam nemini licitum erat nec in suis, nec alienis locis causa inveniendi Thesauros, agros fodere absq; Principis licentia, quæ hodie omnibus clargita est per dictę legis unica constitutionem, dummodo in locis suis fodiat, ac Thesaurum quærat, text. in d.l.unic. C.de Thesaur. lib. 10.

## SUMMARIUM.

- 1 *Invito domino fundi, an Thesaurum querere liceat.*
- 2 *Princeps est dominus omniū, qua suo subsunt dominio.*
- 3 *Inventus in fundo alieno Thesaurus, qui dividatur.*
- 4 *Cassiodori locus.*
- 5 *Heigij, ac Sixtini concertatio providissimè ab Auctore composita.*
- 6 *L.un. C.de Thesaur. lux affusa.*

**Thesaurum querere in alieno fundo an liceat, permittente Principe, & renuente Domino loci.**

## C A P. X X I.

**P**RÆCEDENTI Capite, brevi calamo retuli, ad perscrutandum Thesaurum jam non esse necessariò à Principe impetrandam licentiam; sed cuilibet in locis suis licere abditas opes detegere. Nunc investigandum nobis est, an idem licet in fundo alieno, accedēte licentia, ac consensu Principis; sed Domino fundi relunctante?

Huic ambiguitati respondendum est, quod quoties adest Principis licentia, liceat in alie-

no fundo etiam invito Domino  
Thesaurum perscrutari: Quip-  
pe cum Princeps sit dominus  
rerum omnium, quæ suo sub-  
sunt imperio, potest cuilibet  
agros fodiendi facultatem in-  
dulgere causa inveniendi The-  
sauros: Qui si reperiat, dimidiaz  
Thesauri partis dominus effi-  
cietur: alteram verò dimidiā  
dominus soli vindicabit, juxta  
dispositionem text, *in l. unic. C.  
de Thesaur. lib. 10.* & ibi Ama-  
ya num. 36. Toletanus Lucern.  
*in lib. 1. eod. tit. 15.* Sixtinus de  
Regalib. *lib. 2. cap. 21.*

Id quidem licere cuicum-  
que, Principis præcedente per-  
missu, conjicitur, ac detegitur  
quoque viguisse apud priscos,  
ut locuples est testimonium.

**4** Cassiodorus *lib. 4. Variar. cap.  
34.* ubi retulit, Dudæ Sajoni  
Theodoricum Italiz Regem,  
jus Thesauri investigandi con-  
cessisse. Cassiodori verba hic  
attexere haud tñdeat, affatur  
porrò relato loco hocce modo:  
*Atque ideo moderata iussione  
decernimus, ut ad illum locum,  
in quo latere plurima suggerū-  
tur, sub publica testificatione  
convenias: & si aurum, ut di-  
citur, vel argentum fuerit tua  
indagatione detectum, compé-  
dio publico fideliter vindica-  
bis. Ex quibus aperte apparet  
posse Principem ad Thesauros  
perquirendos in alienis locis  
indulgere rescriptum; & qui*

hujusmodi fuit adeptus licen-  
tiam, si inveniat Thesaurum,  
vindicabit partem, quam si do-  
mini fundi consensus adesset,  
nancisci debuerat. Et hanc opi-  
nionem amplectitur Heigius *5*  
*lib. 1. Quæst. jur. quæst. 13. num.  
57.* licet contrariam sectentur  
Sixtinus de Regalib. *lib. 2. cap.  
21. num. 24.* Bitschius opuscul.  
*de Thesaur. cap. 4. §. 68. part. i.*  
Moventur eò quia asseverant  
hoc obluctari textui *in l. unic.  
C. de Thesaur.* Ubi Leo Impe-  
rator prohibet expresse nè am-  
plius pro hujusmodi licentia  
supplicetur: Ideoque nec vale-  
bit rescriptum, quod pro hac  
licentia consequutum est. Cui  
respondeatur, quòd si inspici-  
amus legis illius dispositionem,  
certum quidem est, neminem  
posse tale impetrare rescri-  
ptum ad effodiendos Thesa-  
uros in alienis fundis latentes:  
quos si renuente domino loci,  
reperiat, totos deperdit, eosque  
loci dominus nanciscitur, & in-  
ventor tanquam saluberrimæ  
legis temerator coeretur, ut  
Imperator ipse decernit *in di-  
cta l. unic.* ibi: *Quòd si nobis  
super hoc aliquis crediderit es-  
se supplicandum, aut præter  
bujus legis tenorem in alieno  
loco Thesaurum scrutatus in-  
venierit, totum hoc locorum do-  
mino reddere compellatur, &  
uelut temerator legis saluber-  
rimæ puniatur. Id enim inspe-*

R. Cto

# 130 Don Leonardii Gutiérrez de la Huerta

Eto juris rigore procedit, & hic est sensus hujus unicæ Constitutionis: quo in casu est verissima opinio Sixtini, ac Bitschii, quam etiam amplector. Sed si daretur, quod quis Principi supplicationem exhibeat, ut largiatur assensum ad perscrutandos Thesauros in agris alienis, dominis obiectantibus, & Princeps haud obstante dispositione textus *in praallegata l.unica*, quærendi licentiam indulgeat pétenti, mihi videatur posse Thesaurum quærere absque timore poenæ prædictæ legis; quoniam tunc Princeps censetur dispensare. Sed etiam annexendum est de jure totū Thesaurum deberi domino loci, seu fundi, ut præcipitur in *l.unic.* (*de Thesaur.* Quippe his inspectis inter Thesauri causas remotas permissioni domini expressæ locum dandum putavit Bitschius *cap.4. §.70. part.1.* Quoniam absque ea, ut scitè prosequitur Bitschius, nullum emolumentum ex Thesauri investigatione ad inventorem redundaret, ne quidem ad quærendum, inveniendumque operam daret.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Varia lectiones Textus in l.unic. C.de Thesaur. examinata.*
- 2 *An liceat unicuique in alieno fundo, domino annuente,*

- 3 *Thefaurum querere, & eo invento, parte dimidiauti.*
- 4 *Rei sua unusquisque moderatur, & arbiter.*
- 5 *L.Vendor, 14. §. Si constat, ff. Comm.prædiorum, examinatur.*
- 6 *Cum lex est ambigua, ea potius assumenda est interpretatio, quæ vitio careat.*
- 7 *Lectio d.l.unicæ, &c. fusiæ expensa.*
- 8 *Particula NEC, sapè pro NON usurpata à Jurisperitis.*
- 9 *Ovidii loci enucleati.*
- 10 *L.i. ff. Quod quisque jur. denudata.*
- 11 *L.Si mulier, 21. §. Si dos, ff. Quod met.causa, explanata.*
- 12 *L.Ex causa, 15. ff.de Re milit. considerata.*
- 13 *L.Si bona fidei, 52. ff.de Petit.hæredit. elucidata*
- 14 *Obrectiani MS. fides ad intellectum d.l.unic.*
- 15 *In prohibitis, etiam si dominus permittat, nulla est promissio.*
- 16 *Non licet etiam cum consensu, & voluntate domini in alieno fundo, nostro nomine, Thesaurum querere. Receptior sententia.*
- 17 *Theseos columnæ.*
- 18 *L.unicæ, C.de Thesaur. verba per pensa.*
- 19 *Vera lectio d.l.un. C.de Thes.*
- 20 *In-*

- 20 Inveniens Thesaurum in alieno fundo sive domino annuente, sive renuente, vel nesciente, illum integrum ei reddere debet.
- 21 Inveniens Thesaurū in alieno fundo, etiam obtentā à domino facultate, ut legis temerator puniendus.
- 22 A domino fundi Thesaurum consulto inveniente, illum que lucrante, num liceat progredi arguendo ad eum, qui Thesaurum inveniat, domino consentiente.
- 23 Ratio, cur denegetur pars Thesauri ei, qui illum in fundo alieno inveniat, haud renuente domino, non satis obvia.
- 24 Nulla congruēti ratione fulciri placitum de non tribuēda portione Thesauri illum invenienti in fundo alieno, domini accedente consensu, putat Valascus.
- 25 Cujacius literam textus d.l. unicæ, corruptam suspicatur.
- 26 Barbosæ, Fabri, &c. conjecturales rationes ad intellectū d.l.un.
- 27 Fodiens in alieno fundo Thesaurum sine licentia domini, actione injuriarum teneatur.
- 28 Amayæ, & Antuñez censura rationum Barbosæ, Fabri, &c. aliorum.
- 29 Genuinaria ratio, cur denegetur pars Thesauri ei, qui illum in fundo alieno inveniat, haud renuente domino.
- 30 Refrenāda est cupiditas eorum, qui propriis neglectis, alienis inhiant.
- 31 Permissio quarēdi, haud trāfert dominium Thesauri inventi, &c. cur.
- 32 Inventum Thesaurum, à quocumque inveniatur, lex defert domino fundi.
- 33 Thesaurus inventus in fundo alieno, data opera, spectat ad dominum fundi.
- 34 Publici metallarii nequeunt Thesauros querere in fundo alieno, dominis invitatis.
- 35 De Thesauro invento in fundo alieno, domino non consentiente, nihil Fisco debetur.
- 36 Theseos ampliatio?
- 37 Bella hypothesis à Bartolo proposita.
- 38 Quando Thesaurus dicatur inventus, domino volente, Chassanæo.
- 39 Thesaurus inventus in fundo alieno, domino volente, totus est inventoris, Návarro.
- 40 Fundi dominus non potest cōsentire, ut extraneus Thesaurum inibi conditum perquirat, Valasco.
- 41 Data opera Thesaurum perquirens in alieno fundo, etiam domino volente, aut ignorantie, extra-ordinem,

- Ex iudicis arbitrio puniendus.*
- 42 *Ex sola inquisitione non subjicitur pœna imposta contra perquirentes Thesauros in fundo alieno perquairens, sed requiritur, ut reapse invenerit.*

Thesaurum quærere in fundo alieno cum Domini consensu, ac voluntate, an liceat alicui, & sic eum pro parte dimidia retinere?

## C A P. XXII.

**H**UJUS porrò Capitis decisio, ex intelligentia textus in l. unic. C. de Thesaur. pēdet, ubi eximia exsurgit ambiguitas, tum ex concisa, tum ex ancipiti, ac crepera loquutio- ne Leonis Imperatoris in illa Constitutione: quæ in verbis illis invenitur: *In alienis verò terrulis nemo audeat, invitis, immo nec volentibus, vel ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari.* Quò lectio- nis occurrit diversitas, quæ dubitationem istam admodū fovert. Siquidem aliqui pro illis verbis: *Immo nec volentibus, IMO NON VOLENTIBUS, legē-* 2 dum augurantur. Hi omnes

affirmativam sententiam amplecti videntur; quamquam id non asserant satis expressè: videlicet, Licere unicuique in alieno fundo cum domini cōsensu, ac voluntate Thesaurū quærere, & sic invento, pro parte dimidia uti, cui opinio ni se subscriptibit Bitschius opuscul. de Thesaur. cap. 4. §. 60. part. I. Petrus Faber in l. 3. ff. de Regul. jur. Cujacius in Paratit. ad lib. 10. C. tit. 15. Connamus lib. 3. Comment. jur. civil. cap. 4. num. 1. & notant quoque Charondas, Contius, Ama- ya in l. unic. C. de Thesaur. Gutierrez lib. 4. Practic. quest. 36. Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. Zieglerus lib. 2. de Jur. majestat. cap. 20. Barbosa in l. Divortio, 8. §. Si fundum, ff. Solut. matrim. ac Gothofredus in suis editionibus ad marginem dict. legis unic. C. de Thesauris.

Hæc quidem opinio fulciatur quadam regula generali, qua habetur, Quemlibet rerū suarum esse moderatorem, & arbitrum, juxta dispositionem text. in l. 21. C. Mandat. Comprobatur quoque ex Sacra-Pa- gina, auctoritate Euangelistæ Matthæi cap. 20. vers. 14. ibi: *Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? Cum cuilibet rebus suis abuti per-* 3 *mi-*

mittatur per text.in l.25. §.1.  
ff.de *Petit hāredit.* Neque solū  
rebus suis abuti, verū etiā ani-  
mo derelinquēdi-eas projicere  
cuilibet permisit J.C.Ulpianus  
in l.*Falsus creditor*, 44. §. Si  
quis spontē, ff.de *Furt.* & Pōpo-  
nius in l. *Si id, quod, 5.* ff.*Pro*  
*derelict.* & Imperator Justinia-  
nus in §. *Hoc amplius. Institut.*  
*de Rer.divis.*

Hoc enim generaliter con-  
stituto legum conditores, ni-  
mioperè huic favent opinamē-  
to: Ast quod magis, ac ferè in  
specie idem placitum fovet, est  
quædam Ulpiani opinio in l.  
*Vendor*, 14. §. *Si constat. ff.*  
*Commun. prædior.* ubi sic lo-  
quitur: *Si constat in tuo agro*  
*lapidicinas esse; in vito te, nec*  
*privato, nec publico nomine,*  
*quisquam lapides indē cadere*  
*potest, cui id faciendi jus non*  
*est: nisi talis consuetudo in illis*  
*lapidicinis constat, ut si quis*  
*voluerit ex his cadere, non ali-*  
*ter hoc faciat, nisi prius soli-*  
*tum pro hoc salarium domino*  
*præstet. Itā tamen lapides ca-*  
*dere debet postquam satisfecit*  
*domino: ut neque usus necssa-*  
*rii lapidis intercludatur, ne-*  
*que commoditas rei jure do-*  
*mino adimatur. Ex quibus ver-*  
*bis clarè elicitur, dominum*  
*agri posse concedere permis-*  
*sum alicui quærendi lapidici-*  
*nas. Ergo eandem ob rationem*  
*potest permittere cuilibet fa-*

cultatem inveniendi Thesau-  
ros, ac vastandi agros.

Nec ut suspicatur Bitschius  
cap.4. §.61. part. I. ulla idonea  
potest afferri ratio; quare quis  
cum domini voluntate in alie-  
no fundo Thesaurum proprio  
nomine querere prohibetur,  
ut retulit quoque Valascus de  
*Jure emphyteutic.* quest. 15. n. 7.  
Unde cum ratio sic constituē-  
di nulla inveniri possit, Bit-  
schius auguratur potius, sic cō-  
stitutum non esse, quām sic cō-  
stitutum irrationaliter; vel  
saltem, ut alii molliūs affantur,  
mirabiliter. Quippe in ancipi-  
ti, ac ambigua voce legis, ea  
potiūs assumenda est interpre-  
tatio, quæ vitio careat: præci-  
pue cum voluntas quoque le-  
gis ex hoc colligi possit, ut do-  
cuit Jurisconsultus Celsus in  
l.19. ff.de *Legib.*

Ast lex nostra nusquam 6  
disertè dicit, ut nemo audeat  
in alienis terrulis sive invito,  
sive volente domino, aut igno-  
rante, opes abditas, nomine  
suo, perscrutari. Tantūm abest,  
juxta sententiam Bitschii, ut  
verbis in ipsum loci dominū  
directis dicat: nec dominus  
audeat in suis terrulis alteri  
proprio nomine perscrutandi  
facultatem, potestatemve face-  
re. Quod nec ex omissa distin-  
ctione firmiter potest conclu-  
di. Siquidē cum justa dubitā-  
di, adeoque & distinctionem  
illam

illam ultrò subintelle&tam ad-  
jiciendi causa non fuerit: Vel  
etiam ex ipsis legis verbis quo-  
cumque modo conceptis evin-  
ci. Quocirca si in eadem *l.unica*, *C.de Thesaur.* legamus *nō volentibus*, sive prætermisso,  
*id est*; sive præmisso *imò*, illa  
particula *NON*, haud manife-  
stè ad prædicatum *audeat*: sed  
ad nomen *volens* potius attine-  
bit; itaut non volentem signi-  
ficet ( si quidem præcedat *τοῦ*,  
*ideſt* ) invitum generaliter di-  
ctum; vel tam *ἄκιντα*, nolen-  
tem, invitumque propriè di-  
ctum, in quo posito contrariæ  
voluntatis adest, quam *ἀχέκοντα*,  
non volentem, in quo simpli-  
citer voluntatis abnegatio spe-  
ctatur, secundùm Cujacii pla-  
citum. Aut si *τοῦ imò* præcedat  
in specie *τὸν ἀχέκοντα*, eum, qui  
minimè vult; sive cuius non  
adest voluntas.

**7** Et quamvis communiorem  
lectionem amplectamur, vide-  
licet *imò nec volentibus*, Bitschius idem asseverat nullum  
esse in lectione periculum,  
quoniam particulam *nec*, tam  
à veteribus, quam à Jurisperi-  
tis pro *non persæpè usurpatum*  
fuisse nititur comprobare. Qui  
porrò Bitschii opinamento ad-  
modum favent Festus *in verbo Nec*: Brissonius *de Verb si- gnif.* lib. 12. Gothofredus *ad Leg.duod.tabul.tit.24.* Zinzer-  
ling. *in Criticor. juvenil. pro-*

*mulſid.cap.23.* Hoc asserēdum  
in *l.unica*, idem esse *imò nec volentibus*, ac si diceretur, *imò non volentibus*: præsertim cum  
particula, *nec*, pleno significatu  
pro *εγ*, & *non* resolvatur. Haud  
necessè est illud *non* ad verbū  
audeat referre: *Imò εγ volen- tibus dominis non audeat*, sive  
*Volentibus dominis nemo au- deat*. Sed potest peræquè ad  
nomen *volentibus* applicari;  
scilicet *Imò εγ non volentibus*,  
*vel ignorantibus dominis, nemo au- deat*. Hic ipse loquendi mo- 8  
dus, seu particulæ *Nec* resolu-  
tio in *Et invenitur apud Pro- pertium lib.2.eleg.28.*

*Vobiscum est Jope, vobiscū candida Tyro,*  
*Vobiscum Europe, nec pro- ba Pasiphae.*

Nimirum, *Vobiscum est Jope*,  
*est εγ formosa Tyro*, *est vobis- cum Europe*, *est εγ improba Pasiphae*, ut interpretatur Sil-  
vius in notis ad illum Proper-  
tii locum. Simillimam fermè  
particulæ *Nec* in *Non* resolu-  
tionē cōperio apud mellifluū  
Ovidium *lib.3. de Art.amand.*

*Anguibus exuitur tenuicū pelle vetustas:*

*Nec faciunt cervos cornua jacta senes.*

Nimirum, *Nec cornua amissa efficiunt Cervos senes*, prout  
interpretatur Crispinus He-  
lvetius in notis ad eundē Ovi-  
diū: seu, ut opinatur Bitschius,  
ſyre

sive jactis cornibus cervi sene-  
ctutem amittunt, & rejuvene-  
scunt: non autem & cornua  
jacta non faciunt cervos senes.  
Ipsissimum loquendi modum  
eruimus ex eodem Sulmonē:  
si dict. lib. 3. de Arte amād. ibi:

9 *Ora nec immunda manè la-  
vabis aqua.*

Hoc est, lavabis ora manè  
aqua non immunda. Id non  
solùm bonarum literarum pro-  
fessorum auctoritate compro-  
bare quimus; verùm etiam in-  
jure nostro apud Jurisperitos,  
legumque conditores passim  
invenimus, ut est apud Juris-  
consultum Ulpianum in l.i. §.

10 *Hac autem verba, in fin. ff.*

*Quod quifq. jur. in alium, ibi:*  
*Nec est ulla sententia putari  
edictum putamus. Tanquam si  
dixerit sententia non est ulla,  
seu sententia est non ulla,  
sive nulla. Sic quoque loquu-  
tus fuit Iurisconsultus Paulus*

11 in l. *Si mulier, 21. §. Si dos, ff.*

*Quod met. caus. illis verbis:*  
*Nec talem promissionem dotis  
ullam esse. Scilicet talem dotis  
promissionem factam metu nō  
ullam esse, seu nullam Eodem  
modo loquitur idem Juriscon-  
sultus in l. *Ex causa, 15. ff. de  
Re militar. ibi: Neque deser-  
torem fuisse apparuerit. Nem-  
pe si apparuerit non fuisse de-  
sertorem, ut vult Curtius lib. i.  
Conject. ad Vivid. cap. 17. His  
adductis Jurisconsultorum lo-**

cis, similis est alias Papiniani 13  
in l. *Sibona fidei possessori 52 ff.*  
de Petit. heredit. ibi: *Quid enim  
si possessor hereditatis negligat?  
quod nihil se juris habere sciat.*  
Id est si nesciat se quicquam ju-  
ris habere, ut videtur Cūsatio  
lib. 3. *Quest. Papinian. in eius-  
dem lege.*

His omnibus admodum suf-  
fragantur verba sequētiā præ-  
dictæ legis unica, VEL IGNOR-  
ANTIBUS: quæ ad priorē il-  
lū intellectū parūm equidēm  
quadrant. Cum potius dicen-  
dum fuisset *Nec ignorantibus*,  
ut in quodam Obrechtiano  
manuscripto Codice legi atte-  
statur Bitschius. Ast omissa par-  
ticula vel, ita potius legendum  
erat, *Imò nec ignorantibus, nec,*  
*aut certè, vel volentibus*, ut sic  
gradatim assurgeret oratio.  
Ideoque verba illa ad posterio-  
rem sensum nimioperè qua-  
drant; ut legendum sit, *nemo  
audeat invitis*, hoc est prohibi-  
tentibus, imò, quod plus est,  
*non volentibus*, hoc est, nec  
prohibentibus, nec non prohibi-  
tentibus, dummodò non per-  
mittentibus, sive non consenti-  
entibus. *Vel* ( id est sive, quā-  
quam etiam propriè accipere  
possit) *ignorantibus dominis,*  
*abditas opes in alienis terrulis*  
*perscrutari. Sic enim intelligit*  
*textum in dicta l. unic. C. de*  
*Thesaur. Bitschius cap. 4. §. 66.*  
*part. 1. Concludens §. 67. quod*

Im-

# 136 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

Imperator ibi decernat, ut nemini liceat in alienis agris, seu terris invito, aut saltē nō permittente, vel ignorāte domino, Thesaurum quærere. Ex cuius sanè legis illius intellectu, utēs argumento à contrario sensu, infert: Ergo permittente, aut consentiente domino, licebit in locis alienis abditos perscrutari Thesauros.

14 Sed his omnibus neutiquam reluctantibus, contraria opinio verior, ac sequenda est: nempe, quod non liceat nobis, etiam cum consensu, & volūtate domini, in alieno fundo, nostro nomine, Thesaurum quærere: Quam equidem opinionem sequuntur, atque amplexantur plures Doctores; eamque communi suffragio scribentium receptam, dicit Bitschius, licet non sequatur: itaut, quamquam Thesaurus hoc modo cum domini voluntate inveniatur, inventor non potest retinere dimidiā partem. Hanc nostram sententiā tenent Accursius in *l.unic.* C. de *Thefaur.* Gomez in *l.45.Tauri.* num. 51. Forcatulus *Necymant.* dialog. 56. n. 5. Villalobos *Summ.liter.I.* num. 112. Faber in §. *Thefauros.* Institut. de Rer. divis. Ulpianus ad Farnac. in *quast. 104.inspect. I.n.1.* ubi asserit, hujusmodi inventorem, non solum non acquirere Thesaurum, verū Judi-

cis arbitrio extra-ordinem coerceri. Guidius lib. 3. de *Minalib.* tit. 10. num. 10. quast. 6. Bartolus, & Platea in *l.unic.* C. de *Thefaur.* ubi dicunt, non posse aliquem dare licentiam querendi Thesaurum in fundo suo, quia in prohibitis, licet 15 dominus consentiat, non permittitur. Cantiuncula in *Paraphras.* dict. loc. Bursattus consil. 209. num. 3. lib. 2. Sixtinus de *Regalib.* cap. 21. n. 26. Et 28. lib. 2. Ossualdus ad *Donellum* lib. 4. cap. 14. lit. D. Lagus in *Method.jur. civil. part. 2.* cap. 28. n. 7. Schneidevinus in §. *Thefauros, Institut. de Rer. divis.* Antunez de *Donas.* cap. 13. nu. 12. part. 3. Valascus de *Emphyteus.* q. 15. num. 7. Amaya in *l.unic.* n. 36. C. de *Thefaur.* lib. 10.

Hujus equidem conclusio- 16 nis fundamen nititur expressis verbis textus in dicta *l.unic.* C. de *Thefaur.* ibi: In alienis verò terrulis nemo audeat invitatis, nec volentibus, vel ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari. Quæ 17 verba interpretantur, prout cuivis prima facie interpretanda videntur, scilicet, imò, ne, quidem volentibus, in alienis terrulis nemo audeat invitatis dominis: imò nec etiam volentibus iisdem, vel etiam ignorantibus, opes abditas suo nomine investigare. Hæc porrò predicti textus est lectio ferè vul-

vulgata, in qua: *I mō nec volentib⁹*, habetur; & legitur quoque nō solūm in plerisque editionibus; sed etiam in quatuor Codicib⁹ Obrechtianis manuscriptis; nec non absque ulla dversitatis nota in Russardiana editione attestante Bitschio: quāquā *I mō nō volētib⁹*, ediderat Holoander, quē approbat Cujacius in notis ad *l.unic.C.de Thesaur.* Ast abusum eum dicit veteribus libris nostrorum temporum vitio Antonius Augustinus *lib.1.Emendat.cap.2.in fine.*

- 20 Unde ex litera textus apparet, inventorem Thesauri in alieno fundo, tum absque domini voluntate, tum adveniente consensu, si data opera quærat, & inveniat, totum Thesaurum compellitur reddere domino fundi, nec ratione invētionis aliquid prætendere potest: imò tanquam legis temerator pœnis arbitrariis punietur: *Balduin.in s.Thesauros, Institut.de Rer.divis. Barbosa in l.8 §. Si fundum, num.39. ff. Solut.matrimon.Farinac.quest. 104.num.4. Mastrillps lib.3.de Magistr.cap.10.nu.320. Amaya in l.unic.num.36.C.de Thesaur. Gutierrez lib.4. Practic. quest.36. Ziegler.lib.2.de Jur. Majestat.cap.20.Sixtin.de Regalib.cap.fin.lib.2.Montan.verfic.Dimidsum Thesauri. Diana tom.6.tractat.6. Calvin.de*

*Æquitat.lib.2.cap.94. Guidius lib.3.de Mineralib.tit.10. Qua ex re eximia suboritur, ac cre- 22 pera dubitatio, cur si fūdi dominus, data opera, inveniat Thesaurum, eumque totū lucretur: quare ne idem dicendum de inventore, qui in alieno fundo data opera cum domini consensu Thesaurum invenit, non debeat ejus dimidiam partem acquirere? cum rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter: text. in l.In remandata, (Mandat.*

Quapropter valdè torquē- 23 tur Doctores in indaganda ratione, quare in dicta *l.unica*, pars Thesauri diffiteatur ei, qui in alieno fundo, de licentia, & consensu domini Thesaurū invenit? Tanta profecto hæc 24 ratio ambiguitate pollet, ut *Vallascus de Jur.emphyt. quest.15. num.7.* asseveret nullam congruentem invenire posse rationem. Cujacius in dicta *l.unica*, literam textus corruptam sus- 25 picatur, eumque reprobat Barbosa in *l.Divortio*, 8. §. Si 26 fundum, num.40. ff. *Solut. matrimon. ubi*, num.41. tres casus constituit, nimirum ita cautum fuisse, quoniam Thesauri invētio ex se incertissima est, in qua homines vanē se exercent. Quippe icum Thesauri inven- 27 tio dicatur donum Fortunæ ad cohibendam hanc hominum cupiditatem effodiendi agros alienos; constitutum fuit, ut in-

## 138 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

ventor Thesauri, etiam domini accedente consensu, nihil assequeretur, ut sic sciens se nihil utilitatis reportaturum ex inventione à predicta temeritate, ac cupiditate facilius se abstineret. Nè homines causa quærendi Thesauros culturam agrorum relinquant, &c ad malas addiscendas artes invitentur, juxta illud text. in l. *Culpa*, C. de *Malefic.* & *math.* siquidē ut ex Soccino refert Guidius lib. 3. tit. 10. de *Mineralib.* q. 6. num. 10. non est nobis permisum in alieno fodiendo, ac ligonizando, etiam cum domini licentia, quærere abditas opes. Hoc si cum voluntate domini

128. quærar; sin autem absque permisso illius, domino actione injuriarum tenetur, text. in l. *Injuriarum*, §. *Si quis*, ff. de *Injuriis*; cum hoc à Principe impetrare nequeat: Guidius *ubi supra*. Sed Joannes Faber in §. *Tbesauros*. *Institut. de Rer. divisi. Platea* in l. *unic.* num. 5.

C. de *Tbesaur.* Balduinus in d. §. *Tbesauros*, num. 15. Gomez in l. 45. num. 51. Forcatulus dialog. 56. num. 5. existimant ideo ita caurum fuisse, quod publicè intersit, absque justa causa agros effosione nentiquā devastari, neve in perquirēndis Thesauris cultura desereretur agrorum, quæ prorsus impediretur, si in vana Thesauri perscrutacione tempus consume-

retur; quod summi operè Rei publicæ interest, necessariumque est. *Herrera de Agricultur.* in prolog. Pichard. disputat. de *Nobilitat.* num. 74. Gregorius lib. 40. *Syntagmat. jur. cap. fin.* num. 1.

Ast Amaya in l. *unic.* num. 39. C. de *Tbesaur.* hujusmodi ratione tam in propriis, quam in alienis agris militare affirmavit, existimans hanc rationem nusquam verbis legi cōvenire; neque solvere difficultatem, ut retulit quoque Antunez de *Donat.* part. 3. cap. 13. num. 12. qui ferè se Amayæ opinioni subscribit. Est enim genuina ratio, quam uterque 29 amplexatur, scilicet ut verum sit Imperatorem Leonem mīmè vetuisse quemlibet posse in alieno fundo de licentia domini Thesaurum perscrutari; sed decrevit Leo, ut quamvis inventor Thesaurum cum permisso domini in fundo alieno inveniat; non per hoc fit dominus Thesauri inventi; sed cogitur eum totum reddere, nec minimam partem retinere potest, eo prætextu, ut cum domini licentia quæsierit, ita ut concessio domini nihil Thesauri inventori proficit, ad hoc ut eum nanciscatur.

Hujus rationis ratio exhausta ex litera textus in dicta l. *unic.* C. de *Tbesaur.* & propriè ex illis verbis: Ita eveniet,

*ut unusquisque suis fruatur, & non inhibet alienis. Siquidē consonum rationi censuit Imperator compescere licentiam eorum, qui rebus propriis spretis, nimia cupiditate aliena appeterent, juxta tradita per l. 2. C. T. bedos. de Thesaur. Quippe cum scirent, quod quamvis alieni fundi dominus licentiā daret, neutquam ex hoc adversus eum jus aliquod nancisceretur inventor, quia permissio quārendi nequit transferre dominium aliquod Thesauri, secundūm dispositionem textus in l. Traditio, 20. ff. de Acquirend. rer. domin. Cum Thesaurus ante inventionem, & apprehensionem non sit in bonis alicujus, text. in l. Nunquam, ff. de Acquirend. rerum domin. Nam, ut Amaya idem subjungit exemplō, postquam scrutator Thesaurum invenit, lex illum domino fundi detulit, non obstante cōcessione licentiae ab eo facta, quæ in legis præjudicium nihil operari potest: imo inventorem, prout legis temeratorem coerct, ac punit, ut referunt Mastrillus lib. 3. de Magistrat. cap. 10. num. 320. Balduinus in §. Thesauros, num. 15. Institut. de rer. divis. Vulpinius ad Farinac. q. 104. inspect. 1. num. 1. Amaya in dicta l. unic. num. 40. C. de Thesaur. Cujus rationem probat Antunez de Donation.*

*part. 3. cap. 13. num. 13.*

*Ex dictis collige, Thesaurum inventum in fūdo alieno, data opera, ad dominum fundi, non ad inventorem spectare: textus expressus in l. unic. & ibi Bartolus, Baldus, Penna, & Amaya, C. de Thesaur. & Platea num. 6. versic. Similiter. Ubi publicos metallarios in fundis alienis non posse, invitatis dominis, Thesauros quārere, afferit Gloss. in l. cuncti, C. de Metallar. lib. 1 i. & ibi Platea ante num. 1. versf. Et nota, & versf. Sed melior est ratio. Ubi amplius, quod de isto Thesauro invento in fundo alieno nihil Fisco debetur, Roman. sing. 617. Regula est, quod rem alienam, item Gloss. in §. Thesauros, in verb. Non data ad hoc opera, Institut. de Rer. divis. & ibi Aret. ante num. 1 versic. Secus si data opera id fecit, & in 3. notab. Mynsinger. num. 3. in fine, & num. 8. Gramm. n. 4. & Nicas. num. 5. Pract. Papien. versic. Si verò data ad hoc opera. Covarr. in reg. Peccatum, part. 3. §. 2. num. 2. de Regul. jur. in 6. Ubi testatur de receptissima, & probatissima opinione, Chassan. in Consuetud. Burgund. in rub. Des justices, in verbo Exp̄aves, num. 17. versic. Aut verò invenit data ad hoc opera, fol. mihi 22. column. 4. in fine. Villalob. in Commun. opinion. lit. T. versic. Thesau-*

## 140 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

*rus, num. 112.* ubi de communi:  
ni: Gomez *in l. Tauri, 45. n. 51.*  
*in 2. concl. versic.* Si verò data  
ad hoc opera. Menoch. de Pra-  
sumpt. lib. 5. *præsumpt.* 30. *nu. 7.*  
ubi, quòd hæc conclusio est ab  
omnibus recepta, Bursar. *conf.*  
209. *num. 3. versic.* Ac si data  
opera, lib. 2. ubi de communi,  
Navarrus *in Manual. confess.*  
*cap. 17. num. 172.* Sed si data  
opera, Valasc. de Jure emphyt.  
*cap. 15. num. 1. in fine,* ubi, quòd  
est communis doctrina.

36 Procedit autem hæc con-  
clusio, ut nedum invito domi-  
no, sed nec etiam eo ignoran-  
te, aut volente, possit quis in  
alieno solo Thesaurum per-  
quirere; Guidius lib. 3. de Mi-  
neralib. tit. 10. quæst. 6. *num. 10.*  
Et si sic perquiendo fuerit in-  
ventus, spectat ad ipsum do-  
minum, & non ad inventorem,  
*text. in dicta l. i. C. de Thesaur.*  
lib. 10. *in illis verbis:* Inò nec  
volentibus, vel ignorantibus  
dominis: & ibi Glos. *in verbo,*  
*Volentibus, & Bartol.* *num. 6.*  
*versic.* Circa tertium: ubi pro-  
37 pterea dicit notandum casum,  
in quo dominus non potest  
permittre in suo, ut quis ope-  
retur, ad effectum, ut acqui-  
sat proprio operantis nomine,  
sed benè poterit permittere,  
ut alter operetur, & Thesau-  
rum quærat nomine ipsius do-  
mini, & ad ipsius utilitatem.  
Quod & idem voluit Bald. *in*

*princip. in ver.* Etiam si ejus  
voluntate sit data inventioni  
opera, & *num. 4. & 5.* Angel.  
*num. 2. versic.* In alieno verò,  
non suo nomine. Luc. de Penn.  
*in princip. versic.* Imò nec volé-  
tibus, & *num. 16. in fine,* vers.  
Post gloss. Platea *in princip. ver.*  
Tertio statuit, & ver. In suo lo-  
co, & c. & *num. 4. in princ.* &  
*in versic.* Item secus si non no-  
mine suo, sed alieno, ubi pari-  
ter benè declarat, & *num. 5.*  
Nicas. *in §. T hesauros, num. 4.*  
*versic.* Si nihilominus. Instituc.  
de Rer. divisi. & ibidem *num. 5.*  
Chassan. *in Consuetud.* Bur-  
gund. *in rub.* Des iustices, *in*  
*verb.* Expaves, *num. 17. versic.*  
Aut verò invenit data ad hoc  
opera, fol. mihi 22. colum. 4. *in*  
*fine.* Ubi runc Thesaurum di- 38  
cit inventum, domino volen-  
te, quando quis illum invenit  
uti mercenarius ad hoc con-  
ductus, Villalob. *in commun.*  
*opin. lit. T. versic.* Thesaurus,  
*num. 112.* ubi de communi,  
Gomez *in l. Tauri, 45. num. 51.*  
*in 2. conclus.* ubi de communi.  
Ubi reddit rationem hujus cō-  
clusionis ex Fabro, & Platea  
*in locis per eum citatis.* Pere-  
grin. de Jure Fisci, lib. 4. tit. 2.  
rubr. de Thesaur. & metall. nu.  
5. *in 4. concl.* Ex quibus sine  
dubio apparet, ita communi-  
ter à Doctoribus receptum es-  
se; quamvis Navarrus *in suo*  
*Manual. confess.* *cap. 17. num.*

172. *versic.* Sed si data opera affirmaverit, Thesaurum inventum in fundo alieno, domino volente, totum ad invento-  
rem spectare. Sed pro hac sua opinione nihil allegat, & ad præmissa vide Valasc. *in tractat. de Jure emphyt.* quæst. 15. num. 3 juncto num. 7. ubi juxta communem mentem præcita- torum Doctorum, benè com- probat, dominum fundi non posse consentire, ut extraneus in fundo suo Thesaurum per quirat, & ipsi perquimenti ac quiratur: sed benè potest in eodem fundo famulos, & ope rarios ponere, ut illum perqui rant, & ipsi domino acquira- tur.

41 Imò data opera Thesaurum perquirens in alieno fundo, etiam domino volente, aut ignorantie, extra ordinem, & Judicis arbitrio puniendus est, *text. in dicta l. i. C. de Thesau- ris. lib. 10.* ibi: *Et velut tem- rator legis saluberrima punia- tur: & ibi Gloss. in verb. Legis.* Bartol. *in princ. versic.* *Quarto* puniuntur. Angel. *in addit. ad Bartol.* *ibidem lit. E. in ultima, additione in princ.* Bald. *ante num. 1. ver.* *Et qui impetraret.* Luc. *de Penn. in princ. versic.* *Quod si quis.* Platea *in princip. versic.* *Quarto* punit contrafa- cientem, & num. 4. & num. 8. *versic.* Item nota. Ubi, quòd 42 talis poenâ nō habet locum ex-

sola inquisitione, nisi etiam Thesaurus fuerit inventus, & num. 9. Valasc. *de Jure emphyt.* quæst. 15. num. 7.

## SUMMARIUM.

- 1 *Jus-naturale, sive gentium efficiens Thesauri causa.*
- 2 *S. Thesauros, Institut. de Rer. divisi. excussus.*
- 3 *Thesaurum inventum in fundo proprio, an Fiscus ri- tè vindicare possit.*
- 4 *Fiscalis calumnia legibus exosa.*
- 5 *Nervæ responsum, ad Ther- sin solvendam appositum.*
- 6 *Vti, & abutit propriis, à legi- bus concessum.*
- 7 *Thesauri causa proxima ef- ficiens Jus-civile.*
- 8 *Thesauri causa proxima effi- ciens ea Juris-civilis pars, qua ex Principum placitis dicit originem.*
- 9 *In plerisque causis fiscalibus, ac in Thesaurorum que- stione dissentientes fuisse Imperatorum sententias, do- cet Cujacius.*
- 10 *Varia variorum Cæsarum Constitutiones de Thesauris expense, collatae, compositæ.*
- 11 *Jura-naturalia semper firma, ac immutabilia permanent.*
- 12 *Distinguendum inter Jura- naturalia, & gentium, & inter naturalem rationem, suadentem, & quo pacto:*

## 142 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- accuratissima pensatio.
- 13 Naturalis ratio simpliciter, & absolutè absque obijce alterius naturalis rationis, alia est ab ea, qua secundum quid monet, & suadet.
- 14 Thesauri inventio in partes dissecta, ac exactissimè examinata.
- 15 Qua apud nos incerta, eadem haud per naturam rerum incerta.
- 16 In commissum cadunt pecunia, qua defodiuntur, ac se peliuntur: & cur.
- 17 Quinti Fabii Labeonis de finibus judicium.
- 18 Antigonus Thrasyllo Cynico argutè talentū, & denariū denegat.
- 19 Lepidum de Thesauro hinc à venditore, inde ab inventore petito, judicium.
- 20 Jus debet esse aquabile.
- 21 Jurisconsultum haud decet sine lege loqui.
- 22 Jura-civilia mutationibus obnoxia.

De Causa efficiente, remota, ac propinqua  
Thesauri.

### C A P. XXIII.

**C**um ea, quæ nullius sunt naturali ratione occupanti concedantur, ex text. in l. Quod in litore, 14 ff. de Ac-

quirend. rer. domin. text. in §. Insula, 22. Instit. de Rer. divis. Sequitur asserendū, jus naturale, sive gentium esse causam efficientem remotam Thesauri, ut apertè dignoscitur ex text. in §. Thesauros, & §. Singularum, Institut. de Rer. divis. Et idcircò Imperator Justinianus in prædicto §. Thesauros, Imperatorem Adrianū naturalem æquitatem sequutum asseverat: dum Thesauros inventos in loco, seu fūdo proprio, inventorι concessit. Unde si ejusmodi Thesaurum hoc modo inventum, Fiscus vindicet, optimi Principes justè calumniam rentur. Nimirum Constantinus in l. 1. C. Theodos. de Thesaur. per hæc verba: Ita tamen, ut citra inquietudinem questionis omnis Fiscalis calumnia conquiescat. Gratianus, Valentinianus, Theodosius in l. 2. C. Theodos. de Thesaur. ibi: Quisquis Thesauros, & condita ab ignotis dominis, tempore vetustiori monilia, quolibet casu repererit, sua vindicet potestati: neque calumnia formidinem, fiscali, aut privato nomine, ullis deferentibus pertimescat. Quod latè prosequitur, ac venustè exornat eruditissimus Gothofredus in prædictarum legum commentariis. Et idem decernit Imperator Leo in l. unic. C. de Thesaur.

Utque jus naturale gentiū

- magis eluceat, Thesauror ef-  
se causam efficientem remo-  
tani, afferam ad hujusce rei  
comprobationem Imperatoris  
Nerva responsum, cui Atticus  
Herodis pater locupleti adin-  
vento Thesauro Cæsari scri-  
psit dicendo: *Thesaurum do-  
mi mea, Imperator, reperi: quid  
de eo faciendum jubes?* Tunc  
Nerva rescripsit: *Vtere sis,  
qua invenisti.* Ast cum nec  
adhuc Atticus acquiesceret, &  
magnitudine inventi, se supe-  
6 rari iterum rescriberet Impe-  
ratori: *Abutere igitur inven-  
to, quod tuum est, rufus Cæ-  
sar respondit, ut attestantur  
Zonaras tom. 2. Annal. in Vit.  
Nerva. Lindebrogius in Eu-  
nuch. Terent. Phylostrat. de  
Vit. Sophist. lib. 2. in Vit. Attic.  
Bitschius de Thesaur. cap. 4.  
§. 75. part. 1. Arnifæus lib. 3. de  
Jurib. Majestat. cap. 6. num. 22.  
Ex quo satis lucide detegitur,  
naturali ratione, sive gentium  
jure, Thesauros acquiri inven-  
tori; & proinde eis inventor  
uti, abutique jure potest, ut  
dignoscitur quoque ex traditis  
Grotio lib. 2. de Jure bell. &  
pac. cap. 8. §. 7. in additionibus.  
7. Thesauri causa propria,   
seu proxima efficiens dicitur  
jus civile, & potissimum ea  
8 juris scripti species, quæ ex  
Principum placitis capeſſivit  
ortum, & Constitutionum no-  
mine venit, ut hauritur ex to-*

to titulo ff. de Constitut. prin-  
cip. & tit. C. de Legib. & con-  
stitut. princip. & edict. & aper-  
tiūs innotescit ex constitutio-  
ne Justiniani Imperatoris in  
§. Sed, 6. Institut. de Jur. natur.  
gent. & civil. Idcirkò rectè Cu-  
jaci lib. 9. observat. 37. in ple-  
risque causis fiscalibus, & in  
Thesaurorum quæſtione dif-  
ſentientes fuſſe Imperatorum  
ſententias: & ex Imperatorum  
libidine, arbitrioque rem hāc  
omnem semper pependiffe  
aſſeverat. Siquidēm quod ibi-  
dem adnotavit Cujacius, scri-  
psit Zonaras, Nervam Impe-  
ratorēm, Thesaurum prædio-  
rum dominis indulſit, haud  
quatenus inventoribus relu-  
ctantur, ut hunc locum inter-  
pretatus fuit Heningus Arnī-  
ſæus lib. 3. de Jur. Majestat.  
cap. 6. num. 22. Ast quatenus  
iidem inventores ſunt. Et ideò  
nil ab Alexandro Severo di-  
versum, constitutum fuit, aut  
usurpatum: dum Thesauros  
inventos repertoribus dedit,  
ut legimus apud Lampridium  
in Alexand. Sever. Cedrenum  
in Compend. histor. Ut & Zo-  
naras lib. 3. Nicephorūm ade-  
misſe, ſcilicet dominis prædio-  
rum, & inventoribus, Lampridi-  
dius in Vit. Alexand. Sever.  
Alexandrū ſi multi (aliás enim  
totos inventoribus Thesauros  
reliquit, ut dixi paulò ante.)  
inventi fuſſent, inventoribus

Officiales suos adjunxit se traditur. Spartanus in *Adrian.* ut Justinianus affatur in §. *The sauros.* *Institut. de Rer. divis.* Si quis in suo Thesaurum reperisset, totum domino: si in alieno, domino dimidium: si in publico, Fisco dimidium dedisse affirmavit. Cajus, ex quo id Justinianus decerpit citato loco; eundem, si quis in loco religioso invenisset, totum cōcessisse, Callistratus ait in l. 3. §. penult. ff. *de Jur. Fisc.* Fratres Imperatores nempe Marcum Aurelium Antoninum, & Verū Commodum Fisco dimidium dedere: quam constitutionem Federicus Imperator probavit in cap. unic. *Qua sint. regal.* Constantium Magnū, etiam si quis in suo invenisset Thesaurum, dimidium detulit Fisco, ut decrevit in l. 1. C. *Theodos. de Thesauris.* Gratianum, Valentinianum, & Theodosium, si quis in alieno reperisset, domino quadrantem reliquissim legimus in l. 2. (. *Theodos. de Thesaur.*

11 Licet jura naturalia semper firma, atque immutabilia permaneant, ut affirmat Imperator Justinianus in §. *Sed naturalia.* *Institut. de Jur. natural.* gent. & civil. Et quod gentiū est, idem & civile esse debeat, ut innuit Tullius lib. 3. *de Offic.*  
12 Secernendum tamen est primò inter jura naturalia, hoc est

inter præcepta juris naturalis, & gentium, sive ut Theophilus ibidem interpretatur, rāēdūna vīpūna, quæ quasi transiverunt in leges, cum in cit. §. constituta sunt, asseratur; seu quæ naturalis ratio inter homines omnes constituit, ut habetur quoque in §. *Sed jus quidem,* 2. *Institut. de Jur. natur.* gent. & civil. Nempe ut Deū religiosè colamus, parentibus, & patriæ pareamus; vim, atque injuriam propulsamus, juxta text. in l. 2. ff. *de Justit. & Jur.* Et inter naturalem rationem svadentem, de qua loquutus est Justinianus in princ. *Institut. de Nupt. & Diocletianus,* & Maximianus in l. *Propter insidias,* 14. C. *Qui accusar. non poss.* Quò congruè referri debent verba ejusdēmet Justiniani in §. *The sauros,* *Institut. de Rer. divis.* ibi: *Naturalē equitatem secutus.*

Deinde distinguendum 13 quoque est inter naturalem rationem simpliciter, & absolute absque obstaculo alterius naturalis rationis, quidquid svadentem: & eam, quæ secundum quid movere, ac svadet: vel cum iala ratione naturali contrarium svadente concurrit, & quasi confligit: ita ut ambigi possit, utra præpollat ratio; & utrum naturali rationi sit consentaneum magis, exemplo text. in l. 7. §. 7. ff. *de Ac-*

*quir.rer.domin.& l.9.§.2 ff.eod.  
text.in §.25. Institut. de Rer.  
divis.& §.34.eodem tit.* Certē

13 ut in Thesauro illud pro invē-  
tore ex naturali ratione addu-  
citur, quòd competentem do-  
minum Thesaurus amiserit,  
ita ut jam in nullius bonis esse  
dicatur, ut invenienti, seu oc-  
cupanti acquiratur, cum for-  
tunæ donum, rectiusve Dei  
beneficiū sit, quòd hic potiùs,  
quàm aliis invenerit, ut elici-  
tur ex *text.in l unic.C.de The-  
saur.* Ità aduersus eundem  
pari jure tria allegari possút.  
Primum si invētor in suo The-  
saurum invenerit, quòd potius  
quis Thesauri dominus sit  
ignoretur, quàm quòd domino  
careat: *Donellus lib.4. Comm.  
cap.14. §. Prima.* Obrechtus  
*disput.de Domin.thef.77.* Wes-  
sembechius in *§.Thesauros.In-  
stit.de Rer.divis.* Connanus *lib.  
3. Comm.iur.cap.4. num.3.* Huc  
spectat *text. in l.30. ff.de Te-  
stament.tutel. & l.19. §.3.* ibi:  
*Non potuimus probare, &  
ob id amisimus. ff. de Edend.*

14 Non enim utique quæ apud  
nos incerta sunt, ea quoque per  
naturam rerum dicuntur in-  
certa, ut decernit Justinianus  
in *§.Conditiones. Inst. de  
Verb. obligat.*

Secūdū, si invētor non in suo,  
sed in alieno invenerit, quòd  
Thesaurus ab ejus majoribus,  
cujus fūdus est, sit repositus;

quòd sit fundi pars quædā, aut  
certè accessio: quòd fūdus inte-  
rim custodiā, hospitiūque præ-  
buerit: quòd Dei beneficium,  
donumque fortunæ sit, in hūc  
potiùs, quàm alium locum pe-  
cuniā defossam esse; & nunc  
potiùs quàm vel ante, vel post,  
vel nunquam repertam esse.

Tertiū, quòd & Principis sit  
habenda ratio, cum ad eum  
potestas omnium pertineat,  
annuente Seneca *lib.7.de Be-  
nefic.cap.4.* & cui, qui cunctos  
patitur possidere, aliena quil-  
bet debeat offerre, attestante  
*Cassiodoro lib.6.V artar.cap.8.*  
Cum in commissum cadant 15  
pecuniæ, quæ defodiuntur, ac  
sepeliuntur, ut aduersus publi-  
cam utilitatem, legūque pro-  
hibitionem defossæ, ut depro-  
mitur ex Jurisconsulto Mar-  
tiano *lib.14. Institut. in l.Leg.  
Julia peculatus,4. §. Non fit lo-  
cus, ff.ad Leg.Jul.peculat.* Id-  
ipsum decrevit Leo Impera-  
tor in *Novell.5 r.*

Item cum rationes eæ, quæ  
favore inventoris Thesauri  
militant, dominum loci repel-  
lant; & eæ, quæ pro domino  
loci, inventorem; rectè Prin-  
ceps se se prout sequester, &  
arbiter, vel mediator, aliquis  
interponit: sive utrilibet litigā-  
ti partem dimidiā adjudicet:  
sive totū Thesaurum sibi vin-  
dicet: sive alios beneficiū rebus  
participes faciat, ut adamussim

## 146 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

tradidit Bitschius *de Thesaur.*  
*cap.4. §.79 part. I.* Longè qui-  
 16 dèm meliùs , quām vel Quin-  
 tuš Fabius Labeo , qui arbiter  
 Nolanis,& Neapolitanis de fi-  
 nibus agri à Senatu Romano  
 datus, cum utrisque, ut regre-  
 di , quām progredi mallent  
 persuasisset , quidquid agri ex  
 eorum *ēpiemēia* in medio reli-  
 ctum est , Populo Romano as-  
 signavit : Cicer. *lib. I. Officior.*  
 Vel Antigonus Rex, qui Thra-  
 17 sylo Cynico seu talentum, seu  
 denarium petenti, nihil dedit;  
 in denario Regem , in talento  
 Cynicum respiciens; quòd de-  
 narium dare, neutquam esset  
 Regium ; & talentum accipe-  
 re , nec etiam Cynicum esset;  
 Seneca *lib. 2. de Benefic.* *cap. 17.*  
 Plutarchus *Apophtheg.* & *lib.*  
 2. *de Verecund.* Vel denique ,  
 qui inter venditorem , The-  
 18 saurum repertum, sibi mutuò  
 obtrudentes , arbiter electus,  
 utrique abjudicatum, sibi addi-  
 xit; ut ex Chrysostomo adno-  
 tavit Rittershusius *in §. The-*  
*sauros. in fin. Institut. de Rer.*  
*divis.*

Hic itaque omnino à na-  
 turali ratione ad civilem , & ad  
 legislatoriam auctoritatem  
 progrediendum fuit ; & legi-  
 bus , atque constitutionibus  
 certum quid definiendum : ut  
 certò potius , & æquali jure ,  
 (quod nec in totum à natura-  
 li jure, vel gentium recederet;

nec per omnia serviret, argu-  
 mens. *text. in l. 6. ff. de Justit.* &  
 jur. quoddamque in illa natu-  
 rali æquitate temperamentum  
 adhiberet , juxta l. 2. *C. T heo-*  
*dos. de Thesaur.* ) utiliceret ;  
 quām ex incerto Judicis , aut  
 Principis arbitrio depende-  
 re , cum jus æquabile opor-  
 teat esse, ut rectè docuit Cice-  
 ro *lib. I. de Offic.* Neque enim  
 aliter esset jus ; siquidem ideo  
 leges invente sunt , ut cum o-  
 mnibus semper una, & eadem  
 voce loquantur. Quocirca Ju-  
 stinianus noster erubescere se  
 profitetur , si non potiùs le-  
 gem ferat , quia erubescimus 20  
 qvum sine lege loquimur.  
 Text. *in §. Consideremus. Au-*  
*thent. de T rient.* & *semiff. col-*  
*lat. 3.* Lex quidem peroptatur  
 ex qua, & secūdūm quam pro-  
 nunciet, quām ut facti specie  
 proposita, quod justū , & æquū  
 est , sine certa lege definiat.  
*Novell. 18. cap. 5.* Ideoque nec  
 mirandum est, cum ei, quod se-  
 mel civili jure , & Constitutioni-  
 bus Principum , ac de re de-  
 cretum fuit, postea abrogatum  
 auditur. Istorum jurium civi- 21  
 lium ea est conditio, ut sāpe  
 mutari soleant, vel tacito con-  
 sensu populi , vel alia lege po-  
 stea lata , ut docet Justinianus  
*in §. Sed naturalia, Institut. de*  
*Jur. natur. gent. & civil.* Sicuti  
 à principio cum instituantur;  
 & non refert , hoc an illo mo-

do instituantur, secundum  
Aristotelem lib.5. Et hic cap.7.

## SUMMARIUM.

- 1 *Thesaurum ratione materia in pecunia consistere, testatissimi juris est.*
- 2 *Verbum PECUNIÆ, strictè sumptum, pro solis nummis, seu pecunia numerata accipitur.*
- 3 *Pecunia quandoque sumitur pro rebus pondere, numero, & mensura constantibus.*
- 4 *Res FUNGIBILES, qua.*
- 5 *Pecunia causa materialis veri Thesauri.*
- 6 *Oldradus, contra Bitschium ab Auctore strenue propagnatus.*
- 7 *In l. Nunquam, §. 1. ff. de Adquir. rer. dominio, verus Thesaurus à Paulo finitur.*
- 8 *Doctrina Cap. 3. & 4. remissa & repetita.*
- 9 *Improprius Thesaurus, qui.*
- 10 *Thesauri vox plura complectitur.*
- 11 *Vergilii locus per pensus.*
- 12 *Piurium Doctorum ad rem accurata discussio.*
- 13 *Thesauri improprii cum proprio communicatio.*
- 14 *(ur in l. 2. C. Thedof. de Thesaur. MONILIA, possum; & an, MOBILIA, legendum.*
- 15 *Nummi recentes, haud The-*

sauri vocamine censendi.

- 16 *Lateres argenti, aurive nuper fusi, monilia recens facta, &c. an veri Thesauri vocamine censemantur.*
- 17 *Nummi recenter fusi, lateres argenti, aurive, monilia recentis facta, &c. deficiunt à ratione Thesauri, non defectu causa materialis, sed benè formalis.*
- 18 *Quanta esse debeat pecuniae quantitas, ut Thesauri nomen mereatur.*
- 19 *Modicus locus, & qualibet fundi portio, Fundi nomine censetur Ulpiano.*
- 20 *Ulpiani placitum, haud placet.*
- 21 *Ciceronis jocus, de etymo fudi à Varione tradito.*
- 22 *Pauperi Vitulus, vel agellus, vel porcellus, Regnum, Paroemia.*
- 23 *Locatio, vel conductio uno numero fieri non potest.*
- 24 *Emptio, & venditio, quo uno numero fit, non vera, sed imaginaria.*
- 25 *Contractus-libellarius censetur in fraudem factus, si quando vilissima duorum denariorum pensio promittatur.*
- 26 *Thesaurus vulgo prætingenti quarumlibet rerum vi sumitur: Karili loci Aucterum iū profanoriū, tum Sacra-Pagina, Sanctorumque DD. ad rem congesti.*

## 148 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 27 Ursilli ad Afflict. sententia de quantitate pecunia ad Thesaurum exigita.
- 28 Querenti, quantane pecunia Thesaurum constituat? Indefinitè respondendum Bitschio, quantumcunque.
- 29 In suo quis attius tollere potest adfictum in infinitum.
- 30 Heredes quis potest instituire quot lubebit in infinitum.
- 31 In litem jurare licet in infinitum. Et quid in hisce locutionibus, in infinitum, significet.
- 32 In perpendenda quantitate rei, qua Thesaurum constitutus, haud usque ad Democriti insectilia progreendiendum.
- 33 Habenda est ratio loci, in quo Thesaurus invenitur.

De Causa materiali Thesauri, & quanta pecunia esse oporteat, ut Thesaurus dici mereatur.

## C A P. XXIV.

THEsaurum ratione materiæ in pecunia consistere haud in dubitationem iterum revocandum, intermedia notione accepta, à qua tam

res incorporales, sive jura, tū etiam soli, sive immobiles depelluntur, ut tradidit Bitschius opuscul. de Thesaur. cap. 2. §. 28. part. i. cum verbum PECU. NIÆ strictè sumptua pro solidis nummis, seu pro numerata pecunia accipiatur in l. 3. ff. de Eo, quod cert. loc. l. 7. §. 3. ff. ad Senat. Cons. Maced. l. 3. §. 2. & 4. ff. de Contr. tut. & util. act. Vel pro rebus pondere, numero, vel mensura constantibus, quas vulgò appellant Fungibles: Text. in l. 2. §. 3. ff. de Reb. cred. text. in l. 34. ff. de Jur. jur. text. in l. 30. ff. de Legat. i. text. in l. 2. §. 1. C. de Constit. pecun. Ideoque asserendum est, pecuniam esse causam materialem Thesauri veri, ut deponitur ex definitione Thesauri in l. NUNquam nuda; §. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. Domin.

Quapropter Bitschius perperam redarguit Oldradum in consil. 163. dicentem, Thesaurum in pecuniam consistere, cui videtur inhærere Afflictus super Constit. Regn. Neapolit. rubric. 59. lib. 1. verb. Dobana, num. 1. Quippe opinatum Oldradi fulcitur text. in dicta l. Nunquam, §. 1. ff. de Acquir. rer. domin. Ubi Jurisconsultus Paulus proprium, haud improprium definiuit Thesaurum, qui in pecunia, nummisve consistit, ut attestantur Zieglerus lib. 2. de Jur. Maje-

# De Thesauris. Lib. I. Cap. XXIV.

149

- stat.cap.20. Guidius lib.3. de Mineralib.tit.10.num.2. & 4. Bornitius lib.3. de Ærar.cap. 9. Sixtinus lib.2.de Regalib.cap. 3 i. num.3. Arnoldus Vinnius in §.Thesauros. Institut.de Rer. divisi. Amaya in l.unic. num.2. C.de Thesaur.lib.10. Arnisæus lib.3. de Jur. Majestat. cap.6. num.2 i. Qui omnes loquuntur de Thesauro propriè sumpto, ut dixi in Cap.3. & 4. Pecuniæ quidem vocabulum strictè, ac rigorosè pro sola pecunia numerata, sive pro nummis ære signatis accipitur, & in eis Thesaurus verus consistit, cujus causa materialis est pecunia.
- 9 Quando Thesaurus sumitur pro qualidet auri quantitate, seu potius pro divitiarum cumulo; tunc dicitur Thesaurus improprius, ut refert Guidius lib.3.de Mineralib.tit.10.num.6. Platea in l.unio. C.de Thesaur. Idcirco Leo Imperator in l.2. (.Theodof. de Thesaur. dixit, Thesaurum esse, condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia, seu Monilia; ut significetur Thesauri voce comprehendendi, contineri que, non solum pecuniam, verum etiam quævis alia pretiosa, ut notarunt Fornerius in Not.ad Cassiodor.lib.6.epist.8. Alciat.lib.7.Parerg.cap.1. Cerdà ad Virgil.lib.1.Æneid. Cufacius lib.3 i. Paul ad Edict.in l.Nunquam, §. Thesaurus, ff.

de Acquir.rer.domin. Pineda de Reb. Salomon. lib.4. cap.22. Navarrus Manual.cap.17. nu. 172. Connan.lib.3.comm. cap. 4. Gregor. lib.23. Syntagmat. jur.cap.19. & lib.3. cap.11. & aperte quoque id detegitur ex 11 Virgilio lib.1.Æneid.

*Auxiliumque via, veteres tellure recludit*

*Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.*

Ubi loquitur de ingentibus 12 Sichæi opibus, ac Thesauris, quos terræ crediderat metu Pygmalionis Regis, nimirum auri cupiditate flagrantis, ut refert Justinus lib.18.cap.4. ibi: *Sichæus aurum metu Regis, non teētis, sed terra crediderat: quam rem etsi homines ignorabant, fama tamen loquebatur.* Unde neque Thesaurus ille pollicitus Neroni, à Cesellio Bassio Peno, de quo Tacitus lib.16. Annal. propriè Thesaurus dici potest; sed rectè Thesaurus improprius: quod maxima illa vis auri, quæ abscondita dicebatur, non in pecuniæ formam, sed rudi, & antiquo pondere esset. Eadæ causa laterum aureorum vingtiquinque millia, non vi-ginti sex, ut Bitschius opinatur, nimirum Thesauro secundæ, & quartæ significationis initio belli civilis, Cæsar ex Ærario Romano protulisse legitur apud Pliniū lib.33. cap.3.

## 150 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

cujus auri quantitas Thesau-  
rus propriè sumptus dici non  
potest.

Ita neque Thesaurus in mo-  
numento Davidis reconditus,  
propterea tantum ex parte  
Thesaurus erat, quod præter  
*ἀποθεσιμα χρήματα*, quorum ter-  
mille abstulit Hyrcanus ta-  
lenta, ut refert Flavius Jose-  
phus lib. 1. *de Bello Iudaic.* cap.  
2. & lib. 13. *Antiquit.* cap. 16.  
vel omnino Thesaurus esse  
desinebat, cum pecuniis illis  
ablatis, tantum opulentus ille  
auri, & Monilium superesset  
ornatus. Neque quod in Cyri  
sepulcro, inter alia essent tor-  
ques, armillæ, gladii, inaures,  
aliaque ornamenta ex auro, &  
gemmae composita, ut est apud  
Arrianum lib. 6. *de Expedit.*  
*Alex. in fin.* id impedimento  
est, quominus Thesaurus im-  
proprius esse, fierique potui-  
set: Utique enim, quæcumque  
Thesaurum secundæ signifi-  
cationis, hoc est improprium,  
constituunt, & in genere quæ-  
cumque deponi possunt, & so-  
lent; eadem etiam Thesauri  
in prima significatione acce-  
pti materiam esse, nihil quic-  
quam vetat. Hanc ob causam  
fortè in l. 2. C. *Theodos. de The-*  
*saur.* in Thesauri definitione  
disertè fuit positum, ab Im-  
peratoribus Gratiano, Valen-  
tianio, ac Theodosio, prædi-  
cta legis Auctoribus, illud

verbum, *Monili a: quamvis in*  
nostro Codice Justinianeo fre-  
quētiūs, forsitanque melius, *Mo-*  
*bilia*, quidem legatur: de cuius  
*leg. 2. emendatione, latiori ca-*  
lamo egi *Cap. 4.*

Debent excipi nummi re- 15  
centes; seu intra hominū me-  
moriam cusi, quoniam hujus-  
modi Thesaurus dici non pos-  
sunt, ut asseverant Sixtinus  
lib. 2. *de Regalib.* cap. 21. nu. 4.  
Gothofred. *in Commēt. ad leg.*  
2. C. *Theodos. de Thesaur.* A-  
maya *in l. unic.* C. *de Thesaur.*  
Guidius lib. 3. *de Mineralib.*  
tit. 10. quaest. 2. cum relatis à me  
*in Cap. 14.* Et peræquè vindi- 16  
cat quoque sibi locum in late-  
ribus auri, vel argenti nuper  
fusis, in monilibus recens fa-  
ctis, aliisque mobilibus, quæ nō  
antiqua clarescit. Ast animad-  
vertendum est, id neutiquam 17  
fieri materialis causæ ratione,  
quod talis materia inhabilis sit  
ad Thesaurum propriissimè di-  
ctum: nec ita deponi possit, ut  
fiat Thesaurus; sed benè ratio-  
ne causæ formalis: videlicet,  
quoniam depositio ejus mate-  
riæ non sit vetus, & immemo-  
ralis; sed nova, seu recens, cu-  
jus hominum porrò extat me-  
moria.

Sed nunc sciscitandum su- 18  
perest quanta debeat esse pe-  
cuniæ quantitas ad hoc ut The-  
saurus dicatur? Cui rogationi  
dicitur in jure definitum non

reperiri. At uti detegitur ex definitione Thesauri *in l. Nū quam*, §. *Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin.* possumus quālibet pecuniæ veteris quātitatem Thesaurum nuncupare: Nam Jurisperitus Paulus in dicta lege, pro constitutivo Thesauri, non decernit quantitatem, sed tantum exigit, ut sit vetus pecunia, cuius non extat memoria. Unde si hujusmodi pecuniæ veteris, decem, vel duodecim inveniantur, rigorosè loquendo, & juxta definitionem Pauli, Thesaurus dicetur. Quippe id comprobare possumus, ex quo Ulpianus *in l. Locus, 60. ff. de Verbor. si gnif. modicum locum, & quālibet fundi portionem, fūdum dici posse asseverat. Quamvis id derisorium fiat, argument. text. in l. 71. ff. de Legat. i. & notat Cujacius lib. 14. obseruat.* 36. quòd hyperbolicè minuit, occasione ab etymologia Varroñis captata, Cicero in quodam joculari libello. Quintilian. lib. 8. cap. ult. ad fin.

*Fundum Varro vocat, quē possim mittere funda: Nitamen exciderit, qua cava funda patet.*

22 Admodum quoque conferūt, nostrorum illa vulgata: Pauperi Vitulus, vel porcellus, vel agellus est regnum. Forner. lib. 2. Rer. quotid. cap. 5: *in fine: Joachim à Beust. in l. Admo-*

*nendi, num. 174. ff. de Jur. ju rand. Sed ex adversò dictis vi- 23 detur oblistere in jure nostro locationem, & conductionem nummo uno fieri non posse, per l. 46. ff. de Locat. & l. 10. §. u. lib. de Acquir. poss. ff. Et em- 24 ptionem, & venditionem, quæ uno tantum fit nummo, non veram, sed imaginariam esse: quòd non pretium, sed tantum imago, ac similitudo pretii interveniat, lucescit ex text. in l. 66. ff. de Jur. dotium Cajas lib. 1. Institut. tit. 6. §. ult. Et libellarius-contractus, in fraudem factus dicitur, qvum subtilissima duorum denariorum pen- sio fit, lib. 2. Feud. tit. 9. §. 1. Et inspecta vulgata Thesauri vo- 25 ce, semper capessitur pro cu- juslibet rei copia. Sic librorum copiam Tullius lib. 2. de Finib. Thesauros nuncupavit. Nec non Domitius Piso ad Plin. in Praefat. naturalis histor. Idcirco quoque Sidonius Apollinaris. lib. 8. epist. 4. Thesauros bibliothecales appellavit; & li- gnorum abundantiam, The- sauros Urbium fuit opinatus. Vitruvius lib. 5. de Architect. cap. 9 sub fin. Quod non solùm humanis literis comprobare quimus, verùm etiam Sacrae Paginæ auctoritate fulcire, præsertim apud Job cap. 38. versic. 22. Ubi Thesauros ni- vis, & grandinis legimus: & Regalis Propheta in Psalm. 33.*

## 152 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

versic.7. Thesauros aquarum dixit, cum cæteris omnibus ad hoc probandum congestis à Bitschio *de Thesauris cap. 1.* §.19. part.1. Idem quoque de umitur ex Duarenio *in tit. de Acquirend. rer. domin. cap. 4.* & ideo justè à Divo Augustine lib.1. *de Civit. Dei cap. 8.* congregatio vocatur. Sed magis 26 in specie, Thesaurum esse pecuniarum locupletem copiam noscitur apertiùs ex Ursill. ad Afflict. decif. 321. num. 7. Ubi, Thesaurum esse pecuniā absconditam in bona quantitate, cuius nō extat memoria: quod notat etiam adducta Aretin. sententia in §. *Thesauros, Institut. de Rer. divis.*

27 Ast dum quæritur: Ad hoc ut Thesaurus dicatur, quanta debeat esse quantitas pecuniæ? Bitschius *cap. 5. §. 88. part. 1.* respondendum putat indefinitè: Quantacumque: Veluti è 28 contrario dicitur licere super suo ædificare, sive ædes suas altiùs tollere in infinitum: text. in l. 24. ff. *de Servitut. præd.* Licere quoque hæredes institue-

29 re quot quis velit in infinitum: text. in §. *Et unum hominem,* Institut. *de Hared. instituend.*

30 Et sine ulla taxatione licere in item jurare in infinitum, text. in l. 4. §. 2. ff. *de In lit. jurand.* text. in l. 68 ff. *de R.V. Nempe,* ut in hujusmodi exéplis, illud INFINII UM, non significat,

τὸν ἀπειρον., sed τὸν αὐτόπιστον, Cū-  
jac.lib.6. *Observat. 18. Wessem-*  
*bec. consil. 34. num. 16. Obrecht.*  
*disput. de Haredib. instituend.*  
*thes. 160. Othoman. volum. 2.*  
*respons. 93. num. 33.* Ita etiam  
rectè hic, non quasi usque ad Democriti atomum, & micam aliquam, ut nuncupat Senec. 31  
lib.4. *de Benefic. cap. 19. descen-*  
*dendum existimat Bitsch. cap.*  
5. §. 88. Ast benè concludit ne que ullam hujus rei quantitatam esse definitam, ubi subjungit, aliter enim observantibus, quis finis, aut quid initium caperetur Thesauri: argument. text. in l. 22. ff. *de Tristic. text. in L. Eum, qui, 41. in princip. ver-*  
*sic. Sin autem non appareat, ff.*  
*de Verbor. obligat.* & ibi Gothofred. Ex quibus concludendum est, quantitatem Thesauri præfiniri non posse, sed cuiusvis arbitrio relinquendam esse: At si vulgatam Thesauri vocem accipiamus, magnam pecuniæ, vel auri, seu argenti, vel cuiuslibet rei pretiosæ quantitatam esse debere crederem.

Denique etiam loci consideratio ad Caput hoc referri potest tāquam materia, ex qua, sive subjectum, in quo Thesaurus sit: nimirum, quòd locus ille, in quo Thesaurus 32 invenitur, vel sit sacer, vel religiosus, vel publicus, vel pri- vatus: & vel proprius inven-

toris, vel alienus: item dotalis, feudalis, emphyteuticus, usufructuarius, oppigneratus, &c. Cum enim jure cōstitutū sit, ut loci quoque, in quo Thesaurus invētus est, ratio habeatur, & domino loci dimidiis Thesaurus, quē aliis invenerit, acquiratur; differentiæ istæ locorum magnam juris diversitatem pariunt, atque etiam variis quæstionibus, & controversiis occasionem præbent.

**S V M M A R I V M .**

- 1 Finalis Thesauri causa indagatur.
- 2 In l. Nunquam, s. i. ff. de Adquir. rer. domin. & in l. 4. ff. de Adquir. possess. inque Novell. s. i. Leon. diversigenesis causa permiscentur.
- 3 Thesauri finis duplex.
- 4 Finis Thesauri intermedius, qui.
- 5 Plauti loci nosatu ad rem digni.
- 6 Defodientes Thesaurum, corrosum, atque spem, unâ cum defossis divitiis abscondunt.
- 7 Postremus Thesauri finis, nunquam idem apud diversos.
- 8 Nummorum estimatio olim apud Romanos constantior, quam apud nos: aucta tamen quandoque etiam, & diminuta.
- 9 Causa impulsiva Thesauri, avaritia.
- 10 Thesauri necessitatis, præsidit que causa à plerisque defodiuntur.
- 11 Ad coercendam suorum prodigalitatem sunt, qui Thesauros abscondunt.
- 12 Avarorum finis in reconditis divitiis, qui.
- 13 Senecæ locus aureus.
- 14 Pecuniarum helluo, migratorus è vita, ingentem pecuniæ vim devorat, ac perit.
- 15 Thesauri quandoque ex invidia absconditi.
- 16 Avarissimi Patris exemplum apud Plautum.
- 17 Pecunia à nonnullis ostentationis causa, vel certè religionis opinione recōdūtur.
- 18 Ornamenta cum cadaveritus inferre, simplicioris est animi.
- 19 Lepida nuptæ morientis voluntas.
- 20 Quispiam fatis concessurus fago, in quo aurum consuebat indutus sepeliri vult, demetissima avaritia causa: Orcinus avarus.
- 21 Finis inventionis Thesauri, nullus.
- 22 Inventio Thesauri ex numero illarum rerum, que prater intentionem accidunt, Aristoteli.
- 23 De inventione Thesauri, haudquaquam consultant prudentes, Eidem.
- 24 Non semper Thesauri inventio fortuita.

- 25 *Thefaurum vidisse non sufficit, sed visum apprehendi necessè est, ut cujuspiam dominio cedere dicatur.*
- 26 *Thefaurus non solùm appre- bendi debet corpore, sed & animo.*
- 27 *Finis inventionis Thesauri intermedius ipsa possessio- nis, & dominij adquisitio.*
- 28 *Vltimus, rei adquisitæ usus.*
- 29 *Vtilitas ab usu.*
- 30 *Cassiodori locus ad rem.*
- 31 *Vltimi finis generalis inven- tionis Thesauri species multa.*
- 32 *Plauti loci considerati.*
- 33 *Tot sunt speciales usus inven- tionis Thesauri, quoct alse- rius cujuscunque, dominij adquisitionis.*

### De Causa finali The- fauri.

#### C A P. XXV.

**A**ttinet ad ultimam, fi- nalemque causam Thesauri, quod Ju- risconsultus Paulus dixit in *l. Nunquam*, *31. §.1. ff.de Acquir.rer.domin.* illis verbis: *Si quid aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodia condi- derit sub terra.* & in *l.44. ff.de Acquir.possess.* ibi: *Custodia causa condiderat: & custodia causa pecunia condita.* Et quo-

que in *Novell.41.Leon.hisce* verbis: *Tāquam Solis quoque radiis tetricos Thesauros suos aspicere invideant.* Sed his in locis, & præcipue in dicta *l. Nunquam*, *§.1. ff.de Acquir. rer.domin.* diversi generis cau- fæ permiscentur. Siquidem lu- crum finis ultimi, metus autē causæ impellentis, & quasi προκαταρκτικῆς, custodia verò in- termedii finis rationem com- plectitur. Unde ut clariūs, ac apertiūs res, de qua agitur, elu- cescat, distinctione utendum est, convenitque duplē finem assignare Thesauri, seu illius depositionis, aliud inter medium, aliud verò ultimum.

Finis intermedius Thesau- ri est custodia, de quo in *l.31. §.1. ff.de Acquir.rer.domin.* Ea- que plerumque perpetua, ve- luti in genere, quod deponi- tur, custodiendum datur, text. in *l.1. ff.Deposit.* aut homini scilicet, aut loco, ut elicetur ex Tito Livio *lib.39.Histor.natur.* Salviano *lib.1.* & latè compro- bat Bitschius *opuscul.de The- saur.cap.2. §.27. & 29.part.1.* Hunc finem omnes, atque illi ipso quoque videntur habere propositum, qui pecuniam il- lam, & liberis, ac propinquis, & in genere hominibus omni- bus, ut Leo Philosophus aje- bat Solis radiis invidēt. Sic Euclionis Avus Thesaurum auri, quem in medio foco de-

fossum, larique concreditum,  
sibi servari voluit, asseverat  
comicus Plautus in *Prol. Aulular.*

*Sed mihi avus hujus obsecrans concredidit*

*Thesaurū auri clam omnis  
in medio foco*

*Defodit, venerans me, ut id  
servarem sibi.*

Et Euclio, qui avaro similis, id aurum pariter invidebat suis, ac proinde quām sollicitē condiderat, salvū id, & servatum cupiebat: Ideoque cum in Fidei Fano deponeret, dicebat: *act. 4. scen. 2.*

*Vnde fides etiam, atque etiā  
nunc salvam, ut autem  
abs te auferam:*

*Tua fidei cōcredidi aurum:  
in tuo luco, & fano modo  
est situm.*

Sed *act. 4. scen. 9.* id aurum custodivisse sedulo profitetur, his verbis:

*Nam quid mihi opus est vi-  
ta, qui tantūm aurum  
perdidis?*

*Quod custodivi sedulō.*

6 Imò tantūm quidem abest, ut hi aurum conditores abdicandi, & amittendi animo defodiāt, ac celent; ut potius cor suum, spemque suam unā info- diant cum auro, ut docemur apud Euāgelistam Matthæum *cap. 6. vers. 21.* Lucam *cap. 12. vers. 34.* & notarunt quoque Basilius Magnus in *lib. de Vi-*

*tuis, & paupertat. Salvian. lib.  
1. Contr. avarit. & ibi Ritter- shusius in Comment.*

Postremus denique Thesau- 7  
ri finis, nusquam idem est apud diversos. Siquidem nonnulli pecuniam, quæ postea Thesau-  
rus propriissimè dictus fuit, lucri causa sub terra condunt, videlicet, ut contingit de mu-  
tatione valoris nummorum: si qui avari pecunias suas ita de-  
ponant, interim dum nummi  
preium augeri præstolantur, ut notavit Gothofredus in *l.*

*Nunquam, §. Thesaurus, ff. de  
Acquir. rer. domin. Quod ab  
illius temporis moribus, ne-  
quaquam omnino abhorre,*

*adjecit Bitschius. Et quamquā  
apud Romanos nummorum, 8  
æstimatio, quām apud nos ho-  
die fuerit longè constantior;  
tamen quandoquidem crevit,  
ac decrevit interdum, ut in-  
nuit Imperator Constantinus  
in *l. Pro imminutione, 2. C. de  
Veter. numismat. potestat.* Et  
quoque Imperatores Gratia-  
nus, Valentinianus, & Theo-  
dosius in *l. Vniuersos, 3. C. eod.**

*Quod de frumento interpre-  
tatus fuit Lagus in *Method.  
jur. civil. part. 2. cap. 28. num. 3.**

*Cujus quidē depositionis cau- 9  
sam impulsivam esse omina-  
tur Bitschius avaritiam. Hūc  
profectò confert Seneca *lib. 3.  
de Ira cap. 33.* illis verbis: *Si in  
medīs projicias quicquid The-**

156 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

*sauri tegunt, avaritia iterum  
sub terra referente, qua male  
egeffera.*

10 Quidam sanè necessitatis, præsidiique causa deponunt, si forte rerum aliarum jaæturam faciant, hæc pecunia ipsis subsidio sit, text. in L. 79. §. i. ff. de Legat. 3. Vel ut in cœilibus bel. lis, ut in dicta lege, vel ob hostilem tumultum, ut est apud Ælium Donatum in Terent. in Prolog. Eunuch. num. 10. ibi; Senex Thesaurum tanquam à se per tumultum hostilem illic defossum retinet, & sibi vindicat. Atque hoc est, quod in L. Nunquam, 3. §. i. ff. de Acquir. rer. domin. dicitur, metus causa, videlicet ex metu tanquam causa impellente: ast propter præsidium, usumque pecunia, tanquam finem.

11 Cæteri coercendi suorum, prodigalitatem, eosque ad frugem revocâdi causâ deponunt, ut est apud Menandrū in Coœdia Thesaurus, ubi quidam fingitur adolescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat: is servum ad patris se. pulcrum mittit, quod senex sibi vivus magnis opibus appraverat, ut id aperiret illatus epulas, quas pater post annum decimum caverat sibi inferri. Sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex, quidam avarus ab adolescenti emerat. Servus ad aperiendū

monumentum usus auxilio senis, Thesaurum cum epistola ibi reperit, &c. ut narrat Ælius Donatus ad Terentium ubi supra.

Alii finis ultimus nō χρῆσις, 12 sed ipsa χρῆσις est, veluti avaris, qui vel ideo custodiunt, ut custodiant, & non tam ut habeant, quam ne non habeant; vel potius ut habeatur ab ipso. Nam hi divitias habent, sicut habere dicimur febrem, cum illa nos habeat, ut dixit Sene- ca epistol. 119. Quomodo ille, qui insano pecuniarum studio 13 cum in extremis laboraret, multos nummos aureos deglu- 14 tivit, ac deinde mortuus est, Athen. lib. 4. cap. 18.

Quandoquidem aliqui sic 15 ex invidia deponunt, ut cum ipsis eos Thesauros habere nequeant, etiam nemo aliis iisdem gaudeat, & fruatur: sicut etiā apud vivos sepulta sunt, quæ tenacium manibus includuntur. Cassiodor, lib. 4. Variar. cap. 38. Quam Thesauri depo- sitionem redarguit Leo Philo- sophus Imperator in Novell. 51. cuius luculentum exemplū 16 in Euclionis ayo est apud Plau- tum in Prolog. Aulular.

*Thesaurū auri clam omnis  
in medio foco,  
Defodit, venerans me, ut id  
servarem sibi.  
Is quoniā maritur (ita avi-  
do ingenio fuit)*

*Nunquam indicare id filio  
voluit suo:*

*In opemque optavit potius  
eum relinquere, m cō-  
Quād cum Thesauru  
monstraret filio*

*Agri reliquit ei non magnū  
modum,*

*Quo cunz labore magno, &  
misere viveret.*

17 Alii verò ostentationis, pompe  
causa pecunias recondunt, vel  
certè religionis opinione, ve-  
luti qui ornamenta cum cor-  
poribus suis condere peroptat,  
ut appareat ex Josepho lib. 13.  
*Antiqu. Judaic. cap. 16.* Arria-  
no lib. 6. *Expedit. Alexad.* Go-  
thofredo in *Comment. ad l. 2.*

C. Theodos. de Thesaur. Quod  
18 homines simpliciores, facere  
docuit Jurisconsultus. Ulpia-  
nus in l. At si quis, 14. ff. de Re-  
ligiis. dicens: Non autem oportet  
ornamenta cum corporibus  
condi, nec quod aliud. hujusmo-  
di, quod homines simpliciores  
faciunt. Confert quoque Scæ-  
vola in l. *Medico*, 42. §. fin. ff. de

19 Aur. & argent. legat. ubi ait:  
Funerari me arbitrio mei vi-  
ri volo, & inferri mihi que-  
cumque sepultura mea & causa  
feram ex ornamenti: lineas  
duas ex margaritis, et viriolas  
ex smaragdis. Et moriturus

20 ille, qui in fago aurum consuit,  
eoque indui, atque ita indutus  
sepeliri, neque urbi voluit, apud  
Athen. lib. 4. cap. 18. 3.

Et si finis inventionis The- 21  
sauri nullus videatur esse, quo-  
niā illa sit ex numero earum  
rerum, quæ παρὰ λόγον, & juxta  
Aristotelē lib. 1. Rhetor. cap. 1.  
ex opinato accidunt. Ideoque 22  
& in genere de iis, quæ à for-  
tuna sunt, sive quæ fortuitò cō-  
tingunt, & in specie de The-  
sauri inventione, Aristotel. lib.

3. *Ethic. cap. 3.* neutiquam scri- 23  
bit consultare prudentes. Sed  
nè hic finis cōsideratio sit nul-  
la, aut otiosa; cum non semper  
Thesauri inventio dicatur for-  
tuita, aliudque obtīngat agen- 24  
tibus; & quædam data opera  
reperiantur, inventoribusque  
obveniant, ut de promittur ex  
Cassiodoro lib. 4. *Variar. cap.*

34. ibi: *Tua indagatione dete-  
ctum. lib. 2. Feudor. tit. Qua sint  
Regal. in fin. ibi: Data opera.  
cum cæteris ad id comproban-  
dum adductis à Bitschio cap. 6.*

§. 109. part. 1. Et cum minimè 25  
Thesaurum tātūm. vidisse suf-  
ficiat; sed visum apprehendi  
necessè sit, ut ferunt Donell.

lib. 4. cap. 14. Connan. lib. 3. cap.  
3. num. 1. Faber in *Systema papi-  
li, num. 1. Institut. de Rer. divisi.*  
Alciat. in l. 1. num. 55. ff. de Ac-  
quir. possess. Obrecht. *disput. de  
Domin. & mod. acquir. natur.  
thes. 106.* Nec apprehendi tan-  
tummodo corpore, sed etiam  
animo acquirendi possessio-  
nem, & dominium, ut attestatur  
relatus Bitschius dict. cap. 6

§. 107. finem quoque quendam oportet esse inventionis; & duplex porrò esse potest.

27 Alius scilicet intermedius, nimirum ipsa possessionis, dominique acquisitionis, secundum text. in §. *The sauros*, *Institut. de Rer. divis.* Alius denique ultimus, nempe rei acquisitionis usus, text. in *I. unic.* *C. de Thesaur.* ibi: *Invento uti.* & ibi: *Vt unusquisque suis fruatur.* Idē elicitur ex Leonis *Novell.* 51. ibi: *Alios laboribus suis gavifuros, & alibi: Magnam hominibus utilitatem allatura.* Cō.  
 28 dicit nimioperè illud Cassiodor. lib. 4. *V ar. cap. 34.* ibi: *Vnde se vita potest sustentare vivētiū.* Hūc quoque spectat Nervæ Imperatoris respōsum: *Vtere invento, quod tuum est,* & abutere igitur: testibus Philostrato lib. 2. *de Vit. sophist.* in *Vit. Attici.* Arnisæo lib. 3. *de Jurib. Majestat.* cap. 6. num. 22. Lindēbrogio ad *Eunuch.* Terrent. Zonara tom. 2. *Annal.* in *Vit. Nerva.* Cujus profecto ul-  
 30 timi finis generalis, plures sūt species, veluti, ut quis filiam.

dotare, ac proinde facilius nuptui queat collocari, quomodo Lar-familiaris apud Plautum in *Prolog. Aulular.*

. . . . *Ejus(filia) honoris gratia*

*Feci, Thesaurum ut hic re- 31 periret Euclio,*  
*Quò eam facilius nuptum,*  
*si vellet, daret.*

Idcirco Servus Strobilus apud eūdem, Thesaurum observat, invenireque cupit, ut strenuè bibat.

*Ibo hinc intro, perscutabor fanum, si inveniam uspiā Aurum, dum hic est occupatus, sed si reperero, o fides,*  
*Mulsi congialem plenam faciam qibi fideliam.*

*Id adeo tibi faciam: verū ego mihi bibam,*  
*Vbi id fecero.*

Et omnino tot speciales sunt usus inventionis Thesauri , 32 quot alius cujuscunque domini acquisitionis, de quibus omnes Institutionis civilis Interpretates in tit. *de Rer. divis.* et acquir. *rer. domin.*

## FINIS LIBRI PRIMI.





DON LEONARDI  
**GUTIERREZ**  
 DE LA HUERTA  
 H I S P A N I  
 T R A C T A T U S  
 D E  
**THESAURIS.**  
 LIBER SECUNDUS  
 S V M M A R I V M .

- 1 Neratius, & Proculus solo animo haud posse nos possessionē adquirere censem, nisi prius naturalis possessio antecesse rit.
- 2 Qui fundum longa possessione ceperit, etiam Thesaurum cepisse putant Brutus, & Manlius; quamvis nesciat in fundo abdi.
- 3 Qui nescit, Thesaurum non possidet, licet fundum possideat.
- 4 Sciens Thesaurum non possidet, nisi cum loco amoverit, Sabino.
- 5 Thesauri causa formalis, inventionisque forma duplex, Intrinseca videlicet, & essentialis una: Extrinseca, & Accidentalis altera.
- 6 Intrinseca, qua.
- 7 Qua extrinseca.
- 8 Essentialis Thesauri forma discutitur.

# 160 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 9 Visu conjuncto cum volun-  
te habendi, quo cumque indi-  
cio declarata, forma The-  
sauris quibusdam.
- 10 Thesauri inventio in Justi-  
nianeis Institutionibus ab  
adquisitione aliarum rerū,  
in quibus occupatio requiri-  
tur, longo intervallo sepa-  
ratur; non contemnenda  
animadversio.
- 11 Thesaurus hanc simpliciter  
in bonis nullius, sed tantum  
secundum quid.
- 12 Vbi domini voluntas inter-  
venit, hanc quam nece-  
sse est possessionem corpore,  
et actu apprehendere.
- 13 Videre Thesaurum, et inve-  
nire Thesaurum, Synonyma  
quibusdam.
- 14 Aristotelis locus comminus.
- 15 Taciti locus trutinatus.
- 16 Platonis locus intuitus.
- 17 Matthæi locus mirè ad rem  
connexus.
- 18 Verbum IN COMMUNE,  
quid denotet.
- 19 Plauti locus exhibitus.
- 20 Ratio cur Thesauri inventio  
sola inventione, et conspe-  
ctu perficiatur.
- 21 Cur Thesaurum in alieno  
solo inveniens, dimidium  
domino loci præstare debeat:  
ceteras vero res inveniens,  
qua in bonis nullius non sūt,  
ad id non teneatur.
- 22 Inventionis Thesauri formā  
non solum in videndo, sed
- etiam in apprehendendo cō-  
sistere, qui censeant.
- 23 Jura in contrarium.
- 24 Ad jura opposita responsio.
- 25 Alia jura in contrarium op-  
posita, et rejecta.
- 26 Sententia, que pro Thesauri  
inventione apprehensionem  
exigit, quo nitatur columine.
- 27 Occupatio quid.
- 28 Quanam illa naturalis equi-  
tas, quam sequutus fuit Ha-  
drianus Cæsar, cum Thesau-  
rum invenienti tribuit.
- 29 Latro quando dicatur in-  
ventus.
- 30 Verbum INVENIRE, quid  
populariter, quid juridicè  
significet. Acutissima Bit-  
schii meditatio.
- 31 Verborum abusus frequens,  
ac excusabilis apud Aucto-  
res, Bitschio.
- 32 Relegatus pro Deputato, Tu-  
tor pro Curatore, Tuteles  
pro Cura, per abusionem sa-  
pè usurpantur.
- 33 Verbum VOLO, in impe-  
randi sensu per catachresin.
- 34 Communia, quæ Publica sūt,  
qui vocent.
- 35 Cognationum nomina apud  
varios varie usurpata, ac  
confusa.
- 36 Ad veram Thesauri adquisi-  
tionem, quid requirat A-  
maya.
- 37 L.unic. C. de Thesauris, à  
multiscio Amaya perpen-  
sa.

- 38 Res haud quam dici potest inventa, nisi fuerit apprehensa.
- 39 Verba sumenda sunt cum effectu.
- 40 Qui Thesaurum tantum videt, dicatur potius Thesauri locum scire, quam Thesaurum possidere, Amaya docente.
- 41 Thesaurus, dum est in loco, in quo fuit repertus, adhuc Thesaurus nuncupatur.
- 42 Fructus pendentes sunt pars soli.
- 43 Uldaricus Zasius, aliquie ad veram Thesauri acquisitionem, apprehensionem tantum, absque amotione sufficere existimat.
- 44 Consultissima Bitschii distinctione inter acquisitionem, & retentionem, & inter dominium, & possessionem.
- 45 Si duo simul Thesaurum conspiciant, quis illum invenisse, ac quæsiuisse dicatur.
- 46 Bitschianæ distinctionis protectio.
- 47 Bitschii responsio ad Jurisconsultum docentem, non aliter nos possidere Thesaurum, quem in fundo absente defossum, reliquimus sine custodia, quam si eum loco moverimus.
- 48 Cum apprehensione ad Thesaurum acquirendum, requiritur animus acquirendi, & cur.
- 49 Invito non datur beneficium.
- 50 Liberalitas non prodest nolenti adquirere.
- 51 Possessio non adquiritur, si quis fundum corpore ingrediatur, vel rem apprehendat, at animum possidendi non habeat.
- 52 Possessio solo animo amittitur.
- 53 Retinendi dominii animus, quo pacto quandoque non sufficiat ad acquirendum.
- 54 Bæoti cuiuspiam, Bæotico haud quidem ingenio prædicti, factum cordatissimum de Thesauro invento.
- 55 Qui in agro alterius Thesaurum inventum abscondit, an cum propriè, & cum effectu loquendo invenisse dicatur.
- 56 Pro inventore, ac domino Thesauri haud habendus, qui Thesaurum loco movet, ut venditori fudi restituat.
- 57 Quid propriè requiratur ad acquisitionem Thesauri.
- 58 Quid sit LOCO-MOVERE.
- 59 Quandiu Thesaurus est in eo loco, in quo ab initio fuit absconditus, semper dicitur esse in bonis nullius.
- 60 Duareni placitum de acquisitione Thesauri.
- 61 L. Peregrè, ff. de Adquirend. possess. expensa.
- 62 Apprehensio Thesauri cum amotione conjungitur.
- 63 Apprehensio quid importet.
- 64 L. 3. ff. ad Legem-Aquiliam.

- lumen additum.*
- 65 *Apprehensio traditionisimilis.*
- 66 *Guidii placitum de duobus, quorum unus Thesaurum primò videat, alter vero pri-mò apprehendat, reproba-tur.*
- 67 *Ad acquirendum Thesaurū copulativè inventionem, & apprehensionem requiri, cō-munior Jurisconsultorum sententia.*
- 68 *Contra Guidium torosa ar-gumentatio.*
- 69 *Objectatio disjecta.*
- 70 *Vera questionis resolutio ùn-dependat.*
- 71 Bitschiani opusculi de Thesau-ris censura.

De Causa formalí Thesauri, & an ad acquisitionem Thesauri sufficiat inuentio, & visus, an uero requiratur apprehensio, & amotio?

C A P . I.



RIPLEX est Jurisconsul-torum sen-tentia, in-quorum jur-gia sedanda multum laborant Interpretes. Prima opinio est Neratii, &

Proculi, qui solo animo non posse nos possessionem acqui-rere fatentur, ut refert Paulus in l.3. §.Neratius, ff.de Acqui-rend.possess. si prius non antece-dat naturalis possessio. Ideòque si Thesaurum in fundo meo positum sciam, continuò me possidere, simul atque possidē-di affectū habuero: quia quod desuit naturali possessioni, id animus implet. Secunda est Bruti, & Manlii, afferentium, eum, qui fundum longa pos-sessione cœperit, etiam The-saurum cœpisse; quamvis ne-sciat in fundo esse, quod non est verū. Is enim, qui nescit, The-saurum non possidet, licet fun-dum possideat. Sed etsi sciat, nō capiet longa possessione, quia scit alienum esse. Tertia tan-dem, ac verior est Sabini sen-tentia, quæ vult, nec qui scit possidere Thesaurum, nisi eū loco amoverit: quam sententiā amplectitur Jurisconsultus Pau-lus in dicta l.3. §.Neratius, in fine, ff.de Acquir.possess. & se-quitur Bitschius in Comment. d. §.Neratius, §.100. in appen-dic.de Thesaur. Et nos quoque insequemur inferiùs.

Nunc de Thesauri forma-quærendum, & asserendum est, Thesauri causam forma-lēm, invētionisve formam du-plicem esse, intrinsecam & es-sentialem, alteram extrinsecā & accidentalem. Intrinseca &

et.

essentialis forma dici potest illa Thesauri apprehensio, cum animo acquirendi dominium.  
 7 Extrinseca & accidentalis attenditur in diversis inveniendi  
 8 modis. Quod attinet ad formā essentialem, magna est Interpretum, & Pragmaticorum contentio, an in apprehensione, an verò in visu, ac conspectu constet: an denique Thesauri dominus efficiatur, qui ipsum apprehendit Thesaurū, aut loco amovit: an qui primus eum vidit, quamvis non sustulerit, vel occupaverit?

9 Multi, magnaeque auctoritatis Auctores, visu, sive conspectu, dummodò cum animo, & voluntate habendi, quocunque indicio declarata, conjunctus sit, formam illam absolvit, statuere. Non ita tantum, ut substantiam capiat inventio, scilicet, ut talis inventor jus ad rem nanciscendam habeat; tanquam fortunæ beneficio sibi oblatum, secus jus in re, sive ipsum dominium rei adipiscatur, prout Doctorum sententiam sumit Alciatus in l. 1. num. 54 ff. de Acquir. possess. Sed etiā, ut perficiatur inventio; nimirum, ut talis inventor extemplo dominus Thesauri fiat; non minus ac si lapillos, aut gemmas, aliamve quamlibet rem, qua porro nullius sit, actu apprehendisset, & occupasset: Alciatus ubi supra. Soccinus in

l. 3. §. Neratius, ff. de Acquir. rend. rer. domin. Gloss. in §. Lappilli, verb. Inventoris, Instit. de rer. divis. & in l. 3 i. §. i. verb. Invenerit, ff. de Acquir. rer. domin. & in l. unic. verb. Invenerit, C. de Thesaur. Portius in §. Thesauros, num. 9. vers. Vostenete, Instit. de Rer. divis. Azo. in Summ. C. de Thesaur. num. 3. Valafc. de Jur. emphethus. quest. 15. num. 2. Sixtin. lib. 2. de Regalib. cap. 21. nu. 64. quod etiam in gemmis, & lapillis in littore inventis asseverat Sichardus in l. Si Barstatoram, 13. num. 3. & 6. C. de Fidejuss. Cantiuncula in §. 110 lapilli, & §. Thesauros, Instit. de Rer. divis. teste Ripa in l. 1. num. 56. ff. de Acquir. possess. & Duarenus in l. 3. §. Neratius, ff. de Acquir. possess. Non solùm ad dominii, sive proprietatis; sed quoque ad possessionis acquisitionem, apprehensionem peropari firmavit.

Cui quidem opinamento 10 suffragatur illud, quod in modorum acquirendi methodica enarratione, que est in tit. Instit. de Rer. divis. Thesauri inventio ab acquisitione aliarum rerum, in quibus oecupatio exoptatur, longo intervallo se jungitur; & quidem non praemissa particula ITEM, ut in pluribus, quo solo utitur, arguento Glossa in §. Item lapilli. Instit. de Rer. divis. reliquis. In-

interpretibus ferè Glossæ auctoritate conténtis. Quodque Thesaurus haud sit simpliciter, & revera in bonis nullius, ut res alia, quæ occupanti conceduntur jure naturali inspecto; sed tantum secundùm quid, ut hic domini voluntas intervenire videri possit, argument. text. in l. 28. ff. de Verbor. signific. text. in §. Ex diverso, ibi; *Quia voluntate. Instit. de Rer. divis.* text. in l. 34. ff. de Evict. Siqui-

dem ubi voluntas domini intervenit; ibi haudquaquam necessè est possessionem corpore, & actu apprehendere, sed sufficit oculis, & affectu, ut docuit Jurisconsultus Paulus in l. 1. §. Si jusserrim, ff. de Acquir. possess. Justinianus Imperator in §. Item si quis, 35. Institut. de Rer. divis. Præsertim cū apud

nonnullos Auctores, videre Thesaurum, & invenire Thesaurum, pro synonymis usurpari videantur, ut est apud Aristot. lib. 1. Rethor. cap. 5. dum fortunam causam esse ait bonorum eorum, quæ præter rationem obveniunt: veluti εἰ οἱ ἄλλοι μὴ εἶδον τὸν Θησαυρὸν ὀδεῖ εὑρεῖ: si alii non viserūt Thesaurum; hinc autem invenit, ubi non τὸ idēi refragari cernitur τῷ εὐρίσκειν quasi aliud sit videre, aliud autem invenire. Sed τῷ μὴ idēi opponi τῷ εὐρίσκειν, ut in præcedentibns verbis οὐ ἀσχός τῷ καλῶν, quod idē-

sit. idēi, & εὐρίσκειν elegantia tantum causa ob sententiam disparem, alio usurpato verbo: quomodo in illo Taciti lib. 1. Histor. Inchoavere annum. 14 sibi ultimum Reipublicæ prope supremum: ubi Justus Lipsius not. 39. Sic apud Platonē lib. 11. de Legib. in princip. Ubi quæstiones de Thesauro οὐ εὑρισκοῦνται, pro eodem accipiuntur, & τῷ κανόνι, vel τῷ ἀνελόντι, evidenter opponuntur. Hucusque dictis summoperè 16 confert illud Euāgelistē Matthæi cap. 13. vers. 44. ubi inventissim Thesaurum dicitur, qui non loco movit, neque effudit, sed in eodem loco reliquit, & occultavit, ut ex ejus verbis apparet: *Simile est Regnum Cœlorum Thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit, et prægadio illius vadit, et vendit universa, quæ habet, et emit agrum illum.*

Huic sanè favet placito, & 17 quam maximè in Thesauri inventione locum sibi asciscere solempne illud verbum, IN COMMUNE, de quo latè, ac eruditè egit Bitschius opuscul. de Thesaur. cap. 4. §. 45. part. I. Quod, scilicet, si quis aliquid invenerit, vel sustulerit, id in commune beat conferre, prout si non sibi soli, sed socio quoque acquisitum fuerit. Idcirco in Æfopi fabulis, Comes

ejus, qui rem inventam suscep-  
terat, ne diceret hortabatur  
*εὑρίσκειν*, sed *αὐτούς*. Sic apud

18 Plaut. in Rudent. act. 4. scen. 3.

Trachalio servus partem Vi-  
duli, quem Grypus piscator in  
mari exceperat, & ut nullius  
proprium suum fecisse dixerat  
occupando, sibi vindicat ideo,  
quod inspectavisset è littore,  
ut appareat ex loco relato. Plau-  
ti:

*Ecquem esse dices in mari  
piscem meum?*

*Quos cum capio; siquidem  
cæpi, mei sunt; babeo pro  
meis;*

*Nec manu afferuntur, ne-  
que illinc partem quis-  
quam postularit.*

*In foro palam omnes vendo  
pro meis venalibus.*

*Mare quidem commune  
certo est omnibus esse.*

*T. Assentio.*

*Qui mihi hunc communem  
quaeso mihi esse oportet  
vidulum?*

*In mari inventum, commu-  
ne est.*

19 Ratio verò diversitatis, car-  
Thesauri inventio hoc habeat  
præcipuum, juxta Glossam,  
aliosque Doctores, est, quoniam  
corporalem apprehensionem  
non optat; sed solo visu, ac co-  
spectu perficitur: Imo & quod  
dominium Thesauri, sola in-  
ventione, & conspectu absque  
alia apprehensione acquiratur

sentit. Glossa in §. Item lapit-  
li, Institut. de Rer. divis. & ibi  
sequitur Portius. Gloss. in l. uni-  
ca, verb. Invenit. C. de The-  
saur: Soccinus in l. 3. §. Nera-  
tius, num. 6. ff. de Acquir. possess.  
Quam opinionem veriorem  
existimavit Decius in l. 1. num.  
61. ff. de Acquir. possess. sequi-  
tur Valascus de Emphyt. quest.  
15. num. 2. & 6. Quoniam ju-  
ra de sola inventione mentio-  
nem faciunt: focus de occupa-  
tionē. Idcirco hanc magis re-  
ceptam opinionem dixit Avé-  
dañus lib. 1. de Exequend. mād.  
Reg. Hispan. cap. 4. nu. 33. ver-  
sic. Licer: & hoc esse receptum  
dixit quoque Platea in §. The-  
sauros, nu. 79. Institut. de Rer.  
divis. & ibi Portius num. 29.  
quos ad hoc comprobandum  
refert Oroz, teste Gutierrez  
lib. 4. Practic. quest. 36. num. 31.  
vers. Contrariam opinionem.  
Ideò suspicantur fieri, ut si 20  
Thesauri inventor in alieno  
solo Thesaurum inveniat, di-  
midium domino loci præstare  
teneatur: ac proinde merito,  
ut Thesaurum visu, ac conspe-  
ctu acquirat relevetur: aliarū  
rerum inventor, quæ in bonis  
nullius sunt, à dimidii præsta-  
tione sublevetur: ideoque non  
gravetur immerito, ut non so-  
lùm videat, sed etiam ut ap-  
prehendat, & occupet, ut vi-  
dere est apud Cynum in l. Li-  
cer, C. de Acquirend. possess.

## 166 Don Leonardi Gutiérrez de la Huerta

Joannem Fabrum in §.Item lapilli, num. 2. Institutionib. de Rer. division. Contrariam qui-  
21 dèm sententiam plerique Do-  
ctores amplexantur, nimirum inventionis Thesauri formam, non tantùm in videndo, sed in apprehendendo, & occupando consistere, præcipue Dynus, & Ravanus, adducti à Cyno loco supra relato; ubi adversam sententiam haudquaquam veterem, sed à modernis quibusdam adinventam fuisse autu-  
mavit Jacobus de Arena rela-  
tus à Bart. in l. Nunquam, 31.  
§. Thesaurus, ff. de Acquirend.  
rer. dominio; Bartolus ipse in  
l. i. n. 17. & 18. ff. de Acquirend.  
possession. Zasius in l. 3. §. Nerati-  
us. num. 14. & 15. ff. de Ac-  
quirend. possession. & ibi Iason n.  
9. & 10. Alciatus in l. i. num.  
55. ff. de Acquirend. possession.  
Castrensis in l. 3. §. Neratius,  
n. 3. ff. de Acquirend. possession.  
Faber in §. item lapilli, num. 1.  
& 2. Institutionib. de Rerum  
division. Alvarott. in cap. unic.  
num. 8. tit. Quæ sint regalia. Ob-  
rectus disputation. de Domin.  
& mod. acquirend. natural.  
thes. 106. & disputation. 2. de  
possession. thes. 235. Quibus o-  
mnibus ad stipulari quimus  
nostrum Gomesium in l. 45.  
Tauri, num. 47. ubi hanc op-  
inionem communem retur, &  
communem, receptioremque  
suscipitur Barbosa in l. Divor-

tio, 8. §. Si fundum, num. 35. ff.  
Salut. matrim. Platea in l. unic.  
col. 3. vers. Item quaro, quando  
dicatur invenisse, C. de The-  
saur. Sixtinus de Regalib. lib. 2.  
cap. 21. num. 69. Alexander in  
l. i. num. 76. & 77. ff. de Ac-  
quirend. possession. Berlichius  
concl. 66. num. 23. p. 2. Einsidel.  
de Regalib. cap. 3. in fin. Afflict.  
cap. unic. §. fin. num. 2. tit. Quæ  
sint regal. Bursatus consil. 209.  
num. 11. lib. 2. & sentit quoque  
Divus Thomas 2. 2. q. 66. art. 4.  
ad 1.

Hanc opinionem oppugna-  
re possent textus in §. item si  
quis merces, Institutionibus de  
Rerum division. text. in l. Clas-  
sibus ff. de Contraend. emption.  
text. in l. i. §. pen. in fin. ff. de Ac-  
quirend. possession. text. in l. 2. C.  
de pericul. & commod. rei ven-  
dit. Quibus in locis habetur  
dominium rerum in horreo  
conditarum absque ulla tradi-  
tione, seu apprehensione in-  
emptorem transire. Cui oppu-  
gnationi, illius opinionis asse-  
cuae respondent, id fieri ex fi-  
ctione juris, per quam, claviū 23  
traditio operatur, quasi occu-  
pationem, & gerit vicem rea-  
lis apprehensionis, ac traditio-  
nis, per quam possessio recte  
solet acquiri, ut soluit Sixtinus  
loco relato.

Nec magis obsistit textus in 24  
l. Nunquam, §. Thesaurus, ff.  
de Acquirend. rer. domin. quam

ut text. in *l. Peregrin.* 40. ff. de *Acquirend. vel amittend. possession.* Siquidem §. *Thefaur.* neutquam mentionem facit possessionis, apprehensionis, nec aspectus, sed tantum definit *Thesaurum*, & generaliter dicitur ejus esse *Thesaurus*, qui eum invenit. Nihilo plus habet negotii text. in *l. Peregrin.* nam ibi agitur de pecunia custodiæ causa in terra celata, & abscondita, quæ impropriè dicitur *Thesaurus*, ut latè dixi in Cap. 10. lib. 1. Et ideo Jurisconsultus respondit, talis pecuniæ celatorem, minimè ejus dominium amittere, possessionemque, quam antea habuit plenissimè retinere: Quocirca apprehensione opus non esse. Sin autem aliis quidam in meo aliquid condidisset, non aliter me possidere, quam si ipsa possessionem supra terram adeptus sim; & ea ratione vera apprehensio in illo casu requiriatur. Nec opponitur text. in *l. 1. §. penult. versic.* Non est enim, ex *l. Quod meo, §. Venditor.* ff. de *Acquir. possession.* Quippe ibi, ut ait Iason in *l. 3. §. Neratius n. 9.* & Albericus de Rofate num. 2. agitur de re, quæ non est in nullius bonis; sed in alterius dominio, & volente domino in aliud transfertur, ut voluit Sixtinus *lib. 2. de Rega-* *lib. cap. 21. num. 66.* Et 67. Ubi observat, quod de necessaria

apprehensione possessionis in dominio *Thesauri* ab inventore acquirendo ad alios, qui non invenerunt & totum, vel partem, secundum ea, quæ retulit nanciscuntur, extendendum non esse, cum in his nulla requiratur apprehensio, cum dominium exemplò ad eos attineat, postquam inventor possessionem adeptus est: *juxta dispositionem text. in §. Thefauros, versc. At si quis, Institut. de Rer. divis.*

Hæc porrò sententia, quæ 25 pro *Thesauri inventionis forma apprehensionem* cupit, solido fundamine fulcitur; nimirum, quod *Thesaurus* nulla alia ratione inventoris sit, quare, quæ in nullius bonis sunt, hæ naturali ratione non aliter acquiruntur, nisi apprehensio ne occupentur: text. in *l. 30. §. finff. de Acquirend. rer. domin.* Idcirco optimè Bitschius *cap. 2. §. 3. pars. 1.* *Thesauri inventionem* definit, quod sit Occupatio pecuniæ antiquitus de 26 positæ; quoniam occupatio est vacua possessionis apprehensio, ut habemus in *l. 1. §. 1. ff. de Acquirend. possession.* Et cum *Thesaurus* in nullius bonis effe dicatur, sequitur occupantis, seu apprehendentis fieri, *juxta doctrinam text. in l. 3. l. 7. §. 3. l. 30. l. 31. §. 1. ff. de Acquirend. rer. domin.* §. 12. versic. *Quod enim, §. 22. Institut. de Rer.*

27 *Rer. division.* Et hæc est illa naturalis æquitas, quam Adria-nus Imperator sequutus fuit, cùm Thesauros eis tribuit, qui eos inveniunt, text. in §. *The-sauros. Institutionibus de Re-rum divisione:* Cui fundamini accedere ad exuberātiā potest, text. in l. si *Barfatoram.* 13. *C. de fidei usoribus:* qui à ple-  
28 risque in hanc sententiam ad-duci solet, quo inventus latro non dicitur, nisi apprehensus, ut cumque fuerit conspectus.  
29 Bitschius rem in universum perpendens, inter popularem hujus verbi usum, & τεκιλογιχοις hoc est juridicum, distinguen-dum arbitratur: cumque in hac acquisitionis materia con-sideratum, vel ut cū Juris cō-sultis nostris loquatur, an ad factum, seu facti demonstra-tionem; an verò ad jus, sive le-ges civiles verbum *Invenire* referatur. l. 4. ff. *de Servitus. prædior. urbanor.* l. 41. ff. *de Pe-cul.* Thesaurum, qui vidit tan-tum, invenisse illo respectu re-ctè dicemus. Hoç autem non nisi eum apprehenderit, & oc-cupaverit, existimabimus in-venisse. Quapropter in prori illa adducta sententia, Glossa-tores, Juris quoque consultos errasse dixit Bitschius. Cæ-te-ros quidèm vulgariter, & abu-sivè, haud artificiosè, & juri-dicè vocabulo inveniendi usos fuisse attestatur: quem verbo-

rum abusum apud alios Au-tores & excusabilem, & fre-  
quentem asseverant: ut cum Relegatum pro Deportato, 31 Tuorem pro Curatore, Tute-lam pro Curatione, usurpare solent. Cujacius in l. 8 ff. *de Ex-cusationibus.* Cum verbo VO-LO in imperandi sensu utun-tur. Idem Cujacius ad Papi-nianum lib. 19. *question. ad l. 13. §. 1. de Jure Codicillorum;* Cum communia vocet ea, quæ pro-  
priè dicuntur Publica: Brisso-nius lib. 3. *de verborum signifi-catione, verbo, Communia. Har-menopulus lib. 3. proutuar. tit. 8.* Quoniam nomina cognationū apud varios variè usurpantur, ac confunduntur, ut videre, est apud Albericum Gentilem lib. 5. *de nuptijs, cap. II.*

Non solùm ad veram The-sauri acquisitionem inventio-nem per visum sufficere vo-luit eruditus Amaya in l. unic. n. 34. *C. de Thesaur lib. 10. verùm copulativè ad acquisitionem.* Thesauri, inventionem, & ap-prehensionem requiri relato-loco affirmavit. Et ejus placiti fundamenta exhaurivit ex verbis prædictæ l. unic. *de The-sauris ibi: Thesaurum querere, & invento, uti liberam tribui-mus facultatem.* Et hujus rei ratio esse potest, quoniam res minimè inventa dici potest, nisi fuerit apprehensa, secu-n-dum regulam text. in l. si *Bar-*

- ferendum idonea mihi jam  
antea traditum esse falsò puta-  
verim , ut dicit Bitschius , &  
retinendi habuit voluntatem.
- 53 Quapropter nec Bœotus ille  
Thesaurum invenisse dicetur,  
si visus sine apprehensione ad  
inventionem sufficeret, qui cū  
in Thesaurum incidisset, crure  
sublato præteriit , & asperna-  
tus fuit: quasi ad se jam septua-  
genarium nihil attineret , de  
quo Stobæus serm. 12. Nec qui
- 54 in agro alterius Thesaurum  
inventum occultavit, si vel  
maximè celando cōrectavit,  
vel loco amovit, eum propriè  
& cum effectu loquendo inve-  
nisse dicetur . Nam animo , &  
opinione dominii per hujus-  
modi apprehensionem , & oc-  
cultationem acquirendi desti-  
tutus ; & demum per emptionem  
agri Thesaurum acquisi-  
curus, de quo Matthæus cap.13.  
55 vers. 44. Nec demum emptor  
ille apud Divum Chrysostomum, licet loco movisset The-  
saurum, in quem fodiendo in-  
ciderat, pro inventore , adeo-  
que domino Thesauri habebi-  
tur ; quoniam non eo animo  
loco movit, sed tanquam ad  
venditorem pertinentem , ei-  
que restituendum , ut videre  
est apud Bitschium cap.4. §.79.
- 56 Unde tenendum firmiter  
est, requiri non solum inven-  
tionem , ac apprehensionem  
copulativè, ut poscūt Bitschius
- de Thesaur. in appendic.ad l.  
3. S. Neratius , ff. de Acquirēd.  
possess. S. 100. Gutierrez lib.4.  
Practicar. quæst. 36. num. 30.  
Amaya in l.unica,num.34. C.  
de Thesaur. verum etiam exi-  
gitur amotio, cum amotio, si-  
ve ablutio Thesauri esse oport-  
teat, ut cum effectu apprehe-  
sus esse dicatur Thesaurus, ut  
tradidit Donellus lib.4. Com-  
ment. juris civil. cap. 25. & ibi  
Ossualdus, Cynus, Albericus,  
& Baldus in §. Item lapilli, In-  
stitut.de Rer.division. Amaya ,  
& Gutierrez locis citatis , Bar-  
bosa in l.Divortio , 8. §. Si fun-  
dum, 34. ff. Solut. matrim. cum  
ceteris relatis à Guidio de Mi-  
neralibus lib.3. sit. 10. quæst. 38.  
num. 46.
- Hujus veræ cunclusionis fü-  
damenta clarissima de promū-  
tur ex text.in l.3. §. Neratius,  
ff. de Acquirēd. possesson. his  
verbis: *Nec aliàs, eum, qui scit  
possidere, nisi loco motus sit.* Et  
alibi habemus hęc verba: *Qui-  
dam putant Sabini sententiam  
veriorem eſe : nec aliàs eum,,  
qui scit, possidere, nisi si loco mo-  
tus sit: quam legē latissimè, ac  
sanè prolixè commentatus est*  
Bitschius in Appendix.ad opu-  
scul. de Thesaur. Quibus ex  
verbis elicetur, neminem pos-  
sidere Thesaurum , nisi appre-  
henderit per amotionem , &  
asportationem; cum LOCO-  
MOVERE sit extra suum gra-

dum, & fines rem movere, secundum sextum in l. 3. ff. de *Termino mai.* Idem quoque desumitur ex text. in l. 13. ff. ad exhibend. ibi : *Cum cum loco non moveris.*

*Quæ quidem sententia non solum juris expressis fundamibus fulcitur ; verum etiam urgenti quoque ratione comprobatur : nempe quoniam 58 quandiu Thesaurus est in illo loco, in quo ab initio reconditus fuit, dicitur adhuc esse in bonis nullius, & sic remanere, in sua naturali libertate, quam rationem adducunt Connatus lib. 3. *Comment. jur. civil. cap. 4. num. 1.* Gutierrez lib. 4. *Practicar. quæst. 35. num. 30.* Et 31. Barbosa in l. *Divortio*, 8. 5. Si fundum, num. 34. *versic. secundò limita*, ff. *Solut. matrimon.* Amaya in l. *unic. num. 34.* Et 35. C. de *Thesaur.* Et ideo etiam illud **LOCO MOVERE** sèpè repetit, & inculcat Duarenus in dicta l. 3. 5. *Neratius*, volens, 59 ut saltēm in conspectu ejus ponatur, qui possidet, & vult possidere, & acquirere.*

60 Huc nimioperè cōfert text. in l. *Peregrè*, 44. ff. de *Acquirend. possession.* ubi habentur hæc verba : *Non alias possiderem, quam si ipsius rei (scilicet Thesauri) possessionem supra terram adeptus fuissim.* Ubi Glossa notat, *Et sic effossi, & ex loco moti.* Et expressius Iason

nam. 10. amotionem à loco requiri apertissimè ostendit, dum dicit, quod requiritur corporalis apprehensio Thesauri, & amotio à loco. Et cum omnes fermè DD. unanimiter afferant, ad acquirendum Thesaurum, præter inventionem requiri quoque apprehensionem, ut latè probavimus; sequitur, quod etiam amotio à loco poscatur, 61 nam eò ipso, ut dicitur apprehensio, intelligitur amotio rei, seu contrectatio, quia appre-62 hensio importat capturam rei, vel personæ, ut deponitur ex text. in l. 3. ff. ad *Leg. Aquil.* Ubi Ulpianus dicit, *Si autem cum posset apprehendere, voluit occidere, magis est, ut injuria fecisse dicatur.* Et apprehensio traditioni assimilatur, ut habe-63 mus in l. *penult.* ff. de *V sucap. prolegat.* l. *Qua ratione*, 5. *Hoc amplius.* ff. de *Acquirend. rer. domin.* ut ex Spiegelio notavit Calvinus in *Lexic. jur. verbo, Apprehensio.* Unde cavendum est à Guidio de *Mineralib. lib. 3. tit. 10. quæst. 38.* ubi malè di-64 xit, quod si ego, & tu transimus per aliquem locum, ille, qui primò viderit Thesaurum, ipsum lucratus sit; quanquam non ipse, sed alius apprehenderit primò, sive occupaverit. Nam ejus opinio facili negotio confutatur. Siquidem receptior, ac communior sententia Doctorum est, ut ad lucrā-

65 dum Thesaurum requiratur copularivè inventio, & apprehensio, ut idem Guidius paulò post ex plorium auctoritate confirmat, & apprehensio dari non potest, nisi motio à loco sequatur. Igitur licet tu primò Thesaurum videris, si ego eū postea apprehenderim, meus erit, quod hoc modo probatur.

66 Haud in dubium revocabundum est, Thesaurum esse in bonis nullius, & sic de jure naturali fieri apprehendentis, seu occupantis, ut recte docuit Amanya in l. uncie. num. 6. C. de Thesaur. lib. 10. Guidius l. 3. de Mineralib. qu. 4. tis. 10. Gutierrez lib. 4. Practic. quast. 36. num. 1. Arniseus lib. 3. de Jur. Majest. cap. 6. num. 21. Veluti animalia, quæ mari, Cœlo, & terra nascuntur, quæ simul atque ab aliquo capta fuerint, jure gentium exemplò illius incipiunt esse; quoniam quod ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, ut habetur expressè in §. Fera, 12. Institut. de Rer. division. Nec

67 obest, ut primò Thesaurum videris, si alius postea occupaverit, quia res, quæ sunt in bonis nullius, non sunt, nisi accipientis: cum licet videoas Thesaurum, atramen multa accidere possunt, ut eum non capias, ut dixit Justinianus in §. Illud quassum est. Institut. de Rer. division.

Quibus ex omnibus ab hac 68 opinione recedendum nō est, cuius vera resolutio pender ab intellectu text. in l. 3. §. Neratius, ff. de Acquirēd. poffeffion. Quem §. Neratius, luculenter 69 explicat, ac more suo subofcure Bitschius de Thesaur. in appendic. ubi in §. 100. amplectendo nostram communem sententiam Thesaurorum cōfusissimo operi finē imposuit.

## SUMMARIUM.

1. *Damon nec in bona, nec in corpora, fortunafve nostras potestatem ullā habet: quicquid Lutherus blateret.*
2. *Damonis potestas est Dei providentialis ligata.*
3. *Damonis potestas quandoque Deo permittente, relaxatur.*
4. *Ovidii locus appositus.*
5. *Torreblanca justis ornatur praconijs.*
6. *Divitiarum cupidinc boniennes Damonem aderunt.*
7. *Damon, Dea permittente, opes, Thesaurosque donare potest.*
8. *Damon Thesauros omnes absconditos novit.*
9. *Damon Antichristo, ad impios usus, ex hominum deceptionem, ingentes affervat Thesauros.*
10. *Delrii sententia de Demonis potestate, quod attinet ad The-*

- Thesaurorum largitionem.
- 11 Nequit Demon (etiam Deo permittente, ut supponendū) ullam veram pecuniam materiam producere, nec ei veram formam dare, Damhouderio docente.
  - 12 Demon Thesauros absconditos, & in mari submersas dicitias, auri, & argenti fodinas, sumere potest.
  - 13 Ex cuiusvis scrinio an possit demon pecuniam subducere.
  - 14 Fuit, qui magicis pecunijs exercitui stipendia prabuit.
  - 15 Poteſt demon ſuos ditare, ſi Deus permiferit: & quid ſi Deus juberet, & ipſe nollet.
  - 16 Rarò demon ſuos ditat, Deusque id permifit rariſſimè.
  - 17 Peccat, qui Thesauros invenire peroptat, vel futura praescire.
  - 18 Demon pecuniam largitur, non ut ditet, ſed ut decipiat.
  - 19 Pecunias accipiens à Demonē, excusso ſacculo, carbones invenit.
  - 20 Faustus, & Agrippa Magi, cauponibus numis deluforijs imponunt egregiè.
  - 21 Thesauripeta ſemper pannifi.
  - 22 Nihil ex ijs, qua promietis Demon praſtare potest, Pſello tradente, ſed viſu tantum inania pediſſequis ſuis, per Magorum praſtigias, patet facere.
  - 23 Dogma firmatur exemplis, à Remigio, oculato teste, relatis.
  - 24 Aliud Delrii exemplum.
  - 25 Diabolus gaudet homines decipere, & eos ad iracundia pertrahere.
  - 26 Thesaurorum ſcrutatores ſapere Demon metu exanimavit, vel immaniter neci dedit.
  - 27 Res exemplo firmatur.
  - 28 Aliud exemplum.
  - 29 Aliud de quodam Cive Basileensi.
  - 30 Aliud de quodam Margellina Priore.
  - 31 Saracenus quidam, Rugerio Northmanno N capoli Principante, Thesaurum inventiſſe fertur, ſi fides Collenucio: factum expenditur.
  - 32 J.C. Ageta celebratur.
  - 33 Nequaquam credendum, Demonem posſe Thesauros dare.
  - 34 Solus Deus ditare potest.
  - 35 DEVS à dando, & Jupiter à juvando nuncupatur.
  - 36 Malos Deus ditat, & cur.
  - 37 Bonos cur Deus ditet.
  - 38 Diabolus de ſuo, quod det non habet.
  - 39 Maleficos demon odio prosequitur.
  - 40 Inventio magica Thesauri ad Sathanam referenda, nō ad Deum.
  - 41 Multi Thesaurorum ſcrutatores, nulli repertores, Cesalpini

- 15 quæst. 12. num. 10. asseveret,  
posse Dæmonem suos ditare ,  
si veller, & Deus permiserit,
- 16 & si Deus juberet, & ipse nol-  
let: invitus enim Deo cogere-  
tur obtemperare: sed nec nisi  
rarò id Dæmon vult: nec Deus  
unquam jubet : permittit ve-  
rò nonnisi rarissimè , & varias  
ob causas Thesauros donat ,  
ut docet Psellus *de Collat. aur.*
- 17 Quocirca doctissimus Nie-  
remberg. tom. I. Oper. moral.  
I. part. Prax. Cathec. Roman.  
lect. 10. existimat peccare Ne-  
cromantes, & Haruspices, tri-  
buendo Dæmoni honorem.  
Deo debitum , per cuius Dæ-  
monis medium incautè res fu-  
turas vaticinari, ac Thesauros  
invenire augurantur.
- 18 Ast animadvertisendum est,  
id non facere , quia vult ho-  
mines ditare , sed potius deci-  
pere , ut notat Torreblanca.  
*lib. 2. de Magia cap. 13. nu. 47.*  
Ut illi, qui accepta dono à Dæ-  
19 mone pecunia, donum gestas  
prope reddit , ut numeraret  
pecunias: sed sacculo excusso,  
nil nisi testas , & carbones in-  
venit , ut refert Remigius *lib.*  
*1. de Monol. cap. 4.* Fama Fau-  
20 stum , & Agrippam refert,  
cum iter facerent in diverso-  
riis solitos nummos ad oculū  
sinceros hospitibus numerare;  
quos, qui receperant, post pau-  
culos dies frustra cornuum,  
& scruta vilissima reperiebāt;

ut præter Damhouderium  
retulit Anan. *lib. 4. de Natura*  
*Dæmonum.* Sed certius certò  
est , ut Deus non finat Dæmo-  
nem ditare homines , ut in  
Thesaurorum investigatori- 21  
bus splendescit, qui opimas si-  
bi divitias pollicentes, paupe-  
riores, & sordidiores fiunt. *cap.*  
*Firmissimè, de Hæreticis.* Ut  
plurimum Dæmon decipit  
Thesaurorum perscrutatores;  
quoniam, ut dixit Psellus *de*  
*Collationib. auri*, nihil eorū ,  
quæ Diabolus promittit , ex 22  
se præstare illum posse, sed vi-  
su tantum inania suis cultori-  
bus præbere . Quod ut magis  
nobis fiat clarum , haud pi-  
geat huc exemplum quoddam  
adducere, quod nobis scriptū  
reliquit testis ocu'atus Remi- 23  
gius *lib. 1. de Monolat. cap. 4.*  
his verbis : *Sennel armenta-*  
*ria Duzæ primo Kal. Octo-*  
*bris 1586. accepta dono à Dæ-*  
*mone, ut sibi videbatur pecu-*  
*nia, gestiens domum propere-*  
*redyit eam, ut numeraret; &*  
*excusso sacculo, nil nisi testas,*  
*& carbones reperiit. Cathari-*  
*na Mesensis Duzæ prid. non.*  
*Novembris 1586. Succardæ:*  
*Claudia Morelia Serra 3. non.*  
*Decembris 1586. Benedictus*  
*Drigeus Haracuria 18. Kal.*  
*Januar. Dominica Petronina*  
*Pangei 13. Kal. Novembris*  
*1586. ac plerique alij arbo-*  
*rum folia . Joanna à Banno*

Mannerii 3. non. Julii 1585.  
 Cum nummum aureum charta involutum in via reperisset, uti Damon eventurum prædixerat, atque eum marito cupide ostentaret: advertit tandem non sine pudore pro auro nactam se calculum ferrugineum, qui etiam contactu primo facile in frusta desiliret. Vna Catharina Ruffa Vellez ad Mosellam 5. Kal. Augusti 1587. Agnoscit nimnos se tres semel ab eo sine fraude accepisse. Quæ exempla Remigii libuit hic quoque narrare, quoniam Tabellionū publica fide sunt contestata,

24 ut refert Delrio loco citato: ubi aliud quoque exemplum retulit de quadam Nobili Matrona Mosellana, quæ ob sorciarium crimen, apud Aquas confluentes flammis tradita, plenam scutatis dederat fiscellam, ut videbatur. Illa reposuit in arcam, & cum uti voluit, loco numismatum, finum reperiit equinum; quoniam Diabolus gaudet homines decipere, & eos ad iracundiam pertrahere. Et multoties homines vana inveniendorū Thesaurorum spe, & contra humanas etiam leges perscurari persuaserit, secundūnū text. in l. unic. C. de Thesaur.

25 26 Tum eos, vel metu exanimet, vel immaniter occidat. Thenet. lib. 8. Cosmogr. cap. i.

ab oculato teste acceptum 27  
 narrat de quodam Macriano Græculo, eū dum in Paro Insula Thesaurum quereret, à terra absortum fuisse. Alterū adnotatione dignum refert 28 Delrio lib. 2. quast 12. num. 10. his verbis: Circa annū Christi 1520. Basilea quidam Sartor, ingenio simplex, voce balbus incertum qua arte cryptam illam, quæ Augusta Rauracorum patet, ingressus, & ulterius, quam ulli alii unquam potuerant progressus, miranda quadam spectra referebat. Cereo consecrato accenso in cryptam descendens, primo per ferream portam se transivisse ajebat: Inde ex una concameratione in aliam, atque etiam in hortos pulcherrimè virentes. In medio aulā magnificè ornatam spectari, & virginem formosissimam pubetenus, aureo diadema caput cinctam, crinibus solitus infernè in horridum serpētem desinentem; à qua manu ad scrinium ferreum deductus fuerit. Scrinio duos molofos nigros incubare, & terribili latratu accidentes arcere. At Virginem minabunda simile eos compescere. Tum clavium fasce, quem collo alligatum gestaret, soluto, arcam recludere, & omnis generis numismata, aurea, argentea, aera depromere. Quorum non pau-

ca liberalitate virginis ex ipso  
crypta se retulisse ostendebat.  
Addebat, virginem narrare  
solitam diris imprecationibus,  
se cum regio esset orta stem-  
mate, tam olim, devotam in-  
tale monstrum mutatam fui-  
se; neque aliam salutis recu-  
peranda rationem superesse,  
quam si ab illibati pudoris  
adolescente ter deosculata  
fuisse; tunc enim formam  
pristinam sibi restitutum iri,  
et dōsis nomine Thesaurum  
omnem, quo eo loci lateret, li-  
beratori cœssurum. Affirma-  
bat quin etiam bis se virginem  
deosculatum: bis tam hor-  
ribiles gestus in ea præ gaudio  
sperata liberationis observas-  
se, ut sibi ne vivus ab ea diser-  
peretur, metuendum fuerit. A  
quibusdam nepotibus in ga-  
neum deductus, nequaquam  
postea aditum ad cryptam in-  
venire potuit, nedum ingredi.  
Hujusmodi casus eventus nar-  
ravit quoque Stumphius in  
*Chron. Helv.* Post aliquot an-  
29 nis aliis Basileensis Civis eā-  
dem Cryptam ingressus, ut  
familia suæ paupertatem le-  
varet, existimans ingentes re-  
perire Thesauros; nil nisi ca-  
daverum humánorum ossa  
invenit: & extemplo horrore  
corruptus, intemperiis actus  
fuit, donec tertia die miserè  
obiit, ut idem Stumphius lo-  
co supra memorato refert. Et

quidam Margellinæ Prior cū 30  
duobus sociis fossam quandā  
in spelunca Regis Salai The-  
saurorum causa prope Puteo-  
los ingressus interiit, ut am-  
plius visus non sit, ut attestat-  
tur Villamont. in lib. 1. Itinerar.  
cap. 23.

Hæ sanè Dæmonis divitiae  
vanæ, ac elusoræ sunt, ut exē-  
plis relatis apparet, ideoque  
fugiendæ, licet aliquos homi-  
nes, Thesauros opera Dæmo-  
nis, artibusque magicis inve- 31  
nisse dicatur: Ut evenit Sar-  
raceno illi, qui Guiscardi Nor-  
manni temporibus in Apulia  
Thesaurum invenit, referen-  
te Colennuccio lib. 3. Histor.  
Neapol. Ast nequaquam cre-  
dendum est posse Dæmonem  
Thesauros donare, ut recte  
scribit doctissimus, ac erudi- 32  
tissimus Ageta ad Moles part.  
3. §. 18. num. 3. ubi nunquam 33  
Thesauros malis artibus inve-  
niri fatetur. Nam hoc solum, 34  
Deus facere potest; & ideo  
Deus appellatus fuit à Dando, 35  
ut Juppiter à Juvando, ut ex  
Tullio lib. 2. de Natur. Deor.  
docet Torreblanca lib. 2. de  
*Magia* cap. 13. num. 51. Omnia  
enim dat Dominus Deus, nec  
habet inde minus. Dei est ter-  
ra, & plenitudo ejus: ipse ape-  
rit manum suam, & implet omne animal benedictione:  
Ipse dat cuique, & non impro-  
perat: In sinistra ejus divitiae

& gloriæ. Malos quoque thesaurizat, ut ipsius bonitatem agnoscant, & ad Deum convertantur, vel aliqua eorum bona opera compenset, ut eniter de Cyro, & Nabuchodono.

37 sor. Ditat quoque & bonos, ut rectè utantur, & in opera misericordiæ divitias erogent.

38 Diabolus de suo, quod det non habet: & sanè maleficos pro.

39 sequitur odio, & tantum ut decipiat blanditur, ut ad æterna perducat supplicia: quod ut citius consequatur, non raro avaris spem Thesaurorum acquirendorum effingit. Id circò hujusmodi Thesaurorum inventionem, non ad

40 Deum datorem, sed ad Sathanam referendam esse asseruit Bitschius *de Thesauris cap. 4. §. 51. part. 1.* tum quia id rarò contingat; tum quia sæpe scrutatores ejuscemodi, aut interimantur à Cacodæmone, aut graviter lædantur, aut saltem deludantur, ut appareat ex Cæsalpino in sua *Dæmon. investigat. cap. 12.* ubi affirmat Thesaurorum quidem indagatores per magicas artes multos novisse; sed, qui assequuti fuerint compertum non habuit.

42 Pisis tentaverunt quidam suis temporibus effodere, sed rei difficultate victi ab opere

43 cessarunt. Tandem anno elapso locum, in quo Neronis ædificia extitisse ferunt, hodie

autem Sacris Virginibus dicatum, effodere ceperunt, ubi erat ingens Pini arbor: sed à Dæmonibus adeo infestati sūt, ut præ timore ab incepto desistere coacti fuerint: quo tempore multæ ex Virginibus locum habitantibus à Dæmone obcessæ sunt. Hinc exclamat Delrio lib. 2. *Disquisit. magicar. quæst. 12.* quid mirum, si hanc Thesauri scrutationem illicitam in suo solo fieri permiserant? In hoc mundo pœnam Deus infligit, ut in alia vita parceret. Et confert Bodinus lib. 3. *de Magor. Damoman. cap. 3.* Kloch. lib. 2. *de Ærario cap. 116. num. 28.* & ibi Pellerus in observationibus, Vilelpand. *de Magia lib. 2. cap. 13. num. 45.* Caramuel lib. 2. *de Lege moral. artic. 2. disputat. 1. num. 295.* Amaya in *L. unica, f. de Thesauris, num. 11.* Qui omnes asseverant nunquam opera Dæmonis invētos fuisse Thesauros; quoniam Diabolus effingit divitias alicui dare, ut illa spe homines avares, ac divitiarum siti flagrantes ad tartara trahat, cum sæpe plurimos scrutatores, ac querentes Thesauros opera Dæmonis novimus, sed qui assecuti fuerint ignoramus, ut rectè dixit Cæsalpinus loco supra citato. Nemo juxta sententiam Delrio prudentius, aut verius hanc Thesauroru

in:

inveniendorum opera Diabolii, insaniam clarius descripsit, ac exposuit Grillando lib. de Sortilegiis quæst. 3. n. 12. Cujus verba, cū sint ad disputationem nostram summoperè conducentia, liceat hic an-

**45** necltere. Arte huiusmodi ja-  
stant, se posse invenire The-  
fauros in locis valde remoris,  
et subterraneis absconditos,  
et quandoque inducunt ho-  
mines in talēm insaniam, ut  
foveas, quam ingentes confi-  
ciunt pro inveniēdis Thesau-  
ris huiusmodi. Exista vide-  
tur mihi, quod sit una ex tur-  
pioribus illusionibus, quas Da-  
emon homini faciat; quia in rei  
veritate, nunquam legi, vidi,  
nec audivi quemquam ex Ne-  
cromanticis, Magicis, aut for-  
tislegis huiusmodi aliquos un-  
quam invenerisse Thesauros, aut  
alias aurum, vel argentum;  
sed quamplures vidi huic ope-  
ri incumbentes, qui mirabili-  
ter conati sunt, vel experiri,  
qui post multos labores, et dia-  
bolicas observantias demum,  
nihil widerunt, nec invene-  
runt, nisi terram. Et ratio est,  
quia Deus non permittit, nec  
vult Daemonem posse thesauri-  
zare, quia alias sequeretur,  
quod isti Magici, Necromā-  
tici, ac ceteri diabolica fidei  
professores, effent ceteris Chri-  
stifidelibus ditiiores, ac prestā-  
tiores, ac quamplures repen-

rentur ex ipsis Christifidi-  
bus, qui animo ditandi profe-  
querentur illos, nec curarent  
Christianam ipsam posterga-  
re Fidem, ut magno Thesau-  
ro abundarent, et venerare-  
tur ab omnibus. Quinimò vi-  
demus hodie totum oppositū,  
quod isti Sortilegi, Magi, Ne-  
**46** cromātici, & similes, sunt cœ-  
teris Christifidelibus paupe-  
riores, sordidiores, & vilio-  
res: & in hoc mundo, Deo  
permittente, calamitosam vi-  
tam communiter peragunt,  
ut asseverat eruditus Ageta  
ad Moles part. 3. §. 18. num. 3.  
Ubi dæmones huiusmodi il-  
lusionibus credulos, ac simpli-  
ces tantum decipere tradit ex  
Grillando, Cæsalpino, & Tor-  
reblanca: demum verò infeli-  
ci morte pereunt, & æterni  
ignis incendio cruciantur. Et  
ea argutia, qua Daemon illos  
decepit, eadem, & similibus  
promissionibus, ipsi nos deci-  
pere student; sed non capiunt,  
nisi aliquos, qui sunt simpli-  
**47** cis cognitionis, & carent in-  
tellectu, & ratione, vel qui sūt  
nimium creduli, & curiosi, qui  
aviditate quadam impuden-  
ter appetunt scire ea, quæ nul-  
la ratione, aut honesta causa  
competit sibi investigare, ut  
idemmet Grillandus doctè  
prosequitur. Quibus exomni-  
bus detegitur, Dæmones, quā-  
vis Deo permittente, possent  
do-

donare, ac ostendere Thesau-  
ros; non dare eos, nisi fictios,  
ac elusorios rarissime demon-  
strare, ne homines opera Dæ-  
monis, malisque artibus ad  
eos inveniendos, perniciosis  
deprecationibus utantur, in-  
summum omnipotentis Dei  
omnium divitarum, atque  
Thesaurorum datoris con-  
temptum; & hac via à vera  
Christi Fide aberrarent. Ideo  
quæ Deus rarissimè, potiusve  
nunquam permittit, ut homi-  
nes opera Dæmonum inve-  
niant Thesauros.

Nec rationi congruum vi-  
detur, ut quod est propriè à  
Deo profectum, à Dæmoni  
recipiatur, siquidem, ut dicit  
Arnoldus lib. 3. de Jur. majest.  
cap. 6. num. 22. Thesaurus à  
48 Deo datus videtur: igitur ve-  
rè à Diabolo dari nequit. Cū  
49 Deus sit omnium divitarum  
dator, ut ipsemet confitetur,  
dum dicit: *Meum est argen-  
tum, meum est aurum, apud  
50 Agg. cap. 2. & Cyro Regi pro-  
mittit dare Thesauros absconditos, & arcana secretorum,*  
Ezai. cap. 45. Ipse est, qui dat  
beneficia de Cælo, dans plu-  
vias, & impletus cibo, & læti-  
tia corda nostra. Actor. cap. 14.  
Quod cuiquam dare sunt divi-  
tiæ, & opes, quod dominium  
concessum, ut inde comedat,  
& sumat potionem suam, &  
lætetur labore suo, hoc est do-

num Dei, ait Ecclesi. cap. 5.  
hæc benedictio Domini, sicut  
Jacob offerens de gregibus  
suis fratri: Accipe, inquit, de  
benedictione, quam mihi de-  
dit dominus: & confert Bodin-  
nus lib. 3. Damon. cap. 3. Et  
hos, qui arte magica, seu alia, &  
quavis superstitione, Thesau-  
ris inveniendis operam na-  
vant, credulos potius, quam  
curiosos vocat Caramuel tom.  
3. Theolog. fundament. lib. 2. de  
Leg. moral. art. 2. num. 295.

Extra chorūm autem haud  
saltabimus, si antegressæ quo-  
stioni aliā non minus dignam,  
quæ innotescat adnectamus: Num videlicet illo concessio,  
Dæmonem nempe posse quā-  
doque veram tradere pecu-  
niā, ea licetē retineri valeat.

Ajentem sententiam su-  
stinet Palaus, & Tamburri-  
nus; quem sequitur doctissi-  
mus P. Leander, Ethicæ-Chri-  
stianæ lampas, Hispaniæque  
jubar: cujus verba exscribere  
lubeat. In hāc ille rationē lo-  
quitur part. 5. Question. moral.  
tract. 9. disp. 3. quast. 40. An  
pecunia, aut alia bona exter-  
na arte Dæmonis comparata,  
possint à quovis retineri, eis-  
que uti licetē quis.

Respondeo, etiam ut cer-  
tum, Posse illa retinere, eisque  
uti, ac si à Deo essent divinitus  
concessa: dummodo poeniteat  
prius peccati, quo acquisita  
fue-

fuere; & à Dæmone in conservari non pendeant, nec sint ab aliis sublata. Hæc ille.

54 Verissima semper tamen mihi est doctrina tradentium, Dæmonem in hoc perinde, atque in aliis mendacissimū. Promittit quippe, ut cadant incauti, & cadant antequam tradat: quod ex suomet ore hauriat quicunque aures habent audiendi. Hæc enim, *Omnia tibi dabo: dixit versutissimus servatori, quem ex fame laborantem in deserto tetabundus adiit: si cadens (advertisite vafritem) adoraveris me. Quamobrem sapientissimus Joh. Laurentius Anania de Natura Daemonum lib.4. ubi annuit quibusdā insipientibus Dæmones, quæ vulgo fortunæ munera appellant ostendisse, hoc pacto inde sequitur: Quod tamen non sic accipiendum, quasi hi spiritus divitüs aliquem pro arbitrio cumulare, & spoliare queant: et si interdum aliquid pecuniarum adjecisse reperti sunt, sed quod ijs homines fallant, ac tentent, oppugnatum veniant; cum ijs affluent, facili momento, libidinis, ac superbia vitijs se dedant.*

## SUMMARIUM,

1 Artem magicam inveniendi  
Thesauros supponit Cara-  
muel.

- 2 Dari superstitiones, & neficia, idem fatetur, sed non adeo frequentes.
- 3 Diocletianus, & Maximianus artem-magicam, seu divinatorm probibent.
- 4 Magia naturalis, quid.
- 5 Magia naturalis haud damnata.
- 6 Non licet artibus-magiciis Thesauros vestigare.
- 7 Ratio.
- 8 Ars-magica divina lege proscripta: Christiana pietatis exosa: humanis statulis per omnes atates explosa.
- 9 Hebrai Magos expellunt.
- 10 Romani S.C. artem-magicam abolere nituntur.
- 11 Scytha, quaratione Magos puniant.
- 12 Plato in sua Rep. Magos capite plectit.
- 13 Athalaricus in magos severissimus.
- 14 Theodosius, & Valentinius mathematicos ab Vrbis aspectu exterminant.
- 15 Magica artis consciū summo supplicio affecti: magi ipsi vivicomburio damnati: libri magica-artis prescripti
- 16 Summi-Pontifices R. magicas-artes justissimis pœnis insectantur, ac lancingant.
- 17 Catholici Hispaniarum Reges Magos cœciunt.
- 18 Magi, quanvis nullum inferant damnum, puniendi.
- 19 Haruspices, Sagaque, rius anti-

184 Don Leonardus Gutierrez de la Huerta

- animos ad impensas, ac flagitia compellunt.*
- 19 *Tiberius-Cæsar savit in Magos.*
- 20 *Joanna puella ab Anglis exusta.*
- 21 *Quibus pœnis in jure nostro Magi afficiantur.*
- 22 *Luciani locus perbellus.*
- 23 *L.unic. C.de Thesaur. verus intellectus.*
- 24 *Philo, qui artem-magicam vocet: qui Arnobius, qui Lactantius, qui Cassiodorus.*
- 25 *Qui de pœnis in magos inflatis fuso agant calamo.*
- 26 *De vanitate, &c technis Magorum, qui memoria prodider.*
- 27 *Egregie imponit Damon Thesauros quiritantibus.*
- 28 *Magicis artibus dediti misserrimè pereunt.*
- 29 *Damon quandoque vestigatiibus Thesauros demonstrasse, haud planè incredibile.*
- 30 *Historia Saraceni à Statua cuiusdam epigraphe moniti, quo ductu Thesaurum in Apulia reperit.*
- 31 *Quod magicis artibus quandoque tribuitur, melius prudenter tribuendum.*
- 32 *De Fortunata-virga dubium notandum.*
- 33 *De Virga-mercuriali varia.*
- 34 *Qui facile magis credunt, facile decipiuntur.*
- 35 *De Nerone historia.*
- 36 *Carolus V. Cæsar Cornelio Agrippae, ac duobus aliis nobilibus Aula, ditinioneque sua interdixit, quanvis spē illi ingerere tentassent inveniendorum per magicam artem Thesaurorum.*

Artibus magicis, an sit licitum Thesauros quærere.

C A P. III.

**A**rtem magicam inveniendi Thesauros dari, sapponit subtilissimus Caroluel lib.2. Theolog fundamental. art.2.num.295. At cum de altis nominibus, Thesauris inveniendis, domibus transportandis, & ejusmodi magicis miraculis differentes vidit Auctores, subrisisse fatetur; eos potius credulos, quam curiosos existimans. Superstitiones, beneficiaque dari neutiquam abnegat; sed adeo frequenter difficitur; cum artem magicam, seu divinatoriam expressè prohibeant Imperatores Diocletianus, & Maximianus in l. Artem, 2. C. de Malefic. & mathemat. & in l. Multi Magici, 6. C.eod.titul. Magia naturalis, eodem Carramuele attestante, est inda-

gatrix rerum arcanarum , & hodie est in pretio . Ast non adsequitur omnia , & aliam artem magicam admittēdam non esse annotavit . Plura de artibus superstitionis scribuntur, quæ nulla sentiit; ideoque 5 magiam naturalem haudquam damnandam retur . Non 6 liceat artibus magicis Thesauros quærere docemur ex Constitutione Leonis Imperatoris in I.unic. C.de Thesauris, ibi : *Dummodo sine sceleratis, ac puniendis sacrificijs, aut alia qualibet arte legibus odiosa : & asseverant quoque Bitschius de Thesauris part. 2. §. 220. Amaya in dicta I.unic. num. 11. Delrio lib. 2. Disquisition. magiar. quast. 12. n. 10.*

7 Et ratio est, quia in hujusmodi inventione Thesaurorum per artem magicam , semper datur Dæmonis invocatio , vel saltem deprecationes, seu superstitiones Legi nostræ Catholicæ reluctantes . Idcirkò nacritò non licet Christifidelibus Thesauros arte magica 8 quærere: nam ars magica non solum divina lege vetita est, ut habetur in Exod. cap. 22. vers. 18. ibi: *Maleficos non patieris vivere . Levitic. cap. 19. &c. 20. ibi: Vir, vel mulier, in quibus spiritus Pythonicus, vel divinus fuerit, moriantur, lapidibus obruet eos. Deuteronom. cap. 18. lib. 4. Regum*

*cap. 1. Paralipomen. 2. cap. 33. & etiam Christiana pierate, ut docet Divus Augustinus lib. 4. Confessionum cap. 3. Verum tum humanis , tum positivis statutis per omnes 2tates rejecta, & odio habita est; & apud omnes nationes prohibitam esse scimus . Apud Hebræos 9 patet ex Levitic. cap. 19. vers. 31. ibi: *Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sci- temini .* Et ex lib. 1. Regum cap. 18. &c. lib. 4. cap. 23. Apud Romanos refert Cornelius 10 Tacitus lib. 2. Annal. facta fuisse Senatus-consulta de Mathematicis, Magisque Italia pellendis . Apud Scythas elicitur ex Herodian. lib. 4. quod Magos plectabant pedibus cōpliatis , manibus revinctis post terga , ore obstructo eos in medio farmētorum exten-debant, quibus plastrum concameratum refererant; deinde igne supposito concremabant . Et suavit in sua Republica Plato lib. 11. de Legib. ut morti traderentur . Et per o- 12 mnis Ævi tempora omnium Nationum magnos Principes, idem fecisse legimus, ut id Dæmoniorum genus à suis expellerent Urbibus . Sic Athalari- 13 cus apud Cassiodorum lib. 9. epist. 14. Maleficos , vel eos, qui ab eorum nefariis artibus aliquid crediderit expetendū Regum severitas cōsequatur,*

quia impium est, ait, eis ignoscere, quos cœlestis pietas nō patitur impunitos. Et alii quoque Principes, ut constat ex l.3.C.de Maleficiis, & mathematicis, & ex l.1. & toto titulo, C.T beodosian. Mathematicos ab Urbis Romæ aspectu exterminare præceperūt Theodosius, & Valentinianus, ne præsentia contagiosorum, alii foedarentur in l. Manicheos, §1. C.T beodos.de eis, qui contend.de relig. Et ex Paulo lib. 5.Sententiarum, titul.23. §.9. & dict.lib. tit. ad Leg.Cornel. 14 de Sicarijs, magicæ artis consciens summo supplicio, id est aut bestiis subiici, aut cruci suffigi; ipsos autem Magos vivos exuri. Et libros magicæ artis apud se neminem habere licere, & eos penè quoquamque reperti sint, bonis ademptis, combustisque eis, publicè in Insulam deportari tradidit idem Paulus. Majori 15 quoque ratione id ipsum Pontifices summos fecisse noscimus ex cap. Ad abolendam, de Hæreticis, & cap. Admonent, 26. quæst.7. & toto titulo de Sortilegijs. Et nostri 16 Catholici Reges Hispanie eospellent, ut habetur in l.3. tit. 23. partita 7. & in l.9. titul. 1. lib.8 Ordinament. & in l.5. tit. 1. & in l.5. tit. 3. lib.8. Recopilation. ut tradunt quoque Perez. in dicta l.9. Azzeved. in dicta l.5. tit. 1. lib.8. Bullengerius de Verita, & licta magia, lib. 1. cap. 21. Delrio lib. 2. Disquisition. magicar. quæst. 12. num. 10. Tholosan. lib. 39. Syntagm. juris, cap. 14. Simancas Institut. Catholic. tit. 20. num. 16. & 62. Balduin. ad Leges Romanas cap. 54. Menoch. de Arbitrar. cas. 388. & Torreblanca lib. 3. de Magia cap. 13. num. 3. ubi asseruit, quod 18 quamvis Magi nullum hominem veneno necaverint; & licet segetibus, & animantibus nequaquam nocuissent, & neque alia patraverint crimina; eo ipso, quod Daemoni fœderati sunt, interfici, & necari debent; sive sint malefici, sive Magi, sive sortilegi, sive incantatores. Columella lib. 1. de Rer. rust. cap. 8. Haruspices, sagas- 19 que, quæ utraque superstitione rudes animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia compellere dixit Tiberius Cæsar 20 omnes Magos, aut quocumque alio auxilio divinationes exercerent, exterros necavit, cives, quos prius Augusti neglexerant, extorres fecit, teste Dion. Cassio lib. 57. Histor. Et cum prætextu magia quamdam, ut magam, ac beneficam Angli criminarentur, Joanna puella 21 virgo, quæ auxilio divinitus fuerat Carolo Regi Gallorum in Compendii Civitate capta, viva jussu Semerifensis Ducis

exulta fuit, ut refert Polydor.

Virgil.lib.23.Histor. Angl. De

22 jure nostro civili, Magi, & divini ab omnibus domibus excluduntur, aliter concremari, text.in l. Nullus, C.de Malefic. & mathemat. ibi: Concremando illo haruspice, qui ad domum alienam accesserit, & illō in Insulam deportando post ademptionem bonorum. Et lege Cornelia de Sicariis tenetur, qui magicis susurris usus fuerit, text.in §. Item lex Cornelia, de Sicarijs, Institut.de Public.judic. Sicut qui mala fecerit sacrificia, text. in l. Ex Senatus/consulto, 13. ff.ad Leg.Cornel. de Sicar. Cujus poena mors, aut deportatio est, text. in l. 3. ff. eod. cum morte dignus sit, qui se paganorum sacrificiis polluerit, l. 2. 3. & 4. de Pag. & sacrific. eorum.

Hujus quidem vera prohibitionis ratio est, ut tradidit Amaya in l.unic.num.13. C.de Thesauris; quoniam Magi solebant, aut hujuscemodi generis homines superstiosi, Dæmonis invocatione, & au. 23 xilio Thesauros querere. Nam ut dixit Lucianus in Pseudomant. Pollicentur malorum in visiones non hostes Thesaurorum adminicula, & hereditatum successionis. Unde cum Leo Imperator dixit in dicta l.unic. C.de Thesaur.

unumquemque suum facere 24

Thesaurum in loco suo reper- tum, si eum querat sine scele- ratis, ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa; debet intelligi arte magica, seu dæmoniaca, ut ex- plicuit Accursius in dicta l.u- nic. in verb. Arte, & Platea, num. 2. Et sic Philo lib.de Spe- cialibus legibus vocavit artē 25 magicam. Arnobius lib.2. cō- tragentes eas appellavit Clā- destinas. Lactantius Firmianus lib.2. Divinarum institu- tionum cap. 17. Illicitas. Sydo- nius lib.9. epist 9. Curiosas. Ju- lius Formosius lib.2. cap. 2. Ne- farias. Cassiodorus lib.9. epist.

18. Sacrilegas. Et de pœnis 26 Magorum, arteque magica, utentium, latè more suo agit Tholosanus lib.34. Syntagm. jur. cap. 15. & 16.

De vanitate, ac fallibilita- 27 te Magorum, atque artis ma- gicæ in omnibus, ac præcipue circa Thesaurorum inventio- nem satis docemur, ac aperte nobis notescit ex latè conge- nitis à Delrio lib.2. Disquisition. magicar. quest. 12. num. 10. Amaya in l.unic.num. 14. C.de Thesaur. Torreblanc. lib.2. de Mag. cap. 13. ad finem, Cara- muel.artic. 2. Theolog.funda- ment. num. 395. lib.2. Bitschij de Thesaur. part.2. cap. 4. §. 50. & cap. 7. §. 110. & part. 2. cap. 8. §. 220. Klok.lib.2. de Arar.

## 188 Don Leonardus Gutierrez de la Huerta

*cap. i 16. num. 28.* & ibi Pellerus  
in Not. nu. 7. quibus ex omni-  
bus patet, nunquam arte ma-  
gica inventos fuisse Thesau-  
ros, ut præter citatos refert  
Cæsalpinus in sua Damon. in-  
vestigat. *cap. i 2.* asseverans,  
Thesaurorū indagatores per  
magicas artes temporibus suis  
multos novisse, sed qui assecu-  
ti fuere, compertum non ha-  
bere attestatur. Huic Cæsal-  
pini opinamento suffragatur  
Grillandus *quest. 3. de Sorti-*  
*leg. num. i 2.* loquens de Magis  
jactantibus se posse Thesauros  
invenire in locis subterraneis  
absconditos, & ideo foveas  
ingentes conficit pro hujus-  
modi inveniendis Thesauris.

**28** Hinc Grillandus subdidit, hoc  
sibi summa ratione certi, quod  
sit una ex turpioribus illusio-  
nibus, quibus Dæmon homi-  
nes decipiunt: quia in rei veri-  
tate nunquam legit, nec vidit,  
nec audivit, quemquam ex  
Necromanticis, Magis aliquos  
unquam invenisse Thesauros.  
Et subjungit, quamplures huic  
operi incumbentes vidisse,  
qui mirabiliter tonati sunt  
velle experiri, & post multos  
labores, & diabolicas obser-  
vantias, demum nihil vide-  
runt, nec invenerunt, nisi ter-  
ram. Cui assentitur, præter re-  
latos, Pellerus ad Klochium,  
*lib. 2. cap. i 16. num. 7.*

**29** Quo circa refert Tholo-

sanus *lib. 34. Syntagma. jur. cap.*  
*i 5. num. i 1.* quod nunquam  
vidit, neque audivit, ullum  
hominem istis scelestibus ar-  
tibus magicis deditum, qui  
miserè vivens, summò cum  
horrore adstantium perierit.  
Siquidem compertum ex plu-  
ribus historiis est, Dæmonem  
ei inservientes exemplò im-  
proviso casu tollere, nè si co-  
gitandi mora illis præbeatur,  
à laqueis effugiant. Crede-  
rem tamen Diabolum, licet  
rarissimè, magica arte utenci-  
bus, demonstrasse Thesauros,  
ne semper delusionem ejus  
pollicitationem experiantur;  
ut contigit Saraceno illi, tem-  
poribus Guiscardi Normandi  
in Apulia, qui solerit, ac sag-  
ci conjectura arte magica  
Thesaurum invenit, ut atte-  
statur Colennuccius *lib. 3. Hi-*  
*stor Neapol.* ubi refert, quod  
in Apulia fuit inventa statua  
marmorea, caput circulo re-  
dimita ex aurichalco, cui hæc  
erant inscripta verba: *Kalen-*  
*dis Maijs, oriente Sole, au-*  
*reum caput habeo.* Quam-  
captivus Saracenus, artis ma-  
gicæ peritus, Regi Roberto  
Guiscardo cum explicavisset  
(jussit enim Kalendis Maiis ob-  
servare puctum in plano ter-  
rae, quod umbra de Statuæ ca-  
pite projecta attingebat) ma-  
gnum Thesaurum effosso lo-  
to reperit, qui in multis ex-

peditio[n]ibus ei summoperè utilis fuit: Saracenus simul cū libertate ingentibus fuit præmiis donatus à Rege. Cujus fa-

32 Etum magiæ asciscunt. Cole-nuccius ubi supra, & Platina in Vit. Leon. At secundùm Petraracham in Exempl. de Prudent. melius prudentiæ scribitur: cui videntur habere, ac assentiri Pellerus in Observat. ad Klockium lib. 2. de Ærar. cap. 116. num. 8. Bonfinius in Histor. Ungar. pro qua sententiam feret quisquis rem justa lance trutinarit, ut ante Pellerum dixit Delrio lib. 2. Disquisit. magic. quest. 12. num. 10. in fin. Hinc est, ut Camerar. centur. i. Horar. subcisiu. cap. 63. haudquaquam consultorem simpliciter Saracenum magum perhibet; sed quibus artibus se imbutum nescire scribit: & cum eum Gentilis à pœna eximit, à criminis quoque magiæ eum immu[n]em videtur agnosce-re. Et pendulus Bischius opuscul. de Thesaur. part. i. cap. 6. §. 111. prudētum judicio reliquit, ut & illud: An omnis for-

33 tunata virga, quam nuncupat magicis incātationibus confecta sit, aut esse debeat: adeo que an omnis ejusmodi invētio magiæ arte, & illico modo fiat: de quo vide Ferrarium in §. Thesauros, Institut. de Rer. divisi. ibi: Improbazillar,

atque magiæ arte, sive virga sortilega, quæ aruspatores circumferre solent. Agricol. lib. 2. de Re metall. Camerar. cent. i. Horar. subcisiu. cap. 73. Ferunt dari Virgulam Mercurialem, 34 sive divinatorm explorando rum Thesaurorum conditio-ne adhiberi solitam, circa quam non omnium est idem sententia, ut asserit Zieglerus lib. 2. cap. 20. nū. 13. Qui ad occultas qualitates configunt concertant in reddēdis ratio-nibus, quare qualitas illa non ubique, & apud omnes se ex-serat. Quidem omnem illum effectum pacto alicui impli-cito cum Dæmone adscribunt. Unde Kircherus lib. 10. de Mund. subterrane. sect. 2. cap. 7. ait: Natura rerum hisce supérflutiosis circumstantijs ad agē-dum non indiget, ita quos suæ ostendunt hujus artis ma-gistrum alium non fuisse, nisi Sathanam, qua homines au-ro, divitiisque plus aquo avi-dos in sua retia trahere, cum ultima animarum ruina sa-tagit. Unde passim à peritis, es-timoratis enim magice illusionis ex quocumque tandem pacto introducta vanitas respui-tur: neque enim ulla ratiō da-ri poset, cur virga bifurca-uitroque cornu firmiter appre-hensa, etiam omni magico pa-cto excluso, tantam violen-tiam à vaporibus metallicis

*sustineat, ut eam deorsum  
trahat. Certè ego hujus rei su-  
pra metallica corpora auri, &  
argensi experimentum fu-  
mens, semper spe mea frustra-  
bus sum; atque luculenter ad-  
verti, manifestum esse non  
Demones, sed virgam tractan-  
tis illusionem, dum imagina-  
tionis vi deceptus pusat, vir-  
gam ad metallum suapte spon-  
tè vergere. Alij ad pactum im-  
plicitum id referunt. Ziegle-  
rus lib. 2. cap. 20. num. 13. in fin.  
nihil definit, cum admonitus  
fuisse ab amico ne quid te-  
mere statueret.*

**35** Multi quidem sunt, qui ma-  
gorum, seu incantatorum elu-  
sorias promissiones, circa The-  
saurorum inventionem, nimia  
facilitate credunt; & postea  
decipiuntur, ut evenit Nero-  
ni, cui quidam Cesellius Bas-  
sus, Reginæ Fenissæ Thesau-  
ros in ruris sui spelunca ab-  
sconditos pollicitus fuit, ut re-  
fert Cornel. Tacit. lib. 18. *An-*  
*nal.* Narrat enim, quod illu-  
sit Neroni fortuna per vani-  
tatem ipsius, & promissa Ce-  
sellii Bassi, qui origine Pænus,  
mēte turbida, nocturnæ quietis  
imagine ad spem haud du-  
biā retraxit. Vectusque Ro-  
mam, Principis aditum emer-  
catus, expromit, repertum in  
agro suo specum altitudine  
immensa, quo magna vis auri  
contineretur, non in formam

pecuniæ, sed rudi, & antiquo  
pondere. Lateres quippe præ-  
graves jacere, astantibus parte  
alia columnis. Quæ per tan-  
tum ævi occulta augēdīs præ-  
sentibus bonis. Ceterum, ut  
conjectura demonstret, Dido-  
nem Fenissam Tyro profu-  
gam, condita Carthagine, il-  
las opes abdidisse, ne novus  
populus nimia pecunia lasci-  
viret: aut Reges Numidarū  
& alias infensi, cupidine auri  
ad bellum accenderentur. Ne-  
ro igitur non auctoris, non  
ipsius negotij fide satis spe-  
ctata, nec missis visoribus, per  
quos nosceret an vera effer-  
rentur, auget ultrò rumorem,  
misitque, qui velut partam  
prædam advehent. Dantur  
triremes, & delectum navi-  
gium, juvandæ festinationi,  
nec aliud per illos dies, popu-  
lus credulitate, prudentes di-  
versa fama tulere. Ac fortè  
quinquennale ludicum secū-  
do lustro celebrabatur: orato-  
ribusque præcipua materia  
in laudem Principis adsumpta  
est. Non enim tantum solitas  
fruges, nec metallis confusum  
aurum gigni; sed nova uber-  
tate provenire terras, & ob-  
vias opes deferre Deos, quæ  
que alia summa facundia, nec  
minore adulatione servilia  
fingebant, securi de facilitate  
credentis. Gliscebat interim  
luxuria spe inani, consumen-

banturque veteres opes, quasi oblati, quas multos per annos prodigeret. Quin & inde jam largiebatur : & divitiarum expectatio, inter causas pauperatis publicæ erat. Nam Bassus effosso agro suo, latique circum arvis, dum hunc, vel illum locum promissi specus adfeverat, sequunturque non modo milites, sed populus agrestium efficiendo operi adsumptus: tandem posita cordia, non falsa antea somnia sua, seque tunc primum elatum, admirans pudorem, & metum morte voluntaria effugit. Quidam in vinculis habitum, ac dimissum posthac prodidere, ablati illi opibus suis, loco Regij Thesauri, quæ promiserat. Ex quo casu detegitur satis aperte, quæm vanæ, ac contéptibiles sunt horum hominum promissiones de abditos Thesauros inventiendo, qui severissimis sunt afficiendi suppliciis, ut hauriatur ex text. in l. Nullus, 3. l. Eorum, 4. l. Nemo, 5. l. Multi magicis, 6. C. de Malefic. & mathematic. Unde summis extollitur laudibus immortalis Imperator Carolus Quintus, quod Cornelium Agripam, & alios duos Nobiles, Aula, Regnisque suis exulare jussit; eo quod ipsi Thesaurorum per artem magicam inveniendorum spem obtu-

lissent, ut attestatur Bitschius de Thesaur. cap. 3. §. 52. part. I. & Delrio lib. 2. Disquisit. magic. quest. 12. in fine, exclamans hoc modo: *Bene tibi sit, & stemmati tuo Carole: tu quidem beatitudine jam frueris; vivet, vincetque posteritas tua, quando catholica suebūtur, & ab impiis, curiosisque artibus abhorrebunt.* Huc si devolvantur, quæm virtute, tam fortuna tibi sunt dissimiles futuri. Omnes demum Catholici Principes hanc Caroli pietatem, Fideique orthodoxæ puritatem tenetur imitari.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Thesaurus malis artibus quaestus, debeatur ne Fisco, an inventori.*
- 2 *Quinam censeant pro aſſe Thesaurum ad Fiscum pertinere.*
- 3 *Boceris sententia.*
- 4 *Thesaurus vel in proprio fundo malis artibus reperitus, Fisco cedere debet.*
- 5 *Thesaurus à tertio malis artibus in fundo alieno inventus, an debeatur Fisco.*
- 6 *Dominus fundi, in quo Thesaurus à tertio malis artibus reperitur, non debet puniri ob delictum alterius.*

192 Don Leonardus Gutierrez de la Huerta

- 7 Boceri sententia roborata.
- 8 Occurritur objectis contra,  
Boceri sententiam.
- 9 Boceri sententia primitus  
ab Alciato propugnata.
- 10 Et à Sixtino, aliisque proba-  
ta.
- 11 Contraria verior opinio.
- 12 Cur Thesaurus arte magica  
inventus, non Domino, sed  
Fisco debeatur.
- 13 Alciati ruit opinio.
- 14 Barbosa Garziam fugillat.
- 15 Sunt qui inter Fiscum, &  
Dominum fundi Thesau-  
rum malis artibus inven-  
tum dividant.
- 16 Hujuscē opinionis columi-  
na.
- 17 Innocens haud gravandus.
- 18 Caramuelis fulmen, contra  
predictam opinionem.
- 19 Predicta opinio à Diana su-  
stinetur.
- 20 Opinionem veriorem, The-  
saurum arte magica in-  
fundo alieno inventum de-  
beri Fisco, solidè commu-  
nem, & receptissimā DD.  
acervo demonstrat Au-  
tor.
- 21 Per pulcra Amayæ animad-  
versio ad Thesin magis fir-  
mandam.
- 22 Jus Hispanicum in hac ma-  
teria.

Thesaurus Arte Magica  
inventus, an pertineat  
ad Fiscum?

C A P. IV.

JAM præcedenti Capite vi-  
dimus, nemini licere arte  
magica Thesauros quærere:  
nunc superest investigādum,  
si denique malis eis artibus in-  
ventus sit, an cedat Fisco, vel  
inventori? Quidam pro asse-  
tantūm ad Fiscum pertinere, 2  
ubicumque inveniatur, asseve-  
rant: ex quibus sunt Schene-  
rus lib. Disput. feud. disput. 4.  
thes. 83. Alvarot. ad tit. Quae  
sint regal. num. 8. Wldejus lib. 1.  
de Feud. cap. 5. num. 7. Schnei-  
devia. in §. Thesauros, num. 5.  
Institut. de Rer. divis. Ronzen-  
thal. de Feud. cap. 5. conclus. 89.  
Ast horum sententiam neuti-  
quam approbat Bocerus de 3  
Regalib. cap. 3. num. 108. asse-  
verans, si in fiscali, seu reli-  
giose loco fuerit inventus,  
tunc ad Fiscum pro asse arti-  
nere, per text. in cap. Quae sint  
regal. Similiter quoque conce-  
dit si in proprio fundo incan-  
tationibus, seu malis artibus  
legibus odiosis inveniatur, Fi-  
sco cedere ex Gloss. in l. unic.  
C. de Thesaur. verb. Arte, &  
in §. Thesauros, versic. Non  
data ad hoc opera, Institut.  
de Rer. divis. Id in casu, quo

- 5 à tertio in alieno fundo inventatur affirmare nolit idem Bocerus, quia nulla lege caustum invenitur; ideoque dicendum non est. Siquidem ferè omnes Doctores loquuntur in casu, quo Dominus fūdi Thesaurum arte magica invenit, ut totum Fiscus lucretur; secus verò quām in alieno fundo ab aliquo tertio reperiatur. Quippe Thesaurus à Domino fundi inventus absque distinctione, totus ad prædij Dominum attinet, per text. in l.unic. C.de Thesaur. Et jure quoque naturali per text. in s. Thesauros, & s. Singuloram, Institut. de Rer. divis. ut proinde si in alieno loco, sive arte magica, sive non, fuerit inventus, ad loci Dominum spectare videatur eidem Bocero: tum quia si hujusmodi Thesaurus artibus, ad inventus illicitis, totus applicaretur Fisco, Dominus loci ob inventoris crimen puniretur, cum poena suos debat habere auctores: nec ulterius progredi, quām reperitur delictum, text. in l. Sancimus, 22. C.de Pæn.
- 6 Hanc porrò opinionem Bocerus comprobat ex verbis text. in l.unic. C.de Thesaur. Ex quibus elicitur, Thesaurū, quem quis artibus magicis in alieno loco reperijt, loci Domino applicandum voluisse. Leonem Imperatorem, ibi:

*Quod si nobis propter hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut propter hujus legis tenorem, in alieno loco Thesaurum scrutatus invenerit, totum hoc locorum domino reddere compellatur. Ex quibus verbis, Imperatorem præcipere, si quis arte magica, vel data opera Thesaurum quærat, totum Domino loci fieri auguratur. Nam prædictæ legis tenor est: Ne artibus magicis quis in suo, vel alieno loco Thesaurum querat. Et licet Boceri opinamento refragari 8 cernatur text. in l.unic. C.de Thesaur. ubi Imperator hujusmodi scrutatores Thesaurorum, tanquam ilii us legi temperatores jussit puniri, & quidem extra ordinem: attamen id neutquam sibi reluctari factetur, ex quo in dicta lege magicum inventorem animadvertere præcipit Leo: non ex eo sequitur, quod Thesaurus in alieno loco inventus, applicetur Fisco, & non Domino loci, quia peccata suos debent habere auctores, secus ad alios extendi.*

Eadem Boceri sententiā 9 ante docuit Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 1. dicens, Thesaurū repertum in alieno loco non pertinere totum ad Fiscum; sed Dominum fundi partem ei tangentem lucrari, & alteram ad Fiscum tantum spectare.

Alciato quoque adhærescit  
Sixtinus lib. 2. de Regalib. cap.  
21. num. 34. Fulciuntur primò  
10 quòd Dominus fundi absque  
culpa sua privandus non ve-  
nit, ut sequūtur quoque Trul-  
lench. tom. 2. lib. 7. dub. 8. num.  
10. Bonacini. de Restitut. dispu-  
tat. 1. quest. 3. punet. 6. num. 6.  
Secundò, quia ex delicto al-  
terius nemo debet gravari.  
Ideoque emolumentis illi ob-  
venientibus privari nō debet,  
& talis Thesauri inventor pu-  
niri debet pœna, de qua agitur  
text. in l. Nemo, C. de Malefic.  
& mathemat. Sed contraria  
11 opinio verior equidem cerni-  
tur; nam quanquam Dominus  
fundi culpa careat, & absque  
ea puniri non debeat: tamen  
text. in l. unic. C. de Thesaur.  
generaliter disponit, inventū  
Thesaurum arte magica ad  
Fiscum deferri, in magicarū  
artium odium, quæ ars omni  
jure reperitur damnata: ut  
Capite præcedenti vidimus;  
& ut homines à Dæmonum  
imprecationibus hujusmodi  
arceantur; quæ ratio tam pro-  
cedit in uno, quam in altero  
casu, ut post Garciam de Ex-  
pens. cap. 22. num. 53. sequitur  
etiam Antunez lib. 2. part. 3.  
cap. 13. num. 84. in fin. ubi hanc  
12 suam sententiam, communio-  
rem Doctorum dicit adversus  
13 Alciatum, & huic nostræ ad-  
hæret sententia Barbosa in

l. Divortio, 8. §. Si fundum,  
num. 31. ff. Solut. matrimon.  
Gutierrez lib. 4 Practic. q. 36.  
num. 12. ubi relatam Alciati  
opinionem reprobatur, eò quia  
inquisitio Thesauri per malas,  
ac illicitas artes indistinctè est  
prohibita in quocumque lo-  
co, & inventio dicitur Fisci,  
juxta l. unic. C. de Thesaur.  
quòd secundum idem Gutier-  
rez, est de mente prædictæ  
receptissimæ sententia, dum  
loquitur ampliativè etiam in  
proprio fundo; & ideo Alcia-  
14 tum improbat Garzia; licet  
Barbosa ubi supra Alciati mé-  
tem non perceperisse asseveret.

Nonnulli dimidiam par-  
tem Thesauri artibus illicitis  
acquisiti ad Fiscum, alteram  
dimidiam in utilitatem Domi-  
ni fundi cessuram voluere, ut  
sunt Lessius lib. 2. de Justit. &  
jur. cap. 5. num. 66. Dicastill. lib.  
2. de Justit. & jur. tractat. 2.  
disputat. 9. num. 407 Fundatur  
in eo, quòd Dominus fundi nō 15  
debet esse prioris conditionis,  
quum absque culpa sua arte  
magica invenitur Thesaurus,  
quam si sine illicitis artibus  
naturaliter reperiretur; quo-  
niam absque culpa nemo de-  
bet puniri, nec alterius odio  
prægravari. Et ut dicit idem  
Lessius loco citato, dominus lo-  
ci ob alterius maleficiū jure  
suo privari non debet. Idcirco  
deliquerit inventor, vel non,

Do.

17 Dominus fundi cum sit innocens, nec gravari, nec jure suo, nec esse prioris conditionis potest.

18 Hance Lessij, & Dicastill rationem nequaquam urgere affirmat Caramuel lib. 2. Theolog. fundament. disput. I. art. 2. num. 295. versic. Sed petis, quoniam juxta jus naturale, tu nullum habes jus in Thesaurum à Petro inventum artibus magicis in fundo tuo. Ideoque sequitur, ut ejusmod inventor possit dare Thesaurum cui sibi placuerit. Siquidem si tu dominus fundi cum habere nequeas, & Petrus ratione criminis superstitionis sit justè damnandus, illius Domini nō acquirit. Et sic nemini irrogatur injuria, aut sibi appropriando, vel alteri cuicunque attribuendo. Igitur eodem modo philosophatur de superstitione inveniente, ac de illo, qui industria incivili Thesaurum quæsitum reperiit. Nam asseverat idem Caramuel, quod uterque ante sententiam erit totius Thesauri Dominus. Post verò condemnationem Thesaurus inurbana inventus industria, fundi domino totus cedit, inventus arte superstitionis, totus debetur Fisco.

19 Suffragatur Lessij opinioni Diana tom. 6. tractat. 6. resolut. 13. §. 4. ubi afferit communem esse sententiam, Thesau-

rum arte magica inventum à Domino fundi iotum deberi Fisco; quoniam ei tanquam ab indigno aufertur, per l. 1. ff. de Jur. Fisc. Sin autem ab alio superstitione in fundo tuo inventiatur, tūc tibi quoad dimidiā partem pertinebit; pro qua distinctione corroboranda allegat Villalobos Summ. tom. 2. tract. 10. diffic. 20. num. 7. Megalama part. 2. lib. 2. cap. 4. q. 2. num. 14. Lessium lib. 2. cap. 5. num. 65. dub. 17. Castillum de Furt. cap. 21. num. 109. Harpethum in §. 39. num. 4. Institut. de Rer. divis. Vultejum lib. 1. de Feud. cap. 5. nu. 7. Ripoll. lib. de Regalib. cap. 16. num. 40. Peregrinum de Jur. Fisc. lib. 4 tit. 2. num. 2. & sequitur Klokius lib. 2. de Ærar. cap. 116. num. 30.

His omnibus, quæ hucus-  
que diximus minimè obstan-  
tibus, indistinctè, ac ab solutè  
tenendum est, quod Thesau-  
rus arte magica, vel sceleratis  
sacrificiis, sive vanis supersti-  
tionibus, illicitisque artibus  
acquisitus, non debetur inven-  
tori, nec domino fundi; sed to-  
tus applicatur Fisco; quam-  
sententiam Doctorum omniū  
concors ferè calculus appro-  
bavit, videlicet Bitschius de  
Thesaur. cap. 8. §. 2 20. Arnold.  
Vinn. in §. Thesauros, num. 3.  
Institut. de Rer. divis. Obre-  
cthus de Regalib. thes. 515. Iser-  
nia

nia in cap. Quæ sint regal. num.  
90. Alvaroth. num. 8. Rosen-  
thal. de Feud. cap. 5. conclus. 92.  
num. 3. Sixtin. lib. 2. de Regal.  
cap. 21. num. 34. Peregrin. lib.  
4. de Jur. Fisc. tit. 2. num. 2. Co-  
varruv in cap. Peccatum, par.  
3. §. fin. num. 2. Farinac. part. 3.  
Prax. criminal. quest. 104. nu.  
18. Amaya in l. unic. num. 17. C.  
de Thesaur. Garcia de Expēs.  
cap. 22. num. 23. Gomez in l.  
45. Taur. num. 51. Barbosa in  
l. Divorsio, 8. §. Si Fundum,  
num. 30. ff. Solus. matrim. Mo-  
lina disput. 56. Valasc. de Jur.  
emphyt. quest. 15. num. 4. Gu-  
tierrez lib. 4. Practic. quest. 36.  
num. 10. Navarrus Manual.  
cap. 16. num. 176. Filliuc. tom. 2  
tractat. 31. cap. 6. num. 153. Te-  
pat. lib. 11. Resolut. tit. de Male-  
fic. & mathemat. Borrell. de  
Prestant. Reg. Cathol. cap. 27.  
nu. 7. Cevall. Commun. contra  
commun. quest. 514. Mastrill.  
de Magistrat. lib. 3. cap. 10. nu.  
325. Avendañus lib. 1. de Exe-  
quend. mand. Reg. Hispan. cap.  
14. num. 33. versic. Tertia con-  
clusio, Castillo de Tertiis, cap.  
41. num. 106. Antunez tom. 2.  
de Donationib. part. 3. cap. 13.  
num. 82. Rippol. de Regalib.  
cap. 16. num. 40. Accurs. in l. u-  
nic. verb. Arte, C. de Thesaur.  
Verde in §. Thesaurcs, 39. lem-  
ma 37. num. 180. Institut. de  
Rer. divis. Bartol. in l. unic. nu.  
5. in fin. Bald. in princip: vers.

Nisi per incantationes, Angel.  
num. 2. in fin. versic. Quid si in-  
veniatur per artem magicam,  
Penna in princip. versic. Dum-  
modo sine sacrificijs, & num 5.  
versic. Et sacrificijs, C. de The-  
saur. Gloss. in §. Thesauros, ver-  
sic. Non data ad hoc opera, &  
ibi Aretin. num. 1. in 4. notabil.  
Mynsinger. num. 5. Nicas. n. 6.  
Papiens. in Form. libell. in act.  
real. gloss. jur. domin. num. 12.  
Villalob. in Commun. opinion.  
num. 111. Afflict. decis 321. n. 7.  
Cassan. ad Consuetud. Burgud.  
verb. Expaves, num. 7. tit. Des  
justices, Menoch. lib. 5. pra-  
sumpt. 30. num. 7: Cavalcan. de-  
cis. 62. post num. 1. versic. Si ve-  
rò hoc fuerit, part. 2. Oyno-  
notom. in §. Thesauros, nu. 5.  
Institut. de Rer. divis. Ubi nō  
solum afferit inventorem arte  
magica perdere Thesaurum.  
inventum, verū tamquam  
maleficum puniendum esse.  
juxta text, in l. Nemo, C. de  
malefic. & mathemat.

Quam quidem veram, ac  
communissimam sententiam  
Bitschius dicto cap. 8. §. 220.  
Farinacius quest 104. num. 18.  
desumunt ex verbis textus  
in l. unic. C. de Thesaur. ibi:  
Dummodo sine sceleratis, ac  
puniendis sacrificiis, aut alia  
qualibet arte legibus odiosa.  
Ast ex his verbis non satis 21  
clarè appetit relata nostra  
conclusio, ut rectè agnovit  
Ama-

Amaya ubi supra , quò dixit , quòd licet in nostra *lege unic.* apertè non exprimatur, Thesaurum inventum arte magica totum esse Fisco debitum : attamen id dignoscitur si animadvertisatur ante constitutio nem *predicta leg.unica* , non licere cuiquam , Thesaurum inventum , etiam in proprio fundo lucrari , ut Imperator Leo declarat in dicta lege , & elici potest ex text.in l.1. ff.de *fisc.ibi: Vel quod dicatur Thesaurum invenisse.* Nam alias, ut idem Amaya spicatur, essent superflua ejusdem verba. Et conductit sum moperè id, quod cum Thesaurus sit donum Dei , sacrilegis artibus, ac illicitis superstitionibus quæri, nec maculari debet , ut ponderat ipse citatus. Auctor.

22 De jure nostro Hispano applicatur quoque Fisco Thesaurus inventus, incantationibus adhibitis, ut præstítuitur in l.45.tit.28.partid.3.ibi: *Fueras ende si lo fallase por encantamiento, caestonce todo debe ser del Rey.* Siquidem, ut ajút Victoria select. i 2.dè Art.magic.proposit.2.Tholosan.lib.13. de Re public.cap.29. Bertazol. consil. 142. Tepatus lib. 11. resolut.tit.de Malefie. & mathemat. in fin. nunquam fuit licitum ad artem magicam, superstitionesque imprecatio-

nes recurrere: Hi verò , qui Thesauris perscrutandis operam navant , magicis adhibitis artibus, perplurimum Dæmonis solent uti invocatione, magicisque sacrificijs, ut benè extollit Antunez *tom.2.de Do- nat.part.3.cap.13.num.83.* post Amayam in l.unic. C.de Thesaur.num.17.

## SUMMARY.

1. *Num possit inventor in foro conscientia retinere Thesaurum , arte magica inventum, antequam vindicetur à Fisco.*
2. *Thesaurus adquisitus arte magica , contra legis divine, & humana prohibitio nem adipiscitur.*
3. *Thesaurus, arte magica inventus, pertinebat ad Fiscum etiā ante constitutio nem leg.unic. C.de Thesaur.lib.10.*
4. *Per l.unic.C.de Thesaur.que facultas detur Domino fudi inveniendi Thesauri.*
5. *Haud justè, & licite retinetur, quod jure refragante adeptum fuit.*
6. *Apprehensio Thesauri in alieno loco inventi, est interdicta.*
7. *An l.un. C.de Thesaur. lib. 10 sit pœnalis.*
8. *Pœna ante Judicis sententiā non debetur: nobilis hu-*

# 198 Don Leonardus Gutierrez de la Huerta

- \* *hujusce principij explicatio Amayana.*
- 9 *Si ex aliqua justa causa lex alicujus rei acquisitionem vetet ; adipiscens absque aliqua judicis sententia actatum restituere tenetur, Morlæ.*
- 10 *Pœna non semper imponitur ut pœna, sed quandoque ut cōditio, & modus: & quid hoc operetur.*
- 11 *Thesauri dominium an ipso jure Fisco adquiratur.*
- 12 *Fisco ad Thesaurum arte magica inquietum competante (conditio-ex-legi, an autem Rei-vindicatio, cum Actione-ad-exhibendum,*
- 13 *Jura, quæ de Thesauris agunt per pensa.*
- 14 *Posse inventorem Thesauri, malis artibus inventi , illum in foro conscientiaretinere, quo usque à Fisco vindicetur ; communior opinio, ac retinenda .*
- 15 *Ratio.*
- 16 *Quicquid tendit eò, ut quis priuesur aliqua re, vel jure, creditur pro pœna adjicētū, quanvis nomine pœna adjici minimè declaretur.*
- 17 *Lex, quæ privat inventorem Thesauro, malis artibus invento, pœnalis.*
- 18 *Pœna ante sententiam, neque in foro fori, neque in foro poli obligat.*
- 19 *Opposita sententia fundamē-*
- ta concutiuntur valide.*
- 20 *Amaya repulsus:*
- 21 *Doctissimi Gutierrez ad firmam Theſin lacerſosa ratiosinatio.*
- 22 *Falsum ante leg.unic. Theſaurum fuisse Reditum Regium: & ea concessū, invētori , ac domino fundi sub conditione , ne arte magica quaratur.*
- 23 *Theſaurus repertus, non dicitur esse in fructu, nec pars fundi.*
- 24 *Est quidem vetitum uti arte magica, & secus faciens punitur ; at nulla lex prohibet quominus adquiri res possit, qua in bonis nullius esse dicatur.*
- 25 *Meretrix sine peccato uti potest divitias, quas peccanda corrasit.*
- 26 *Num quis uti possit scientia, quam peccando adeptus est.*
- 27 *An quando invenitur Thesaurus in fundo alieno ex industria sine licentia Domini, sufficiat in conscientia ante Judicis sententiam dare captum ei dimidiam partem?*
- 28 *Vnde eruat, leg.unic. esse pœnalem.*
- 29 *Caramuelis locus relatus.*
- 30 *Industria incivilis, quæ.*
- 31 *Caramuelis argumentatio.*
- 32 *In lege excipiēte debet generalis comprehendendi , alias non*

*non est exceptio.*

33 Dianæ opinio.

34 Rodriquez placitum.

35 Si data opera in alieno agro  
Thesaurus inveniatur, cui  
totus pertineat?

Inventor Thesauri arte  
magica, an in conscientia  
possit illum retinere.  
donec Fiscus eum non  
vindicat. & quid quum  
invenit in fundo alieno  
data opera, an tunc ante  
Iudicis sententiam te-  
neatur in foro conscientiae  
illi dare dimidiam  
partem.

### C A P. V.

**H**UJUS enim Capitis dis-  
quisitio à Doctoribus  
problematicè discutitur, dum  
pro utraque parte, non asper-  
nandi ponderis adducuntur  
rationes.

I Prima sane opinio est, non  
posse inventorem in foro con-  
scientiae retinere Thesaurum  
arte magica inventum, ante-  
quam vindicetur à Fisco, quā  
sententiam securiorem agno-  
scit Amaya *in l.unic.num.18.*  
*C. de Thesaur.* & sequuntur  
Molina *de Justit.* & *jur.dispu-*

*tat.56.num.1.* Garzia *de Ex-*  
*pens.cap.22. num.52.* Valasc.  
*de Jur.emphyt.quaest.15. nu.4.*  
Hujusmodi sententiæ funda- 2  
mina hæ sunt. Primum, quo-  
niā Thesaurus acquisitus ar-  
te magica, seu diabolica, ut  
interpretatur Accursius, *in*  
*l.unic.verb.Arte, C.de The-*  
*saur.* contra legis divinæ, &  
humanæ prohibitionem adi-  
piscitur, ut apertè eruitur ex  
*cap.Illud, 26.quaest.2.l.Nemo,*  
*C.de Malefic.* Igitur non po-  
test retineri.

Secundum, quia Thesaurus 3  
arte magica inventus pertine-  
bat quoque ad Fiscum ante  
constitutionem *legis unicæ de*  
*Thesauris*, ut post Amayam  
*ubi supra*, fatetur Bitschius  
*de Thesaur.cap.8.§.221.* in  
qua solummodo datur facul-  
tas Domino fundi, ut data ope-  
ra, vel alio quovis licto modo  
Thesaurum quærat; in alio  
verò illicitum esse Leo Impe-  
rator præcepit. Quamobrem,  
cum sit vetitum arte magica  
Thesaurum investigare, haud. 5  
quaquam, justè, ac licite reti-  
nebitur, quod jure obnitente  
adeptum fuit. Et cum The-  
saurus magicis incantationi-  
bus inventus sit Fisci, non po-  
test in conscientiae foro reti-  
neri. Quod comprobare angi-  
tur Amaya ex verbis *l.unic.C.*  
*de Thesaur.* ibi: *In alienis, ubi*  
*statuitur, Thesaurum in alie-*

no loco inventum haudquam fieri inventoris; quoniam talis apprehensio, ut notavit Platea *in d.l.unic.num.8.* est interdicta. Ideoque concludit, pari modo, sicut arte magica non est permisum. Thesauros querere; ita post inventos, non licebit eos retinere.

*Suspicatur enim Amaya dictam legem nequaquam esse penalēm, cum nullam iroget deviantibus pœnam, secundūm text. in l. Legis virtus, 7. ff. de Legib. Ait solummodo inventori permittit Thesaurum, dum certa condicione, certoque modo investiget. Non esse pœnam probat ex secunda parte textus, ubi, qui in alienis agris contra Domini voluntatem Thesaurum perquirit; tanquam saluberrimæ legis temerator plebitur; quæ pœna in casu, de quo agitur, nequaquam imponitur, ut idem Amaya: qui progrereditur concedēdo, quod licet pœna ante Judicis sententiam nequaquam debeatur; id afferit procedere, quum imponitur pœna in re, cuius jam est adeptum dominium.*

*Quippe si ex aliqua justa causa lex alicujus rei adquisitionem vetet: tunc adipiscens, absque aliqua sententia Judicis exemplò restituere tenetur, teste Morla q.9. n.36. Ex quibus concludit Amaya,*

Thesaurum, arte magica inventum, Fisci, non inventoris fieri.

Idem quoque afferit pro*10*cedere, quotiescumque pœna imponitur, non ut pœna, sed potius ut conditio, & modus, ut in casu nostro, in quo ante condemnationem tenetur restituere, ut docent plures adducti à Molina *tom. I. de Jus. s. 11. c. 96. in fin.* Gutierrez *lib. 2. Canon. cap. 4. num. 15.*


Asseverantes hujusmodi inventorem, Thesaurum retinere non posse ante cōdemnationem, fulciuntur quoque eo quod Thesauri dominium ipso jure Fisco adquiratur, adeoque non condicione ex lege, sed Rei vindicationē, *i. 2.* & quæ hanc præcedere solet Actionem ad exhibendum, *sext. in l. 3. §. 3. ff. Ad exhibendum;* pro consequendo Thesauro competere attestatur Bitschius *cap. 8. §. 268. part. 2.* ex Donello *lib. 4. Commentar. cap. 14. in fin.* & lib. 5. cap. 2. *in princip. Boçero cap. 3. de Regalib. num. 102. Platea in l. unic. num. 6. C. de Thesauris.* Menoch. *consil. 834. num. 15.* & 18. lib. 9. & lib. 5. *præfump. 30. num. 8. Sixtin. lib. 2. de Regalibus cap. 21. num. 68. Niellio Disputat. feud. I. thes. 6. lit. F.* Siquidem, quoties jura nostra ex professo de Thesauris

13 ris tractant, ita loquuntur, ut sicut id, quod jure inventionis conceditur, inventori acquiri dicunt; pariter id, quod jure soli, seu jure Fisci conceditur, non inventori, sed loci domino, aut Fisco acquiri significant; nec ullum aliud discrimen indicunt: aut inventorem interim dominum esse; sive rem interim inventoris fieri, aut manere, donec à loci domino, aut Fisco accipiatur, vel certè agnoscat, ut videre est in §. Thesauros, in l. unic. & l. 63. ff. de Acquirend. rer. domin. & suffragatur quoque illud Theophil. in §. final. Instit. Per quas person. nob. acq. Novell. Leon. & i. per tot. Conducit etiam, quod in l. 3. §. penult. ff. de Jure Fisc. Ita jus constitutū esse dicitur, ut pars ad Fiscum pertinens, Fisco equidem vindicetur; sed cum vindicamus, tum non dari nobis debere; sed potius rem nostram esse intelligimus, text. in l. 25. ff. de Obligat. & act. text. in §. 15. Institut. de Actionib.

14 Sed his omnibus minimè obstantibus, contraria opinio majori Doctorum in calculo est cōprobata, ac apud omnes communior; ideoque tenenda, videlicet posse inventorem Thesaurum, nialis artibus ad inventum, in foro conscientia retinere, donec à Fisco vindicetur: quam opinionem am-

plectuntur Antunez tom. 2. de Donat. cap. 13. num. 86. part. 3. Cajetan. 2. 2. quest. 66. artic. 4. Barbosa in l. Divortio, 8. §. Si fundum, nu. 33. versic. Verior igitur, ff. Solvit. matrim. Aragon. de Justit. & jur. quest. 66. artic. 5. versic. Est adverendum, Diana tom. 6. tractat. 6. resolut. 14. §. 3. Gutierrez lib. 4. Practic. quest. 36. num. 21. Trullench. lib. 7. cap. 11. dub. 8. num. 10. Villalobos tom. 2. tractat. 10. diffic. 20. nu. 7. Lessius lib. 2. de Iustit. & jur. cap. 5. dub. 17. num. 65. Megala lib. 2. cap. 4. quest. 2. num. 14. part. 2. Wigers. de Justit. tractat. 1. cap. 4. dub. 8. num. 23. Hurtad. de Iustit. disput. 1. diffic. 1. Bonacina. de Restitut. in gener. disputas. i. quest. 3. punct. 6. proposit. i. num. 6. Navarrus Manual. cap. 17. num. 175. Sotus lib. 5. de Justit. & jur. quest. 3. art. 3. ad. 2. Rebellius lib. 1. quest. 15. sect. 2. num. 3. Dicastill. lib. 2. de Justit. tract. 2. disput. 9. nu. 407. Mercadus lib. 6. cap. 15. §. Item los. Verde in §. Thesauros, 39. lemm. 37. num. 180. Institut. de Rer. divis.

Hujus conclusionis ratiō 15 est, quia hujusmodi inventor non obligatur Thesaurum tradere, donec à Judice compellatur, ea ratione, quia lex ista, ut omnes citati Auctores asseverant, pro ea parte pœnalis est, & quidem sententia fē-



rendz, non latz. Imperator ibi solummodo tribuit cuique licentiam in suis locis quæren-  
di Thesauros, inventoque fruendi, hoc est, dū id absque sceleratis, ac puniendis sacri-  
ficijs, alijsque artibus, legibus odiosis, fiat. Qua in lege unica,  
nullum adest verbum, ex quo detegatur, Imperatorem vo-  
luisse ipso jure talem inven-  
torem inventis privari, ut no-  
tavit Diana dict. tom. 6. tractat.  
6. resolut. 14. §. 3. in fin. Thesau-  
rus enim in privato fundo re-  
conditus ante inventionem, nequaquam spectabat ad Fi-  
scum, & postquam invenieba-  
tur, inventoris erat, juxta text.  
in §. *Thesauros, Institut. de  
Rer. divisi.* Et tamen lex eo  
16 privavit inventorem, quia  
malis artibus quæsitus fuit, &  
sic in poenam facti. Omne  
quod tendit eò, ut quis prive-  
tur aliqua re, vel jure, creditur  
pro poena adjectum, quamvis  
nomine poenæ adjici minimè  
declaretur, secundùm disposi-  
tionem text. in l. 1. ff. de His,  
que pœn. nomin. l. 1. §. Item si  
ita, ff. ad Leg. Falcid. l. Si penū,  
ff. Quand. dies legat. ced. l 1. ff.  
de Pen. legat. Ex quo infertur,  
17 legem, quæ hujusmodi inven-  
torem Thesauro privat, poena-  
lem esse. Poena sanè ante sen-  
18 tentiam, neque in foro fori,  
neque in foro consciëtiæ obli-  
gat, secundùm Glossam cele-

brem, & communiter appro-  
batam in cap. *Fraternitas*, 22.  
quæst. 2. ut notarunt Bossius  
tom. 2. *Moral. tit. 12. num. 167.*  
Gutierrez lib. 4. *Practic. quæst.*  
36. num. 21. Antunez tom. 2. de  
*Donat. part. 3. quæst. 13. nu. 87.*  
Valenzuel. *consil. 128. n. 26.*

Non oppugnant, nec obni-  
tuntur fundamenta contratiæ  
sententiæ, siquidem Thesau-  
rus, antequam inveniretur, nō  
erat in bonis ullius, Bitschius  
cap. 8. §. 267. par. 2, nec ad Prin-  
cipem pertinebat: & extem-  
plò quòd erat invetus, naturali  
ratione erat inventoris effe-  
ctus. Sicque lex, quæ eū The-  
sauro privavit, verè poenalis  
est; ist poena in conscientia ante  
sententiam nō obligat; ideo-  
que cum hæc ità sint, Thesau-  
ri inventor securus erit; do-  
nec Thesaurus à Fisco vindicetur. Nec complectendum  
est, quod voluit Amaya, vide-  
licet, Leonem Imperatorem  
tantummodo facultatem con-  
cessisse Domino fundi, ut data  
opera in proprio loco, Thesau-  
rum posset indagare, sub con-  
ditione, ne id ficeret arte ma-  
gica, malisve artibus legibus  
odiosis exhibitis. Quippe dis-  
positio illa magis poenalis,  
quam conditionalis est, ut no-  
tarunt Gutierrez, & Antunez  
*locis citatis*, adversùs Amayā  
aliter sentientem, qui pro sua  
opinione dixit, Thesaurum,  
vel

vel quicquid aliud magica arte quæsitum, contra legis Divine, & humanæ prohibitio nem queri, per text. in l. *Nemo, C.de Malefic. ex malib- mat.cap.IIUD, 26. quest. 2.* Secundò, quòd lex vetans acquisitionem Thesauri per artem magicam, vel alias artes prohibitas, non est pœnalis, quia ante latam illam legem, tanquam Redditus Regius, ad Fiscum Thesaurus pertinebat: Unde dicendum videtur non esse pœnalem; sed illum Dominum loci, inventorive concedere, ea tamen conditione, & lege, ne cum arte magica quærat; alias cum sibi reservat.

Quibus nec etiam obstati bus, posse hujusmodi inventorem Thesaurum retinere in foro conscientiæ, donec à Fisco vindicetur, defendit Gutierrez lib. 4. *Practic. quest. 36. num. 21.* quoniam in foro conscientiæ pœna ante condemnationē nequaquam debetur, ut latè quoque ostendit ipse Gutierrez lib. 8. *Novell. collec. reg. lib. 5. Practic. quest.* Lex enim, quæ privat investigare Thesaurum arte magica, vel alijs divinationibus, est quidem pœnalis; quoniam id fieri prohibetur à lege sub pœna, quòd Thesaurus inventus Fisco Regio acquiratur, ut detegitur ex textu in l. *unica*, ibique Doctores communiter, &

Glossa, C. de *Thesauris lib. 10.*  
Nec verum est, Thesaurum 22 ante illam legem esse Reddi tum Regium; & ea lege con cessum fuisse inventorii, ac Domino fundi sub ea conditione ne arte magica quæratur, quod nō est ita. Ast Lex Unica con cedit unicuique facultatem in suis locis quærēdi Thesaurum, eoque uti; dummodo absque sceleratis, puniendi que sacrificijs, vel alijs artibus legibus odiosis id fiat: ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia perseguatur. Hanc enim potius prohibitionem, quam conditionem vocādam suspicatur Gutierrez; quoniā in dicta lege nulla fit mentio, quòd Thesaurus ante eam es set Reditus Regius. Siquidem Thesaurus repertus non dici tur esse in fructu, nec pars fu di; sed benè Dei beneficium, ut notavit Barbosa in l. *Divortio, 8. §. Si fundum. num. 25 ff. Solut. matrim.*

Non obstant, quæ supra 24 retulimus pro adverfa sentia. Non primum obstaculum, nam licet vetitum sit uti arte magica, & contrarium faciens puniatur, neutquam adest lex prohibens, ac interdicens acquisitionem rei, quæ est in bonis nullius, ut post Gutierrez attestatur Bitschius cap. 8. §. 221. part. 2. quantumque arte magica mediante nō ipsam

inveniat , & cum Thesaurus non sit in bonis nullius, ut clare apparet ex text. in l. *Nunquam*, 3 i. §. *Thesaurus*, ff. de *Acquirend.rer. domin.* Ideo que jure gentium quæritur inventor, pet text. èn l. i. ff. de *Acquirend.possession*. quamquā ob modum illicitum Fiscus auferre possit: interim locus est communi regulæ cap. *fraternitas*. Nec minus obest se-  
cundū, quia Lex Unica est pœ-  
nalis, quapropter non obligat in conscientia ante condem-  
nationem: Thesaurus ante illam legem non erat in bonis ullius, sed postea est, sed in-  
ventoris sit, ut tradidit Gutier-  
rez lib. 4. *Practic.quest. 36. nu.  
22.* Unde concludendum est, illum, qui arte magica The-  
saurum quæsivit, posse eo uti  
in foro cōscientiæ, donec vin-  
dicitur à Fisco. Quippe sicuti  
meretrix divitijs, quas pec-  
cando est adepta, uti piè, &  
sanctè potest; ità scientia, qua-  
quis peccando adquisivit, san-  
ctè, pièque uti poterit, ut af-  
serit Caramuel *Theolog. mo-  
ral. disput. I. artic. 2 num. 295.  
in fine*.

*27* Sed nunc percuntandum est, an quando invenitur Thesaurus in fundo alieno ex in-  
dustria, dataque opera sine li-  
centia Domini loci, sufficiat in  
conscientia ante Judicis sen-  
tentiam dare tantū ei dimi-

diam partem, negant Molina na de *Justit. et iur. tom. I. tra-  
ctat. 2. disput. 56.* Cajetan. 2. 2.  
*quest. 66. artic. 5. ad 2.* Navar-  
rus *Manual. cap. 17. num. 175.*  
Megalai in 2. 2. lib. 2. cap. 4. *qua-  
stion. 2. num. 16.* Èò quia hæ le-  
ges neutiquam dici possunt pœnales, cum tantū circa decernendum inventorum Thesaurorum dominium sta-  
tuant vim habere ante Judicis sententiam in foro Poli: ita ut inventor fortuitò in alieno fū-  
do teneatur restituere Domi-  
no dimidiā Thesauri par-  
tem, non expectata Judicis sententia: sin autem data ope-  
ra invenerit, deductis expen-  
sis, totum restituere debet juxta dispositionem text. in  
l. unic. *C. de Thesaur.* Quam-  
etiam opinionem sectatur Sa-  
lon. in 2. 2. *D. Thom. quest. 66.  
artic. 5. conclus. 5.* Et quoad pri-  
mam partem concordant Di-  
castillus lib. 2. *de Justit. tractat:  
2. disput. 9. dub. 5. num. 107.*  
Trullench. in *Decalog. lib. 7.  
cap. 3. dub. 8. num. 4.* *Rebell. lib.  
I. part. I. quest. 15. sect. 2. n. 13.*  
Si data opera invenitur Thesaurus in foro conscientiæ nō obligatur ante Judicis senten-  
tiam; sed sufficit dare dimidiā partem Domino fundi: altera dimidia retenta, quia  
hujusmodi dispositio est pœ-  
nalis, ad coercendam injuriā,  
qua inventor afficit dominum.

lo-

loci quærendo Thesaurum in ejus fundo absque ejus consensu, ut nitescit ex verbis *Lunig. C. de Thesaur.* præfertim ex verbo *cōpellatur*, quod 28 legem esse pœnale demonstrat, & compulsionem Judicis esse expectandam, ut docet Trulench. ubi supra, Diana tom. 6. resolut. 4. §. 2. *Filliac.* tom. 2. tract. 31. cap. 6. num. 154.

29 Ast non pigeat hic circa hanc quæstionem Caramuelis verba referre lib. 2. *Theolog. moral. artic. 2. num. 291.* ubi proponit Thesaurum ex industria quæsumum in alieno fundo, totum domino fundi esse, non inventoris. Sed cum lex prohibens sit pœnal, non obligat, nec ante Judicis sententiam. Igitur si industria, quæ civiliter peccaminosa sit, Thesaurum in fundo alieno repereris, poteris condemnari ne medium partem habeas; at illam medium partem ante condemnationem poteris licetè possidere. Ita Lessius lib. 2. dub. 15. concl. 3. ex verbis ipsius legis, Rebellius lib. 1. quæst. 15. sect. 2. num. 3. Mercadus lib. 6. cap. 15. §. Item los Thesoros. Quorum sententiam probabilem censet Dicastillus de fustit. & jur. lib. 2. tractat. 2. disp. 9. num. 407. ubi etiā Vasquez, & Bañez allegat. Sed quæ in 30 dustria lege hac tertia caveatur? Putant aliqui magicam,

& errant; hæc enim cavetur lege. 4. Puto equidem caveri industriam incivilem, nimirum si Thesaurus fundi Domini in consulto quæratur, tunc enim congruum est, hanc incivilitatem expiari: Adsono Petro Gregorio Tholosano *Syntagmat. juris lib. 4. cap. 11. num. 2.* ubi ait: *Si inscio, vel nolente Domino, omnis Domino debetur.* Petis, an inventor incivilis, ille, inquam, qui tercia lege (ut patet in res. 1. ex verbis §. *Thesaurus, inst.*) condemnatur, possit totum illum Thesaurum inventum ante Judicis condemnationem tutta conscientia retinere? Consultò an totum retinere possit, interroges: posse enim retinere medium partem usque ad juridicam condemnationem, negant Lessius, Rebellius, Dicastillus, Vasquez, Bañez citati: quia judicant ante sententiam Judicis standam esse dispositioni secundæ legis: Ego tamen existimo, quæstionem aliter resolutum iri, si verbis stetur. Quod si mentem Legislatoris velis inquirere, vix probabiliter procedes: si contra tenorem verborum arguo sic.

Quando lex aliqua univer- 31 salis limitatur lege aliqua parti- culari pœnali, quæ non obli- get ante sententiam, debet li- mitatio esse exceptio legis li- mi-

mitatæ, & ante sententiam, omissa lege limitante procedi poterit juxta non limitatam. Ergo in casu præsenti, cum tertia lex sit limitatio, & exceptio, procedi poterit ante sententiam, juxta illam legem, quam limitat. Atqui hæc sententia lex sit limitatio non est exceptio, aut limitatio. Secundæ, sed juris naturæ omnes Thesauros inventori<sup>i</sup> adscribentis; ergo ante condemnationem, poterit inventor juxta legem naturæ procedere, & retinere totum Thesaurum inventum.

32 Minorem probo: In lege excipiente debet generalis claudi, aliás non esset exceptio. Si dicas, omnia animalia posse vendi, excepto homine; opus est hunc esse animal; ergo, ut sit vera hæc assertio: Omnis, qui in fundo alieno repererit casu Thesaurum, medium partem habebit; illis exceptis, qui repererint illum ex industria; opus erit, ut casus de industria prædicetur; quod cum fieri non possit (industria enim casus non est) tenendum, legem tertiam non esse exceptionem secundæ. Dices, sequi ex nostra doctrina, melioris esse conditionis illum, qui ex inurbana industria Thesaurum invenerit, illo, qui casu: hoc est, melioris esse conditionis illum, quem leges volunt punire, illo, quem præmio donant. Respondeo

negando consequentiam: nam qui casu invenit Thesaurum, in fundo alieno, pacificè sine ullo periculo, medium habebit partem; qui autem temeraria, & inurbana industria querere illum præsumpserit, habebit totum ante judicium, & post sententiam nihil: atqui melius est habere medium partem 33 citra controversiam, quam totum cum certissimo profundi periculo: ergo. Hactenus Caracuel. Sed Diana tom. 5. resol. 4. §. 4. non discedit à sententia communi. Dicit itaque, quod Thesaurus de industria inventus sine consensu Domini, talus pertinet ad ipsum Dominum, non tamen ante Judicis condemnationem; sed in conscientia sufficit dare illi dimidiam partem, parte altera dimidia retenta. Et ita, præter Doctores citatos, tenet Rodri- 34 quez in Summ. tom. 1. cap. 160. num. 1. ubi sic ait: Segun derecho comun el Tbesoro, que uno halla en su propriatierra es del que le halla, y el allado en tierra agena, aunque sea del Principi<sup>y</sup> si a caso se ballo, la mitad sera del que le halla, y la otra mitad del Señor de la sierra. Emperò, si con cuydado, y industria le busco sin consentimiento del Señor de la sierra, todo deve ser del dicho Señor. Y advierta, se que hablándose a caso en el fuero de la

la conscientia antes que se sencie el Juez, la mitad serà de el Señor de la tierra, y la otra mitad serà del que le ballo, porque esta disposicion no es penal, para que desobliguemos al que le ballo de dar la mitad al verdadero Señor, antes que se da la sensencia, mas es una disposicion definitiva, que aplica estas dos mitades. Empero, quando el Thesoro se busca de industria en tierra agena sin licencia del Señor, no tiene obligacion el, que le balla de restituyrla al dicho Señor, antes que la sentencia se de contra él. Porque quanto a esto la dicha disposicion es penal, castigadora de la culpa, que tuvo el, que le buscó contra voluntad de dicho Señor. Eandem sententiam sectantur Trulench.lib.7.cap.3.dub.8, nu.4. Sayrus Clav.Reg. lib.9. cap.9. num.13. quod ampliat Antunez de Donat. part.3. cap. 13. n.12. ut procedat etiam si quis fortuitò Thesaurum inveniat. Sin autem data opera in alieno agro inveniatur Thesaurus, totus ad Dominum fundi pertinebit, siye investigatio facta fuerit cum voluntate Domini, sive absque illa, & tradunt Anton. Gomez in l.45. Taur.num.51. Barbosa in l. Divortio , 8. §. Si fundum, num.39 ff. Solut.matrim. Avédañus lib.1. de Exequend.má-

dat.cap.4.num.33. Sixtin.lib.2. cap.21. num.28. de Regalibus, Cevallos Commun. contra comm. quest.514. Quoties inventor Thesauri in alieno fudo, sive fortuitò, sive data opera inveniat, tenetur in fero conscientiae partem Thesauri restituere Domino fundi, etiam ignaro, ut docet Antunez de Donat. part.3. cap.13. num.24. ex Cajetano 2.2.quest.66. art.3. ad 2. Navarro Manual.cap.17.num.175. Molina de Justit. & jur.disput.56. nu.2.tom.1. Gutierrez Pract. quest.36.num.40.

### S U M M A R I V M .

1. Veteres sceleratis sacrificiis operam dabant.
2. Scelerata sacrificia à Romanis vestita l.xi i. Tabl.
3. Mala sacrificia, quid in l.ex Senatus consult. 19. ff. ad Leg.Corn.de Sic.
4. Pauli lib.5. sententiарum locus.
5. Sacra Nocturna quid, Horatio,
6. Scelerata sacrificia in Thesauris inveniendis, quo pacto fiebant.
7. Davones humano sanguine delectantur.
8. D.Augustini testimonium.
9. Cedreni testimonium.
10. Heliodori de Anu Sagahistoria.

- 11 *Zonara locus irradiatus.*  
 12 *Scelerata magorum sacrificia, jure, ac meritò à Christianis verita.*  
 13 *Ne in loco quidem proprio, Thesaurus invenire sceleratis permittitur sacrificiis*  
 14 *Theseos columen.*  
 15 *Cassiodori locus gemmeus.*  
 16 *Nunquam defuerunt in Orbe vani Thesaurorum venatores.*

Sacrificiis puniendis, ac sceleratis imprecationibus, seu qualibet alia arrere legibus odiosa, an Thesauros indagare permittatur.

### C A P. VI.

- 1 **H**orrenda, ac scelerata sacrificia quondam à Veteribus fieri, liquet ex Spartiniano in Didio Julian. circa finem, Torreblanca lib. I. de Magia, cap. 16. num. 23. Paulo Diaco: lib. II. Histor. miscellan. in Maxet. Horatio in Epidode 5. & cæteris relatis à Bulangerio lib. 2. adversus Magos cap. II. 26. & 27. Quæ jam inde à Legi duodecim Tabularum nimis operè sunt adversati Prisci Romani, ut videre est apud Senecam lib. 4. Natur. quest. cap. 7. Tertullianum de Idola-

tria, Plinium lib. 28. cap. 2. & adnotarunt Zerda ad Virgil. eclog. 8. vers. 95. nu. 4. Rævard. ad leg. duod. Tabular. cap. 23. Balduin. ad leg. easd. in l. 54. Gothofredus ad eas ipsas leges tit. 27. §. 10. De hujusmodi perhorrendis sacrificiis intelligēdus est Jurisconsultus Modestinus in l. Ex Senatusconsulto, 13. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. quò Legis Corneliaz plectitur pœna, qui mala fuerit operatus sacrificia. Mala hæc sacrificia sunt magica, & quæ in hanc superstitionem tendunt, ut explicuit Paulus lib. 5. Sentent. tit. 23. versic. *Qui sacra*, ibi: *Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, interficerent, obligarent.* Hujusmodi hæc sacra, *Nocturna* appellat Horatius in Epidode 5. & Funebris dicuntur in l. 7. C. Theodosian. de Malefic.

Hæc porrò in inveniendis Thesauris sacrificia, fiebant plerumque, ut adnotavit Amaya in l. unic. num. 14. C. de Thesaur. scrobe facta, & in ea nigrarum pecudum sanguine fuso, homineque manifesto, Dæmonis ope sæpiùs evocitata, ut quoque attestatur Bulangerius lib. 2. adversus Magos cap. II. Has forsitan imprecations, humanumque sanguinem fundebant, quia Dæmones fertur hominis sanguinem admodum appetere, prout

prout eniter ex Divo Augusti  
 & orelato in cap. Nec mirū, 14.  
 26. qu. 5. *Damonibus enim acci-*  
*tis audent ventilare, ut quo usq-*  
*ue suos perimant in aliis ar-*  
*tibus inimicos. Hi enim san-*  
*guine utuntur, & victimis, &*  
*sapè contingunt corpora mor-*  
*tuorum. Confert quoque, quod*  
*tradidit Cedrenus in Jovinian.*  
 9 ubi narrat Jovianum multas  
 cistas in Regia invenisse capi-  
 tibus humanis plenas, multosq;  
 que puteos cadaveribus homi-  
 num refertos. Et infinitatem  
 mulierum prægnantes excide-  
 dere, & multos infantes ma-  
 etatos sub Idolis suis defossos  
 reperisse, quos omnes Dæmo-  
 nibus immolavit. Sic apud He-  
 liodorum lib. 6. *Histor. Æthiop.*  
 10 Anus maga Lunam barbaris,  
 inauditisque nominibus præ-  
 cabatur, incidebatque brachiū,  
 & lauri surculo sanguine ab-  
 sterso, conspergebat rogum.  
 In hunc sanè sensum est desu-  
 mendus Zonaras in *Magnent.*  
 ubi dixit: *Malorum Tyranno*  
*fastigium fuit, quod ad magi-*  
*cas præstigias animum appulit*  
*Magnentibus, cum fæminas*  
*prægnantes medias secaret, ut*  
*infantium ex ea scrutaretur.*  
 15 Ideoque cum ita horrenda  
 sint ejusmodi sacrificia, nefar-  
 ia, ac scelerata, summoperè  
 Christianæ pietati reluctantia,  
 Religioni Catholicæ consonū-  
 ast, non solùm nè permittatur

his perfidis uti sacrificiis ad  
 inveniendos Thesauros. Ve-  
 rùm prohibetur expressè, nè i 3  
 quis etiam quamvis sit in loco  
 suo, intervenientibus scelerati-  
 sis sacrificijs audeat investiga-  
 re Thesauros, ut docuerunt  
 Wierus lib. 5. de *Præstig.* Da-  
 mon. cap. II. Bodin. lib. 3. de *Ma-*  
*gor.* *Damon.* cap. 5. Grilland.  
 lib. de *Sortileg.* quæst. 3. num. 12.  
 Delrio lib. 2. *Disquis. magic.*  
 quæst. 12. num. 10. Bitschius de  
*Thesaur.* cap. 6. §. 51. & 110.  
 part. 2. Amaya in *tunic.* num.  
 16. C. de *Thesaur.*

Hæc conclusio exprefse 14  
 fundatur in text. in *tunic.* C. de  
*Thesaur.* ubi Imperator Leo  
 justissimè, ac apertissimè ve-  
 tuit, sceleratis sacrificiis The-  
 sauros quærere, ubi postquam  
 facultatem permittit investi-  
 gandi, subiungit hæc verba:  
*Dummodo sine sceleratis, ac*  
*puniendis sacrificiis, aut alia*  
*qualibet arte legibus odiosa.*  
 Quoniam intolerabilis excessus  
 est, qui supernæ majestati-  
 sis affectat injuriam, & obli-  
 tus pietatis, crudelis secatur  
 errores. Abscedereque debet  
 xitus tam profanus, contice-  
 scereque murmur animarum  
 poenale, versarique non licere  
 in magicis artibus temporibus  
 christianis: Quin nolumus lu-  
 cra quæri, quæ per funesta pos-  
 sunt scelera reperiri, ut aje-  
 bat Cassiodorus lib. 4. epist. 18.

22. & 34. Quippe licet omnis  
15. ætas hos maleficos Thesau-  
rum inventores, sceleratis ad-  
hibitis sacrificijs tulerit, ut no-  
tarunt Lucianus in *Alexand.*  
*Balduin.* in l. 54. duod. Tab.  
16. in fin. Nullum tamen id con-  
sequutum invenies, ut tradūt  
*Cæsalpinus* in sua *Demon.* in-  
vestigat. cap. 12. *Grillandus* de  
*Sortileg.* quæst. 3. num. 12.

## SUMMARY:

1. *Thefaurus in fundo proprio inventus, quomodo cumque inveniatur, inventor adquiritur.*
2. *Nec ad Principem spectat.*
3. *Jurisconsultorum multitudine Thesis firmatur.*
4. *Theseos ratio, ex naturali fluit ratione.*
5. *Theseos columnina duo: primum unde petatur.*
6. *Alterum unde.*
7. *Et quid si Dominus fundi per alium querat.*
8. *Licet Domino fundi agrum suum per alium fodere.*
9. *Providentia Legislatorum inferendis legibus de Thesauri inventione, doctissime laudatur à Caramuele.*
10. *Varia veterum Principum leges de Thesaurorum inventione.*
11. *Principum libido, & avaritia, saepe leges de Thesaurorum inventione variavit.*
12. *Sub Constantino M. Fiscus dimidiā parsem Thesauri vindicabat, & ex qua lege.*
13. *Et quid antiquiori tempore.*
14. *Alexander Severus, Thesauros inventoribus concessit: dummodo magni admundum non fuissent.*
15. *Nicephorus Thesauros omnes inventoribus ademit.*
16. *Et quid Nerva constituerit.*
17. *Quidve Hadrianus.*
18. *Et quid Severus, & Antoninus, Caracalla, & Helio-gabalus.*
19. *Post Alexandri Severi tempora, & ante Carum, ac Carinum, Thesauri omnes erant Fisco denunciandi.*
20. *An hoc sub Caro, & Carino obtinuerit.*
21. *Calpurnii locus enodatus.*
22. *Sub Diocletiano, & Maxi-miano Thesauri omnes Fisco cedebant.*
23. *Gratiani, Valentiniani, Theodosij, Arcadijque constitutio-nes de Thesauris inventis.*
24. *Cur Theodosius constitutionē Constantinianam de Thesauris à suo Codice abesse voluit.*
25. *Post Justiniani tempora Thesaurus totus Fisco acquirebatur.*
26. *Gothicum jus de Thesauris, quale.*
27. *Quinam jus, quod Fisco attributum erat, inventor Thesauri remiserint.*

Æqui-

28 *Æquitas Hadriani in inventione Thesaurorum à Justiniano amplexata.*

29 *Dominium in jure duplex.*

30 *Dicatur ne invenisse Thesaurum in loco suo Dominus nuda proprietatis.*

31 *Inventor etiam nuda proprietatis Thesauri dominium adquirit, siue fortuita inveniat, siue data opera, quia forte audivit iei lateare Thesaurum.*

32 *Et quid si Thesaurus licet quaratur in fundo alieno.*

33 *Leges civiles de Thesauri inventione in funda alieno, baud pœnales: ideoque obligant in foro conscientia ante latam sententiam, si casu Thesaurus inventatur: ex quid si de industria.*

34 *Inveniens de industria Thesaurum in fundo alieno, amittat expensas.*

35 *Sunt, qui censeant, posse inventientes de industria Thesaurum in fundo alieno, medietatem sibi reservare.*

36 *Verior sententia, qua.*

37 *Seminans, ex querens Thesaurum in agro alieno, sine licentia Domini, equipantur.*

38 *Cum lex statuat, ut quando casu inventus est Thesaurus in loco alieno, medietas sit inventaris, ex altera medietas Domino fundi debetur.*

39 *Hactenus exposita, de quo Thesauro sint intelligenda.*

*Thesaurus inventus in loco proprio an sit totus inventoris, si fortuito, seu data opera inventatur.*

### C. A. P. VII.

**B**reviter huic est respondendum quæsito, videlicet, quod Thesaurus, quem quis in loco suo invenerit, totus acquiratur inventor; siue Thesaurus, quem in nostro fundo invenerimus, totus nobis adquiritur, & nequaquam ad Principem spectat. Quæ cœclusio ampliatur ut procedat, quamvis casu, vel data opera inventus sit. Nam in utroque casu ad inventorem attinet, ut communis Doctorum assertio probatur, & amplectuntur Bitschius. cap.7. §. 130. part. 2. Arnisæus. lib. 3. de Jur. majest. cap. 6. num. 23. Klokius lib. 2. de Ærar. cap. 116. num. 13. Carpzov. part. 2. Jurisprud. const. 53. defin. 4. Berlich. conclus. ultim. part. 2. Bartol. Bald. Angel. & Platea in Lunic. C. de Thesaur. Nicas. & Mynsinger. in §. Thesauros; Institut. de Rer. divis. Practic. Papiens. in Form. libelli in act. real. gloss. Jure dominij.

num.12. verfic. *Aus est inven-*  
*tus casu fortuito*, Belvis. lib.1.  
 cap.1.verb. *Furem*, num.61. ver-  
 fic. *Circa hoc dic.* Villalobos  
*in Commun. opinion. liter. T.*  
*verb. Thesaurus*, num.111. Ca-  
 ramuel lib.2. de Leg.moral. di-  
 spus.1. artie.2. num.287. Go-  
 mez in l.54. Taur.num.51. Ma-  
 strillus lib.3. de Magistratib.  
 cap.10. num.319. Bursat. con-  
 sil.209.nu.2.lib.2. Menochius  
 lib.5. *presumpt.* 30. num.10. Fa-  
 rinac. part.3. *Prax. criminal.*  
*quæst.* 104. num.2. Barbosa in  
*l. Divortio*, §. *Si fundum*, num.  
 26. ff. *Solut. matrimon.* Peregr.  
 lib.4. de Jur. Fisc. tit.2. num.2:  
*Afflict. decis.* 321. num.7. & ibi  
*Ursill.* num.7. Antunez part.3.  
*de Donat.* cap.13. num.10. Co-  
 varuvias in cap. *Peccatum*,  
 part.3. §.2. num.2: Monganus  
*de Regalib. verb.* *Et dimidium*  
*Thesauri*, num.2. Chassanæus  
*ad Consuetud. Burgund.* tit. des  
*Justices*, verb. *Expaves*, num.8.  
 Gutierrez lib.4. *Practic. quæst.*  
 36. num.23. Crotus consil. 156.  
 num.6.lib.2. Sixtin.lib.2. de Re-  
 galib. cap.fin. num.21. Navarrus  
*Manual. consil.* 17. num.172.  
 Borrell. *de Præstant. Reg. Ca-*  
*tholic.* cap.27. num.7. Gabriel.  
 lib.3. tit. *de Empt.* & vendit.  
*conclus.* 1. num.11. Lessius lib 2.  
*de Justit.* & *jur.* cap.5. dubitat.  
 15. num.58. Diana tom.6. tra-  
 ctat.6. resolut.2. §.1. Castill. de  
*Tert.* cap.41. num.107. tom.7.

Filluc. tractat.31. cap.6. num.  
 154. tom 2. Rippol. *de Regalib.*  
 cap.16. num.41.

Hujus sanè conclusionis ra-  
 tio, ex naturali emanat ratio-  
 ne, quæ exigit, ut ea, quæ non  
 sunt in bonis ullius, ut est  
*Thesaurus*, per text.in l. *Nu-*  
*quam*, 31. §. *Thesaurus*, ff. de  
*Acquir. rer. domin.* occupanti  
 concedantur, ut pluribus ad-  
 ductis legibus ostendit Bit-  
 schius *opuscul.* *de Thesauris*,  
 cap.2. §.38. & cap.3. §.75. & af-  
 seruit quoque ex Divo Tho-  
 ma 2.2. *quæst.* 66. art.2. ad 2  
*Navarro in Manual.* cap.17.  
 num.175. *Sotus lib.5. de Jusfit.*  
*quæst.* 3. art.3. Molina de *Ju-*  
*stit.* & *jur. disput.* 56. num.4.  
 Oñate. tom.2. tract.11. *disputat.*  
 40. num.212. Verde in §. *The-*  
*sauros*, lemm.37. num.174. *In-*  
*stitut. de Rer. divisi.*

Duo quidem sunt jactæ cō-  
 clusionis expressa ferè funda-  
 mina. Primum text.in l. unic.  
*C. de Thesaur.* ubi Leo Impe-  
 rator non solùm Dominis bo-  
 corum, seu agrorum tribuit  
 facultatem investigandi The-  
 sauros (hoc est dummodo  
 absque nefariis fiat sacrificijs)  
*Verùm etiam liberam eis de-*  
*dit potestatem utendi rebus*  
*inventis*; ut ex ejus verbis ni-  
*tescit ibi: Nam in suis qui-*  
*dem locis unicuique, dummo*  
*do sine sceleratis, ac punien-*  
*dis sacrificijs, aut alia quali-*  
*be*

*bet arte legibus odiosa, The-  
saurum querere, & invento  
uti liberam tribuimus facul-  
tatem.*

- 6 Secundum text. expressus in §. *Thesauros*, 39. *Institut. de Rer. divis.* ubi Hadrianus naturalem sequutus æquitatem, Thesauros inventos à Dominis locorum, eis concedit, ut attestatur Justinianus Imperator ibi: *Thesauros, quos quis in laco suo invenerit, Divus Hadrianus naturalem equitatem sequutus, ei concessit, qui eos invenerit.* Idem statuerunt Imperatores in l.2. & 3. C. *Theodosian. de Thesaur.* & ibi latè Gothofredus in notis suis.

Amplia hanc conclusionē, ut procedat quoque non solum quando Dominus fundi per seipsum querit; verū etiam ei licet per mercenariū, vel per alium ipsius nomine in suo fundo Thesaurū querere, teste Guidio lib.3. de *Mineralib.* tit. 10. quast. 7. n.ii.

- 7 8 Quia sicuti Dominus licet agrū suum fodere; ita etiam per alium, nempe, per mercenarium, text. in l. Ita autē, §. *Ges-  
sisse, ff. de Administr. tutor.* text. in l. *Qui saxum,* versic. *Planè, ff. de Donat.* & in eo casu totus Thesaurus fiet Domini fundi, argument. text. in l. *Qui proprio, §. Procurator,* ff. *de Procurator.* ut, asserunt Platea in l. unic. C. *de Thesaur.*

Guidius lib.3. tit. 10. quast. 7. num. i i. Soccinus quast. 2. & 5. in 2. casu. Quod, ut advertit Guidius, intelligi debet: dummodo non acquirat per artem reprobatam. Hinc est, ut mirabilis vir, ac ingeniosissimus Caramuel lib.2. de *Leg. moral.* artic. 2. num. 290. Legislatorum providentiam, & æquitatem commendet, dum concordiam Thesauri inventi, divisione instituerunt: Videlicer quaties quis in alieno solo data opera, & industria Thesaurum invenit, totus ad agri dominum attineat; si verò fortuitò repererit, dimidiam partem habebit. In agro proprio, sive de industria, sive fortuitò invenerit, totus inventori cedit. Concordat etiam Montanus. *de Regalib.* versic. Et dimidium Thesauri, nu. i. Et sic in Cathaloniae Principatu decilum. refere Ripoll. *de Regalib. cap. 16. nu. 41.* Cujus decisionis meminit quoque Diana tom. 6. tractat. 6. resol. 2. Rosenthal. *de Feud.* tom. 1. conclus. 92. cap. 5.

Hoc licet hodie sic statutū sit: tamen olim diversis Principum constitutionibus pro temporū varietate aliter sanctum fuit: quia non semper apud Priscos eadē fuit acquirendorum Thesaurorum constitutio, sed secundūm Imperatorum cupiditatem, avariam,

tiam, libidinemque variasse, adnotavit Gothofred. in *l.i. C.* *Theodosian. de Thesaur.* qua in lege appetet tempore Constantini Magni Fiscum dimidiām partem Thesauri vindicasse, ut eruitur ex illis verbis: *Quicumque Thesaurum inventerit: Et in fine legis: Quis enim inventas apes offerre noluerit. Nitescit etiam ex vestigioris juris cognitione,* si quidem Thesaurus in loco proprio repertus, totus Fisco cedebat, quod ad dimidiām tantum partem Constantinus per *l.i.* humanitatis gratia, rediuit; & id ante Imperatores Nervam, & Hadrianum obtinuisse colligitur ex Cæsellii Bassi exemplo sub Neronis Imperio, à Cornelio Tacito relato *lib.16. Annal.* Alexander Severus Thesauros reperitos, iis, qui repererant reliquit: eo tantum excepto, ut si Thesauri magni essent, eos iis, quos in suis habebat officiis addixit, ut tradidit Læpidius in *Vita Alexandr.* Erodius *lib.4.* *Rer. judic. tit.7. cap 1.* Nicephorum omnes Thesauros inventoribus ademisse refert Cedrenus. Nerva Thesauros Dominis prædiorum concessit, cujuscumque modi Thesaurus esset, ut Attici exemplo luceat ex Philostrato *lib.2.de Vit. Sophistar.* in *Vit. Herod.* Qui cum ingētem invenisset

Thesautum, Nervæ scripsi-  
Tbesaurum domi mea, Impet:  
rator inveni, quid de eo fa-  
ciendum jubes? Cui Attico cū  
Imperator: Uttere iis, quod  
invenisti, responderet; ast At-  
ticus non acquiesceret; rursus  
Abutere igitur invento, quod  
tuum est, rescripsit ambigen-  
ti Attico. Et Zonaras in *Vit.*  
*Nerv.* Thesaurum inventum  
Dominis prædiorum conces-  
sisse Nervam asseruit. Hadria-  
nus naturalem æquitatem se- 17  
quutus, totum Thesaurum in-  
ventori dedit, teste Spartiano  
in *Vit. Hadrian.* si in loco pro-  
prio invenisset; si in alieno, di-  
midium Domino fundi, ut  
cursim notat Cujacius *lib. 9.*  
*ob servat. 37.* Hoc sanè jus sub  
Imperatoribus Severo, & An- 18  
tonino Caracalla obtinuisse  
colligit Gothofredus ex Call-  
strato in *l.3. ff. de Jur. Fisc.* Et  
medio inter Caracallam, & se-  
tēpore, sub Heliogabalo, mu-  
tagum fuisse autumat. Post A-  
lexandri Severi tempora, an- 19  
te Carum, & Carinum Impe-  
ratores, Thesauri omnes erat  
Fisco denunciandi, eique ac-  
quirebantur; quamvis inven-  
tor in suo proprio solo inve-  
nisset. Quod Cari, & Carini 20  
temporibus abolitum fuisse  
patet ex Calpurnio *Eclog. 4.2*  
*Jam neque damnatos me-  
tuit instare ligones*  
*Fosfor, & inventor, fissoris*  
*de-*

*dedit utitur aura:*

*Nec timet ut nuper, dum  
jugera versat arator,*

*Ne sonet offenso contraria  
vomere massa.*

*Jamque palam presso magis,  
ac magis instat aratro.*

22. Denique sub Diocletiano, & Maximiano, ac Maxētio Tyranno, ante Constantinū Magnum Thesauros totos Fisco cessisse ex l.i. C.Theodosian. de Thesaur. colligit Gothofredus.

23. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius si quis Thesaurum in alieno agro reperisset, Domino loci quadram dederunt, teste Cujacio lib.9. obseruat.37. ad fin. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, eos, qui suadente numine, vel ducente fortuna, Thesauros repererint repertis, lxtari rebus sine ullo timore permiserunt, ut constat ex l.i. & 2. C.Theodos. de Thesaur. Quod ad æquitatem juris Hadriani, de quo Justinianus in §.Thesauros, Inst. de Acquir.rer.domin.respicere asserit Gothofredus; & ab Imperatore Leone Magno in Lunic. C.de Thesaur. comprobatum quoque, & à Justiniano. Quam.

24. ob causam Constantini M. Constitutionem, ideo à Codice suo abesse voluerit, suscipietur ipse Gothofredus. Post

25. Justiniani tempora Thesaurus totus Fisco acquirebatur per

Novellam Leonis 5 i. Quod jus Gothis quoque placuisse 26 emitet ex Cassiodoro lib. 6.

Variar. cap.8. Quod jus ad 27 inventorem postea remiserūt Gratianus, & Valentinianus in l.2. C.Theodos. de Thesaur. & Valentinianus Theodosius, & Arcadius in l.3. C.eod. juben-tes, Thesauros inventos in lo-28 cis propriis inventoribus ce- dere; & idipsum decrevit Ju-stinianus in §.Thesauros, In-stitut. de Acquir. rer. domin.

Hadriani æquitatem sequutus. Locus suus, aut proprius, ubi Thesaurus potest inveniri seiri debet. Et in jure nostro 29 duplex dominii genus agno-scimus, videlicet directum, de quo in l. Si finita, §. Si de Ve-ctigalibus, ff. de Damn. infect. quod verum, & proprium do-minium nuncupatur: Alterū verò dicitur utile, de quo agi-tur, & loquutus fuit Impera-tor in l.unic. C.de Vendit. rer. fiscal. Quocirca dicetur inve-nire Thesaurum in loco suo, 30 qui est Dominus non solùm solidæ proprietatis, verùm & quoque nudæ: quamquam aliis usum fructum habeat, ut ex text. in §.Alienus, Inst. de Hared. instituend. asseverat Diana tom.6. tractat.6. re-solut.2. §.2. Est enim à jure licentia concessa quærendi Thesauros à Dominis in pro-prijs fundis; dummodo non absque

absque sceleratis fiat sacrificiis, sed licita arte, text. in l. i. C. de Malefic. text. in l. unic. C. de Thesaur. Quippe hujusmodi inventor jure gentium Thesauri acquirit dominium; Diana tom. 6. tractat. 6. resol. 3. §. 3. sive fortuitò invenerit, si ve data opera, quoniam forte audivit ibi latèrē Thesaurum, & ideo agrum defodit, vel casu agriculturæ causa fodiebat, illumque invenit, & in utroque casu fiet Dominus totius Thesauri, ut tradidit Guidius lib. 3. de Mineralib. tit. 10. q. 5. num. 8. cum pluribus ab ipso relatis. Ideoque optimè Sayrus lib. 9. Clav. Reg. cap. 4. nu. 3.

32 dixit, quòd si attendatur jus civile, & positivum, tunc si in proprio fundo, absq[ue] arte prohibita Thesaurus inveniatur, totus inventoris erit. Si in agro alieno; tunc in casu aliud intendendo repererit, dimidium Thesauri ad inventorē, dimidium ad dominum loci pertinebit; sive dominus loci sit persona privata, sive sit ager Republicæ, Civitatis, vel oppidi, aut Regis, medietas quidem ad Rempublicam, Civitatem, oppidum, aut ad Regem spectabit. Sin autem quis in alieno fundo ex industria, & data opera invenerit, Domino agri inconsulto; tuac totus Thesaurus, deductis expensis, Domino fundi resti-

tuendus erit, ut habetur in l. unic. C. de Thesaur. l. Falsus, ff. de Furt. l. Si is, qui, ff. de Acquir. rer. domin. l. 3. §. In locis, ff. de Jur. Fisc. §. Thesauros, Institut. de Acquir. rer. domin. & ibi omnes Institutistæ, Divus Thomas 2. 2. quest. 66. artic. 5. ad 2. & ibi Cajetan. Paludan. 4. dist. 15. quest. 2. art. 2. conclus. 5. S. Ant. part. 2. tit. 1. cap. 15. §. De inventis, Angel. verb. Inventa, §. 1. Syl. quest. 3. versic. Secundum, & vers. 3. ad secundum, Navarr. in Manual. cap. 17. num. 172. versic. Sexagesimo quarto, Gabriel. in 4. dist. 15. quest. 3. art. 3. dub. 7. conclus. 2. Covarr. in Reg. pec. part. 3. §. 2. num. 2. Petr. de Aragon. 2. 2. quest. 66. art. 5. & Mich. Salon. ibi, & Dominicus Bañes ibi, idem Gregor. de Valen tom. 3. disput. 5. quest. 10. punct. 3. Ludovic. Molina de Justit. part. 1. tract. 21. disput. 53. & disput. 56. & alii, ubi Cajetan. & Navarr. cit. num. 175. versic. Sequitur secundò, Pet. de Aragona, & Molina recte observant, quòd cum leges istæ civiles non sunt poenales, 33 sed statuunt, quid secundum æquitatem faciendum sit in comparando dominio Thesaurorum inventorum, obligant in foro conscientiæ ante latam sententiam; & ideo ubi leges istæ Imperiales robur habent, inveniens casu Thesaurum

faurum in loco alieno, tene-  
 tur dimidium dare Domino  
 34 loci, nulla expectata senten-  
 tia; inveniens verò illum de  
 industria, totum tenetur Do-  
 mino loci, in quo inventus est  
 Thesaurus, deductis expensis,  
 restituere. Habet enim talis  
 etiam in hoc ultimo casu jus  
 ad mercedem justam, & expé-  
 sas, secundùm omnes, quia  
 operæ illæ sunt dignæ pretio,  
 & cedunt in Domini utilita-  
 tem. Scio quidem nonnullos  
 35 esse, qui volunt invenientem  
 Thesaurum in loco alieno de  
 industria, non teneri restitu-  
 re totum Thesaurum Domino  
 agri, sed posse sibi retinere  
 medietatem, sicut diximus de  
 inveniente casu: quorum ratio  
 est, quia leges prædictæ civi-  
 les, decernentes, ut talis invē-  
 tor totum restituat Domino  
 agri, videntur poenales, & pu-  
 nire audaciam, & temerita-  
 tem ejus, qui sine licentia Do-  
 mini voluit laborare, & exer-  
 cere suam industriam in agro  
 alieno, & ita non obligare ante  
 Judicis sententiam. Quam  
 sententiam probabilem putat,  
 in eamque inclinant Micha.  
 Salon. ubil supra, Mercatus lib.  
 de Contract. cap. 15. quem ci-  
 cit, & sequitur Ludovic. Lo-  
 pez in Instuct. conse. part. 2.  
 cap. 2. & Dominicus Bañes 2.  
 2. quæst. 66. art. 5. sed verior est  
 36 Cajetani, & aliorum senten-

tia, totum esse Domini loci,  
 juxta præscriptum juris civi-  
 lis, quia hic perinde se habet,  
 ac qui seminat in agro alieno;  
 certum est autem si Petrus se-  
 37 minet in agro Pauli sine ejus  
 licentia, omnes fructus, deduc-  
 tis laboribus, & expensis, esse  
 Pauli.

Unde ante Judicis senten-  
 tiam tam in inventore ex in-  
 dustria, quam casu observan-  
 dæ sunt, & restituendus The-  
 saurus eo modo, quo dictum 38  
 est. Ideo autem statuit lex, ut  
 quando casu invēitus est The-  
 saurus in loco alieno, medietas  
 sit inventoris, & altera medie-  
 tas Domini loci, ut hac ratione  
 quies, pax, & tranquillitas in-  
 ter utrosque observetur. Po-  
 terat namque inter eos oriri  
 discordia; inventore allegan-  
 te pro se felicem successum,  
 & jus inventionis, cui jus na-  
 turæ, & gentium maxime fa-  
 vere videtur: e contra Domi-  
 nus agri pro se allegare potuit  
 dominium agri, & jus civile,  
 quod omnia, quæ in fundo  
 sunt, tribuit Domino ipsius.  
 Ad has igitur lites, & contro-  
 versias tollendas, statuit lex,  
 & optimè, ut Thesaurus ille  
 æqualiter inter ipsos divide-  
 retur, ac proinde ad restitutio-  
 nem dimidii tenetur ante  
 omnem Judicis sententiam.

Observandum autem est, 39  
 quæ in hac propositione ha-

Et enus dicta sunt, intelligi so-  
lum de Thesauro propriè di-  
cto. Duplex enim ab Auctori-  
bus Thesaurus esse dicitur,  
quidam propriè dicitur The-  
saurus, qui est Verus depositio  
pecuniae, cuius non extat me-  
moria, itaut jam dominium  
non habeat, ut supra dictum  
est, ubi nomine pecuniae ve-  
niunt etiam ea, quæ pecunia  
estimantur; Alius verò est im-  
propriè dictus Thesaurus, ut  
ex dictis legibus colligitur, &  
est Depositio pecuniae, vel di-  
vitiarum in aliquo certo loco,  
vel lucri faciendi gratia, vel  
metus, vel honoris, vel alia  
de causa. Quæ depositio ex  
circumstantijs, vel aliqua alia  
probabilitatione appareat, à  
qua facta sit. Et qui hujusmodi  
Thesaurum invenit, non ac-  
quirit sibi illius dominium, sed  
restituere tenetur rotum, aut  
Domino, qui ibi illum depo-  
suit, aut hæredibus, & succe-  
soribus illius. Ratio est mani-  
festa, quia verè Thesaurus iste  
non habetur pro derelicto,  
sed habet verum dominium,  
scilicet, aut Dominum, qui il-  
lum eo in loco ex causa depo-  
suit, aut hæredes, & successo-  
re eius; trāsiit enim cum jure  
hæreditatis ad hæredes suos.  
Unde lex civilis, ut habetur  
in dicta l. Nunquam, ait: Si  
quis pecuniam suam, vel bona  
deponat lucri causa, metus, vel

*custodia, non est Thesaurus,*  
*& ejus, qui invenit, sed ejus*  
*qui depositus, ita ut si accipi-*  
*tur, fursum fiat.*

## SUMMARIUM

- 1 *Thesauri inventi fortuitò is fundo alieno, una medietas spectat ad inventorem, altera ad fundi Dominum.*
- 2 *Basis propositionis ex l. unic C. de Thesaur. lib. 10.*
- 3 *Et à Paulo Jurisconsulto in l. Nunquam, §. Thesauros, ff. de Adquir. rer. domin:*
- 4 *Jus institutionum, quod attinet ad hoc.*
- 5 *Inventor Thesauri dimidiā habebit partem; siue cum Domini permisso inveniat, siue non, sed fortuitò. Ea communis sententia.*
- 6 *Doctores, qui idem docent.*
- 7 *Data opera inveniens, nullum inventionis commodum sentiet.*
- 8 *Thesaurus, pace Domini fundi inventus, cuius esse debet. Per bella Caramuelis ponderatio.*
- 9 *Limitatio Caramuelis doctrina facta à Dicastillo.*
- 10 *Caramuel ab Auctore protectus.*
- 11 *Auri-vena, ac Thesauri anfractus terra.*
- 12 *Leges de actibus non judicat internis.*
- 13 *Dianæ opinio.*

- 15 Cardinalis de Lugo doctrina.
- 16 *Thesaurus ex industria inventus in agro alieno, Domino volente, totus inventor i debetur, docente Navarro.*
- 17 *Navari opinio oppugnatur à Sayro.*
- 18 *Bartoli placitum afferetis, in agro alieno ne Domino quidem permittete, quem posse Thesaurum effadere, claudicat.*
- 19 *Quilibet potest in suo fundo Thesaurum querere.*
- 20 *Quod si inveniet, Thesaurus suis est, non Principis.*
- 21 *Idque sive ipse querat, sive mercenarius ejus nomine.*
- 22 *Ratio.*

**De Thesauro fortuito invento in fundo alieno privato, & cui acquiratur. & quid si data opera inveniatur ex consensu domini fundi.**

### C A P. VII

**S**i quis in alieno fundo fortuitò Thesaurum inventiat, haudquaquam totus fiet inventor, ast tantùm dimidiā partem habebit: alteraque dimidia ad Dominum

fundi spectat: itaut qualibet dimidiā Thesauri partem acquirat, ut tradunt Castill. de Tert. cap. 41. nu. 104. Pichardus in §. Thesauros, num. 1. Institut. de Act. Gloss. Faber, & Angelus in §. Thesauros, Institut. de Act. Chassan. in Confuetud. Burgund. rub. I. §. 1. nu. 7. Florentin. part. 2. tit. 1. cap. 15. §. 2. Sylvester Summ. verb. Inventum. Turrecremat. in cap. Si quid invenisti, 14. quest. 5. Farinac. Prax. criminal. quest. 104. num. 6. Lopez in l. 5. tit. 15. partid. 2. verb. Y mineros, Thusc. conclus. 300. num. 1. & 2. lit. T. Villalobos Commun. opinion. verb. Thesaurus, num. 112. Ripoll. de Regalib. cap. 16. num. 49. Antunez lib. 2. cap. 23. num. 11. para. 3. Covarruvias in cap. Peccatum, part. 3. §. 2. nu. 2 Gutierrez quest. 36. num. 38 Gomez in l. 45. num. 50. Barbos in l. Divortio, 2. §. Si fundum, num. 38. ff. Solut. matrimon. Bart. Bald. & Plate in l. unic. C. de Thesaur. Afflict. decis. 321. num. 7. & ibi Ursill. Menoch. de Presumpt. lib. 5. presump. 30. num. 10. Mastrilk. de Magistratib. cap. 10. num. 309.

Hujus verissimæ conclusio-  
nis fundamina eruuntur ex  
text. in l. unic. C. de Thesaur.  
lib. 10. ubi Leo Imperator per  
suam constitutionem Thesau-  
rum inventum in alieno loco  
fortuitò dimidium dominolo-

ci, alterum verò dimidium ad inventorem spectare decrevit per hæc verbū: *Quod si fortè arando, vel alias terram alienam colendo, vel quocumque casu, non studio perscrutandi in alienis locis Thesaurum invenerit, id, quod reperatum fuerit dimidia retēta, altera dimidia data, cum locorum Domino partiatur: ita enim eveniret, ut unusquisque suis fruatur, & non in bico alienis.*

3 Elicitur quoque prædicta conclusio ex Paulo jurisconsulto in l. *Nunquam*, §. *Thesauros*, ff. de *Acquir. rer. domin.* ubi Thesaurum inventoris fieri decernit. Et apparet ex Triphoniano in l. *Si is, qui, §. Quod si creditor, ff. de Acquirend. rer. domin.* Idipsū

4 formè sancivit Justinianus Imperator in §. *Thesauros*, *Institut. de Acquir. rer. domin.* Quam conclusionem ampliat Sixtinus de *Regalibus lib. 2. cap. 11. num. 26.* ut inventor

5 Thesauri dimidiā partem habere debeat, sive cum Domini loci permisso, sive absq; eo, in prædio alieno Thesaurum fortuitò inveniat: quod

6 communiter receptum à Doctoribus asserit ex Gomez in l. *54. Tauri, num. 50.* Bursat. *consil. 209. num. 3. lib. 2.* Villa-lobos *Commun. opinion. verb. Thesaurus si inveniatur.* Et

per hæc jura hanc eandem conclusionem, præter relatos, amplectuntur Luc. de Penna in l. *unic. in princip. versic.* Si autem locum alienam, & nu. 13. C. de *Thesaur. lib. 10.* quam opinionem communem dicit Bursatus *consil. 209. num. 3. lib. 2.* & num. 12. ubi casum questionis hujus de rustico agrum ligonizante refert Mynsinger. in §. *Thesauros, num. 2. vers.* Si verò in alieno, *Institut. de Acquir. rer. domin. ibique Are-*  
tinus. Nicasius *num. 1.* & 6. Belvis. in *Practic. lib. 1. tit. de Fur.* & *Latron. cap. 10. nu. 60.* & *num. 61. versic.* Si autem *Thesaurus reperitur.* Papiens. in *Pract. gloss. Jure dominii,* *num. 12. versic.* Aut reperitur in alieno. Navarrus in *Manual. cap. 17. num. 172. versic.* *Et si casu.* Peregrin. *lib. 4. de Jur. Fisc. tit. 2. rubric. de Thesaur.* & metallar. *num. 4. in 3. conclus.* Diana *tom. 6. trattat. 6. resolut. 3. §. 1.* Gothofred. in l. *i. Theodos. de Thesaur. Cu-*  
jac. *lib. 9. observat. 37.* Ex quibus collige, Thesaurum fortuitò inventum in fundo alieno, putà arando, fodiendo terram colendo, dividendum esse pro æquali parte inter inventorem, & Dominum fundi. Si verò industria, ac data opera inventus fuerit, inventor nullum hujusce inventionis commodum sentiet: ita ut

totum Thesaurum Domino fundi restituere cogatur, ut communissimo omnium Doctorum calculo comprobatur, testibus Antunez de Donat. part.3. cap.13. Gutierrez lib.4. Practic. quæst.36. Trullench. in Decalog. lib.7. cap.3. dub.8. num.4. Farinac. Pract. crimin. quæst.104. num.4. Caramuel. lib.2. Theolog. moral. art.2. Diana tom.6. Oper. moral. tractat.6. resolut.3. §.1. Connan. lib.3. Comment. cap.4. Sayrus Clav. Reg. cap.9. num.9. Vulpi- nius ad Farinac. quæst.104.

- 9 Quid dicendum de Thesauro tua pace in tuo fundo quæsito? Hoc in casu pacte, ac concordia stādum docuit Caramuel lib.2. Theolog. funda- ment. art 2. nu.296. Nam si li- centiam dederis Titio, ut tibi Thesaurum in tuo agro quæ- reret; tibi invenit: sibi, si ut si- bi: utrique, si ut quæreret ueri- que. Sed hanc Caramuelis re- solutionem coarctat Dicastil- lus de Justit. lib.2. tract 2. disp. 9. num.408. & apud eum Mo- lina, Sylvest Lessius, Vasquez: qui existimat totum Thesau- rum deberi tibi fundi Demi- no, si Titius certò novisset ibi Thesaurum esse, & simulayis- set se id nescire: putant enim te ab inventore deceptum. Sed 11 hanc limitationem non intel- ligit Caramuel, stando suis principijs, Nam si asseratur cū

Molina, & Bañez, venas auri, (quibus Thesauros adjunges) 12. esse fructum terræ, limitatio- subsisteret. Tunc enim omnia: deberentur fundi Domino. Po- sito igitur, quod ex natura rei, Thesaurus in agro tuo reper- cus, sit inventoris, qui scit eum. ibi latere, jam invenit: ideoque & Dominus esset, ni lege im- pediretur: Nec illa scientia cō- tra legē militat, secreta enim esse supponitur, & leges de- actibus internis non judicant, 13. teste eodem Caramuel. Verū Diana putat, quod si aliquis, petita à Domino facultate, 14. Thesaurum in ejus fundo quæ- rat, & inveniat, ad summum deberi Domino dimidiam par- tem, quia leges non applicant ei totum, nisi in pœnam, quā- do aliquis absque ejus consen- su, & sciētia Thesaurum quæ- sivit. Potuisset quidem Domi- nus nolle dare licentiam quæ- rendi, nisi promissa sibi plus- quam dimidia parte pro præ- mio licentiae, dum tamen illud pactum non expressit, non de- betur ei plusquam dimidia pars. An verò hæc debeatur? existimat neque hanc deberi, nisi dolus dederit. causam li- centiae. Ratio est, quia lex so- lūm applicavit dimidiam par- tem Domino, quando casu in- venitur Thesaurus: quando verò non casu, sed industria absque consensu Domini, ap- pli-

plicavit Domino: totum illum  
verò alium casum, quo ex in-  
dustria, sed sciente, & con-  
sentiente Domino quæsitus est,  
omisit lex; quia supposuit,  
quod ipse Dominus sibi posset  
consulere, deducendo in pa-  
ctum partem sibi pro conce-  
ssione licentiæ reddendam. Si  
autem Dominus sibi non con-  
suluit, relietus videtur ille ca-  
sus juri naturæ, & gentium,,  
quo nihil prorsus Domino de-  
betur, sed totus acquiritur  
inventori. Et hæc omnia do-

15 cet Cardinalis de Lugo *tom.*

*1.de Justit. disp. 6. sect. 11. num.*

*114. cui inhærescit Diana.*  
*tom. 6. tractat. 6. resolut. 3. §. 8.*

16 Thesaurum ex industria in-  
ventum in agro alieno. ex vo-  
luntate domini, totū invento-  
ris fieri existimat Navarrus  
*Manual. cap. 17. n. 172. versic.*  
*Sexagesimo quarto, citans Syl-  
vestrum in Rosa aurea in-  
comm. Virgin. Evangel. 1. ca-  
su 29.*

17 Cujus Navarri placitum ab-  
solutè refellit Sayrus *lib. 9.*  
*Clav. Reg. cap. 9. num. 13. distin-*  
*guens, videlicet si Dominus*  
*agri faciat facultatem quærē-*  
*ti, Thesaurum ibi esse igno-*  
*rans, qui tamen licentiam po-*  
*scit, scit Thesaurum ibi latèrè;*  
*tunc totus Thesaurus agri Do-*  
*mino cedet; quoniam facultas*  
*illa non fuit totaliter volunta-*  
*riæ ex parte concedentis, ob*

ignorantiam illius existente  
illa scientia ex parte quæren-  
tis, & potentis licetiam: ideo-  
que non fuit sufficiës ad trans-  
ferendum dominium. Sin au-  
tem sciens ibi esse Thesaurū,  
præstet facultatem illum in-  
vestigandi, ita ut fiat invento-  
ris: tunc illo casu fiet invento-  
ris, eò quia liberè cessit jus  
suum.

Si verò absque ulla scien-  
tia, quod ibi Thesaurus lateat,  
permissum inveniendi impe-  
tret ob agri Domino, & obti-  
neat; tunc totus Thesaurus in-  
ventoris erit. Item si credens,  
aut etiam compertum habens  
in fundo alicujus latere The-  
saurum immemorialem, &  
hoc possessionis domino, ex-  
positis conjecturis, renunciat,  
dominusque id quasi deliriū  
existimans nihil curet, sed li-  
centiam ei quærendi permit-  
tat, tunc totus Thesaurus in-  
ventoris erit: ea ratione, quo-  
niā tunc inventor neque ut  
fur, neque ut invasor alieni  
per leges reputatur: ut sectan-  
tur Sylvester in *Summ. verb.*  
*Inventum, quæst. 3. vers. Terti-*  
*um, Aragon. 2. 2. quæst. 66.*  
*art. 5. Barthol. Med. Instruct.*  
*conscient. cap. 14. §. 33. versic.*  
*Quartū caput in regula quin-  
ta. Sà in Aphorism. in verb.*  
*Thesaurus, Lopez part. 2. In-  
struct. conscient. cap. 2. Molina*  
*de Justit. & jur. part. 1. tractat.*

2. dijsput. 56. referens Góme-  
sium in l. 45. Tauri, num. 51.  
18 Unde quod asseverat Bartol.  
in l. Si is, ff. de Acquir. rer. dom.  
nimirum in agro alieno non  
posse inquire Thesaurum, etiā  
Domino consentiente, Sayrus  
lib. 9. cap. 9. n. 3. in fine. absque  
ulla prorsus probabilitate af-  
seri ait: quod tēperat, nisi for-  
tē Bartolus intelligeret, quo-  
tiescumque voluntas illa ex  
ignorantia Thesauri ibi laten-  
tis procederet.

19 Ideoque concludendum  
est, quod quilibet potest in  
fundo suo proprio Thesautum  
quærere, & si inveniat sive  
casu, sive data opera, The-  
saurus ad eum, non ad Princi-  
pē spectat, ut habetur ex text.  
in l. unic. C. de Thesaur. text. in.  
§. Thesauros, Institut. de Ac-  
quir. rer. domin. ut asseverat  
quoque Bitschius opusc. de  
Thesaur. cap. 8. §. 1. 30. nu. 130.  
Antunez de Donat part. 3. cap.  
13. Gutierrez lib. 4. Pract. qu.  
36. num. 23. Mastrill. lib. 4. de  
Magistrat. cap. 10. num. 319.  
Borrell. de Prestant. Reg. Ca-  
tholic. cap. 25. num. 5. Montan.  
de Regalib., versic. Dimidium  
Thesauri, num. 2. Menoch. lib.  
5. pr̄sumpt. 30. num. 10. Fari-  
nac. Prax. criminal. tit. de Var.  
ac divers. quest. 104. inspect 1.  
num. 2. cum ibi latē congestis.  
21 Quod ampliatur non solū  
quoties Dominus ipse quærit

in fundo proprio, sed etiam si  
per mercenarium, vel quam-  
libet aliam personam inve-  
niat; quo in casu fiet Domi-  
nus Thesauri, ut ex textu in  
l. Si ita, §. Geſſiffe, ff. de Admi-  
nistrat. tutor. l Qui saxum,,  
versic. Planè, ff. de Donat. se-  
ctatur, ac amplectitur Guidius  
lib. 3. de Mineralib. tit. 10. q. 7.  
num. 11. Siquidem per Leoni-  
nam Cōstitutionem in l. unic.  
C. de Thesaur. in suo loco quæ-  
rendi Thesauri, invento que-  
uti, cuilibet est permitta facul-  
tas: dummodo licto modo,  
h. iud sceleratis artibus, scele-  
stisque sacrificiis fiat. In alieno  
agro prohibetur Thesaurū  
suo nomine perquirere; alias  
domino restituere Thesaurū  
compellitur: nisi fortē casu  
arando, colendo, vel ligonizā-  
do invenerit; quoniam tunc  
inter Dominum loci, &c. inven-  
torem. Thesaurus dividetur,  
parteturque: ut videre est apud  
Sixtinum lib. 2. de Regalib. cap.  
21. Connatum lib. 3. Commēt.  
jur. civil. cap. 4. Gothofredum  
in Not. ad novell. 51. Castillum  
de Tertiis cap. 51. ex num. 104.  
Guidium lib. 3. de Mineralib.  
tit. 10. per totum. Cassiodorum  
lib. 6. epistol. 8. Doaellum lib. 4.  
Comment. jur. cap. 14. ibique  
Ossualdum: Cevallum Com-  
mun. contra comm. quest. 511.  
Forcatulum in Necyom. dialog.  
56, Ama. ai. in l. unic. C. de

224

## Don Leonardus Gutierrez de la Huerta

*Theſaur. Dianam tom. 6. tra-  
ctat. 6. resolut. 2. S. I.*

*S V M M A R I V M :*

- 1 *Fructus nomen in generali, laque juris significatio- ne, quid importet.*
- 2 *Non ſolum fructus dicuntur industriales, & naturales, qui ex ipfa re percipiuntur immediate, ſed omnia lu- cra, & emolumenta, omnesque utilitates, quamme- diate, & immediate occa- ſione rei percipiuntur.*
- 3 *Auctor fuſe tractat mate- riam Fructuum in lib. de Compensationibus.*
- 4 *An Thesaurus inter cete- roſ terra fructus ceneatur.*
- 5 *Affirmativa ſententia Au- ctores.*
- 6 *Et rationes.*
- 7 *Vendens Lapidicinas, an non apparentes ceneatur ſibi reſervasse.*
- 8 *Inventor Thesauri dicitur frui re ſua: & quid hoc operetur.*
- 9 *Thesaurus queritur poſſeſſori.*
- 10 *Lapidicinae, & auri, argentiq; fodina in aliquo fundo re- perta, ſunt in fructu Cuja- cio, aliisque Jurisconſul- tis.*
- 11 *Et in quibus Lapidicinis id procedere velit Gallus.*
- 12 *Aliqui lapides in quibus-*
- 13 *dam innascuntur locis.*
- 14 *Quo pacto lapides in qui- busdam innascantur lo- cis remiſſive.*
- 15 *Si lapides non naſcantur, an fructus.*
- 16 *Fructus rerum Majoratus cui querantur.*
- 17 *Res principales Majoratus, non plenē, & irrevocabili- ter haberi dicuntur.*
- 18 *Thesaurus inventus in fun- do Majoratus, eſt illius, qui Majoratum poſſideo, ſi à poſſeſſore inveniatur.*
- 19 *Thesaurus inventus in fun- do feudal i cuius ſit.*
- 20 *Thesauri adquisitio ex par- ce feudatarii, & emphy- teuta pleniffima eſt, abſque ulla reſtitutionis onere.*
- 21 *Res principales emphyteuſis, feuſique, nonniſi revocabi- liter emphyteuta, feuſata- rioque queruntur.*
- 22 *Thesaurus inter fructus ter- ra & connumerari non potest.*
- 23 *Rationes.*
- 24 *Thesaurus in fundo dotali inventus, baud ad mari- tum ſpectat, & cur.*
- 25 *Si fructuarius Thesaurum inveniat, quo pacto fiat ejus diuſio.*
- 26 *Si extraneus Thesaurum in fundo fructuario inveniat, an aliquid ejus ad fructua- riū ſpectet,* Co-

- 27 *Colonus terram defodiens, si Thesaurum in fundo conductor reperiat, an fiat totius Thesauri Dominus.*
- 28 *Tutori, & Curatori de fure Hispanico omnium fructuum minoris decima debetur, at decimam Thesauri, si forte in fundo pupilli, & minoris invenitur, petere non potest.*
- 29 *Thesaurus est quid diversum, ac separatum à fundo.*
- 30 *Thesaurus non dicitur fundi pars, nec fundo inherere.*
- 31 *Quo pacto intelligendum, emolumennum immediate, vel mediatae occasione fundi proveniens, fundi fructum dici debere.*
- 32 *Emolumennum quod ex fundo non proficiscitur, ut Thesaurus, fundi fructus. an dicatur.*
- 33 *Thesaurus per se, non accessoriè subsistit.*
- 34 *Insula nata in flumine, juxta fundum, an fructus.*
- 35 *Quod alluvione fundo acrevit, haud fructus.*
- 36 *Cur lapidicina in fructu, Thesaurus, non.*
- 37 *Cur possessori Majoratus, & Emphyteuticario Thesaurus debeatur, non usufructuario.*
- 38 *Vusufructarius solum jus percipiendi fructus habet.*
- 38 *Fructuarii, haud Domini.*
- Thesaurus an connumeretur inter fructus terræ, seu agri ubi inventur, vel non.

## C. A. P. IX.

**F**RUCTUS nomen in generali, lataque juris interpretatione sumptum, non verò in stricta, ac rigorosa significatione denotat, ac importat non solùm omne id, quod ex ipsa terra nascitur, vel immediate percipitur, sed etiam quamlibet utilitatem ex re, salvo lege substantia, provenientem: itaut non solùm fructus dicantur industiales, ac naturales, qui ex ipsa re percipiuntur immediate, ut non nulli perperam rati fuere; sed omnia lucra, ac emolumenta, omnesque utilitates, quæ mediatae, vel immediate occasione rei percipiuntur, ut latissime dixi in meo Tractatu de Compensationibus quest. 21. lib 1. tom 1. ubi eruditè materialm fructuum sedulò pertractavi.

His positis quoad propostum caput duæ sunt opiniones Doctorum, quarum prima est affirmativa, scilicet Thesaurum inter caterosi terræ fructus.

Etus connumerari, ut testatur Boerius *decis. 224 num. 9* Borrellus *de Prestant. Reg. Cathol. cap. 27. num. 49.* Guillelm. de Benedict *in cap. Raynatius num. 30. verb. Cetera bona, de Testament.*

- 6 Hæc quidem opinio fulcitur. Primò doctrina text. *in l. 77. ff. de Contrah. empt.* ubi vendor reservavit sibi lapidinas: & si aliquæ lapidinæ haudquaquam apparebant, nō censentur reservatae; quoniā occultæ. Igitur idem de Thesauro cendum est, cum minimè appareat. Secundò facit text. *in l. unic. C. de Thesaur.* quo in loco facta distinctione de modo querendi in suo, vel in alieno loco; subdidit Leo: *Ita eveniet, ut unusquisque suis fruatur:* Ex quo innote scit inventorem Thesauri dici frui re sua, & per consequentiam Thesaurus dicitur esse in fructu. Confert tertio id, quod Thesaurus queritur possessori, veluti in re feudal vassallo, in re emphyteutica emphyteutæ, ut affirmant Rosenthal. *de Feud. cap. 5. concl. 93.* Gutierrez de Tutel. part. 2. cap. 26. num. 8. Farinac. *Prax. crimin. quest. 104. tom. 1. nu. 13.* Barbosa *in l. Divortio, §. Si fūdum, num. 23. vers. Hanc igitur, ff. Solut. matrim.* Guidius lib. 3. *de Mineralib. tit. 10. q. 13. num. 17.* Aymo lib. 2. *de Allu-*

*vionibus, cap. 12. num. 4.* Molina de Primogen. *Hispan. cap. 23. num. 7.* & dicam fusiūs, Deo dante, suo peculiari loco. Ergo & fructuario, ad quē omnis rei utilitas spectat.

Quartò prædictæ opinioni 10 suffragatur id, quod lapidinæ auri, & argenti, aliarumque rerum preciosarum, quæ in fundo reperiuntur, in fructu sunt, ut voluerunt Cassrens. *in l. Divortio, §. Si vir, ff. Solut. matrim.* Cujacius lib. 15. *Observat. cap. 21.* Chassan, *in Consuetud. Burgund. rub. 4. §. 17. vers. Et faure les fructz num. 18.* Gizzarell. *decis. 34. nu. 16.* Baeza de Decim. tutor. *cap. 25. num. 13.* Quod probant ex text. *in l. Divortio, §. Si vir, ff. Solut. matrim.* ibique Zafius, text. *in l. 10. ff. de V sufruct.* text. *in l. Frugem, 76. ff. de Verbor. signif.* Covarruvias Pract. cap. 23. num. 7. Horat. Barbat. *de Divis. fruct. part. 2. cap. 17. num. 48.* Gallus de Fructib. art. 4. *disput. 3. num. 4.* Quod coarctat Gallus loc. cit. num. 5. ut 11, procedat in lapidibus, qui renascuntur in loco: ita ut in fructu esse dicantur. Siquidem lapides aliquos, in locis ali 12 quibus nasci deponitur ex Plinio lib. 26. *Nat. histor. cap. 7.* Alex. ab Alex. lib. 5. Dier. genial. cap. 9. Griphyand. *de Insul. cap. 2. num. 15.* Et si quo- 13 modo id fieri possit scisciteris,

inspice Tholosanum lib.1. *Syn>tagm.jur.cap.9.num.3.* Barbat. part.2. *de Divisfruct. cap.17. num.513.* Aym. *de Alluvian. lib.1. cap.8.* Sin autem lapides 14 minimè renascentur in fundo, asserit ipse Gallus in fructu non esse. Ast Lagunez indistinctè complectitur lapides esse in fructu, licet non renascentur, sumpto verbo fructus impropriè juxta latam significationem: hoc temperas, dummodo ex incisione venarum, fundus nusquam efficiatur deterior, & hoc ipsum se-stantur Gutierrez de Gabell. quast.36.num.15. Zasius lib.2. Singul.intellect.cap.4. Garzia de Expens. cap.22. num.48. Molina lib.1. *de Primogen. Hispan. cap.23.num.9.* Aretin.in l. *Divortio, 8. §. Si vir, col.3.* & Zasius num.5.ff. *Solut.matr.* Idcirco Lagunez concludit idem in Thesauro dicendum, qui licet nullam habeat renascientiam, semelque percipiat, videtur dicendum in fructu esse.

15 Quintò opitulatur, quod si cuti fructus rerum Majoratus, ipsius Majoratus possessori perpetuò, ac irrevocabiliter, & alienabiles quæruntur absque ullo restituendi onere: 16 taliter, ut absque assensu Regio liberè possunt alienari, ad differentiam rerum principaliū ipsius Majoratus, quas

non ita plenè, & irrevocabili- ter habere dicitur, sed inalienabiles, & tantum pro sua vi- ta; ut depromitur ex Solorza- no lib.2. *de Jure Indiar. cap.3. num.16.tom.2.* Larrea *decis.10. num.3.* Molina *de Primogen. Hispan. lib.1. cap.20. num.11.* Salgad part.3. *Labyrinth. cre- dit.cap.15.num.17.* Mieres de Majorat. quast.9.nu.106. p.3. Idipsum certò asserendum. 17 de Thesacro invento in fun- do Majoratus: nam si à posse- sore Majoratus inveniatur, ejus fiet Dominus in totum. Sin au- tem à tertio reperiatur, pars dimidia perpetuò, ac irrevo- cabiliter sine onere restituendae ei competit, ut attestantur Gutierrez de Tutel. part.3. cap.26. nu.11. Barbosa in l. *Di- vortio, 8. §. Si fundum, num.8. ff. Solut. matrim.* Molina de Justit & jur. tract.1. *disput.56. num.7.* Garcia de Expens. cap. 21. num.50. Amaya in l. unic. num.27. C. *de Thesaur. ibique Perez num.8.* Idcircò id eve- nit, quoniam Thesaurus inter fructus prædii, secus inter res principales connumerandus venit. Quod equidem robo- ratur, ex quo emphyteutæ si 18 in emphyteuticis prædijs The- saurum inveniant, in totum, vel pro parte irrevocabiliter eum lucrantur; ut ex Glossa, in §. *Thesauros, verb. In suo, Institut. de Rer.divis. asseve-*

rant Chassan. ad *Consuet. Bur-*  
*gund rub.* i. §. i. ex num. 12. Ros-  
*senthal. de Feud.* cap. 5. *conclus.*  
 93. num. 3. Molina de Primog.  
*Hispan.* cap. 123. num. 7. Ama-  
 ya, Gutierrez, & Garzia ubi fu-  
 pra.

19 Favet quoque nimioperè, quòd si in feudo thesauris in-  
 veniatur, fit ejus, cui feudi cō-  
 petunt emolumenta , ut am-  
 plexantur. Antunez pars. 3. cap.  
 13. num. 47. de *Donat.* Rosen-  
 thal. cap. 5. *conclus.* 93. Klochius  
*lib. 2. de Ærar.* cap. 116. nu. 17.  
*Benedict.* in cap. *Raynutius,*  
*verb. cetera bona* num. 34. de  
*Testam.* Perez ad tit. de *Thes-*  
*aur. in Codic.* num. 7. Valasc.  
*de Fur. emphyt. quest.* 15. nu. 1.  
*Scheneidevin.* in §. *Tbesuuros*  
*num. 6. Institut.* de *Rer. divis.*  
*Molin. lib. 1. de Primog.* cap. 23  
*num. 7. Sixtin. lib. 2. de Regalib.*  
*cap. fin.* num. 48. *Barbosa in l.*  
*Divortio 8. §. Si fundum,* num.  
 27. ff. *Solut. Matrim.* Gutier-  
 rez lib. 4. *practic. quest.* 36. n. 25.

20 Quæ thesauri acquisitione ex  
 parte feudatarii , ac emphy-  
 teutæ plenissima quidem est  
 absque ullo restitutionis one-  
 re; sicuti aliorum feudi , seu  
 emphyteusis fructuum , quos  
 uterque irrevocabiliter lucra-  
 tur: ita ut pro ipsorum libitu  
 de ipsis disponere valeant , ad  
 differentiam rerum principa-  
 lium, quæ non nisi revocabili-  
 ter , & pro vita tantum eis

queruntur, & eis quælibet alie-  
 natio interdictur , ut videre  
 est , apud Tiraquellum de Re-  
 tratt. lignagier. §. 1. gloss. 7. n. 47.  
*Rosa consult.* 28. nu. 14. Mo-  
 lin. lib. 1. cap. 20. num. 5. Roc-  
 cum *respons.* 5 i. num. 1. cent. 1.  
*Solorzan. lib. 2. de Jur. Indiar.*  
*cap. 14. nu. 39.* Pratum *discept.*  
*forens.* cap. 19. num. 12. Salgad.  
*Labyrint. Credit. part. 3. cap. 15.*  
*num. 4. Galeotam contr.* 6. nu.  
 9. Marinis lib. 2. *Variar.* cap. 116  
*num. 2. Mager.* de *Advocai:*  
*armat.* cap. 9. num. 150. Quoad  
 porro evenire videtur eo,  
 quod Thesaurus inter fructus ,  
 vel emolumenta istarum re-  
 rum feudalium connumeratur;  
 aliàs non diceretur sic ple-  
 nè, ac irrevocabiliter lucrari.  
 Et quod Thesaurus sit in fructu  
 feudi , & ad fructuarium po-  
 tiùs quam ad proprietarjnm  
 attineat, resolvit Bortellus de  
*prstant. Reg. Catholic.* cap. 27.  
*nu. 49.* Et quod saltem ejus vi-  
 ta durante ad fructuariū spe-  
 ciet asseruere Rebuffus in *l.*  
*Bonorum, col. 3 ff. de Verb.* si-  
 gnif: Gulielm. de *Benedictis in*  
*cap. Raynutius verb. cetera*  
*bona, num. 30. de Testament.*

Ast his, quæ hucusque di 21  
 ximus minimè reluctantibus,  
 contraria opinio renenda est ,  
 nempè thesaurum inter fru-  
 ctus terræ connumerari non  
 posse: quam opinionē sequun-  
 tur *Fragosius part. 1. de Regim.*  
*Christ.*

*Christ. Repub. lib. 6. disput. 18.*  
*num. 31. Gallus de Fructib. di-*  
*spat. 3. artic. 4. num. 22. vers.*  
*Contrarium. Antunez. part. 3.*  
*de Donat. cap. 3. num. 52. § 53.*  
*Baeza de Decim. tutor. cap. 24.*  
*ex num. 5. Kloch. lib. 2. de Arar.*  
*cap. 116. nu. 19. Valafc. de Jur.*  
*emphyt. quæst. 15. num. 1. Perez*  
*super C. ad. tit. de Thesaur. ex*  
*num. 7. Caballin. milleq. 9. n. 1.*  
*Moller. ad Novell. Constit. Elec-*  
*tor. August. part. 2. constit.*  
*ultim. num. 6. Molina lib. 1. de*  
*Primogen. Hispan. cap. 23. n. 2.*  
*Schneidevin. in §. Thesauros*  
*num. 8. vers. Extenditur. Insti-*  
*tut. de Rer. divis. Salon. quæst.*  
*66. de Justit. art. 5. Pescador. in l.*  
*unic. num. 8. § 26. C. de The-*  
*saur. Barbosa in l. Divortio, 8.*  
*§. Si fundum. num. 24. ff. So-*  
*lut. Matrim. Molina tract. 1.*  
*de Justit. § jur. disput. 50. Six-*  
*tin. lib. 2. de Regal. lib. cap. fin.*  
*nu. 50. Garcia de Expens. cap.*  
*22. num. 51. Gutierrez lib. 4.*  
*Pract. quæst. 36. num. 35. § de*  
*Tatel. part. 3. cap. 26. num. 13.*  
*Amaya in tunic. C. de Thesaur.*  
*num. 23. lib. 10. Lagunez de*  
*Fructib. part. 1. cap. 11. num. 35.*  
*Farinac. Prax. crim. som. 3. qu.*  
*104. num. 14. Castillo de Usu-*  
*fruct. cap. 37. num. 20. Borrell.*  
*de Praef. Reg. Catholic. cap. 27.*  
*num. 49. Moller. lib. 2. semestr.*  
*4. cap. 27.*

22 Hæc quidem conclusio op-  
timè probari potest ex texu

*in l. Divortio, 8. §. Si fundum.*  
*ff. Solut. Matrim. Quo in lo- 23;*  
*co. Ulpianus dixit, Thesaurum*  
*in fundo dotali inventum non*  
*pertinere ad maritum, eò quia*  
*Thesaurus in fructu nō com-*  
*putatur. Et ex hoc textu Gal-*  
*lus de Fructib. disput. 3. artic. 4.*  
*num. 23. concludit, Thesaurū 24*  
*pro dimidia parte cedere fru-*  
*ctuario, & pro alia dimidia*  
*proprietario, si eum fructua-*  
*rius inveniat. Ex quo apparet*  
*non esse in fructu; quoniam*  
*aliás non differret iste casus ab*  
*aliо, quoties quis invenierit in*  
*alieno, Aretin. in §. Thesauros,*  
*num. 9. Institut. de Rer. divis.*  
*Castillus de Usufruct. cap. 37.*  
*num. 2. Sin autem in fundo fru-*  
*ctuario extraneus inveniat,*  
*pro parte domino proprie-*  
*tatis, & ad fructuarium nihil 25*  
*spectat: sicuti nec prætendere*  
*potest ulrum fructum in aliqua*  
*parte ipsius Thesauri durante*  
*fundi usufructu, ut tradit. Gu-*  
*tierrez de Tutel. cap. 26. num.*  
*13. Barbosa in l. Divortio, §. Si*  
*fundum, num. 25. ff. Solut. ma-*  
*trim. Peregrin. lib. 4. de Jure*  
*Fisc. tit. 2. num. 4.*

Et inspecta doctrina præ-  
*dicti text. in l. Divortio, §. Si*  
*fundum, ff. Solut. matrim. non*  
*nulli adversus maritum resol-*  
*vunt, videlicet si inveniat*  
*Thesaurum, nullo modo in*  
*totum, vel pro parte ab ipso,*  
*vel ab alio invētum lucretur;*  
*aut*

ast. debeat illum uxori reservare, ut videre est apud Glosam in l.unic. §. *Quidquid, C. de Rei uxor act. Antunez p.3. de Donat. cap. 13. num. 19. Molina lib. 1. de Primog. cap. 23. nu. 6. Klochium lib. 2. de Ærar. cap. 116. num. 20. Garcia de Expenſ. cap. 22. num. 49. Barbat. de Divis. usufruct. part. 1. cap. 17. num. 66. Perez super Cod. ad tit. de Thesaur. num. 7. Barbosa in l. Divortio, 8. 9. Si fundum, num. 23. & 24. ff. Solut. matrimon. Gutierrez de Tuteſ. part. 3. cap. 26. num. 13. Molinam lib. 1. de Justit. & jur. disput. 56.*

26 Hanc eandem conclusio-  
nem nimiopere fovent text. in  
l. *Si is, qui, 63. §. Si seruus, ff. de Acquir. rer. domin.* & text. in  
l. *Nunquam, 31. §. Thesaurus, ff. eod. t. secundum interpre-  
tationem Gall. de Fructib. ar-  
tic. 4. disput. 3. num. 23. Suffraga-  
tur etiam, quod si quis colo-  
nus terram defodiens, vel  
alius quivis laborans Thesau-  
rum in fundo conducto inve-  
niat, non fiet totius Thesauri  
Dominus; sed prout invento-  
ri dimidia pars assignatur,  
Domino fundi altera reser-  
vata dimidia, ut tenent Gloss. in  
§. *Thesauros, verb. In suo, Insti-  
tut. de Acquir. rer. domin.* Ca-  
mill. Borell. de Præstant. Reg.  
Catholic. cap. 27. num. 57. Gu-  
tierrez lib. 4. Practic. quest. 36.*

num. 33. & 34: & hoc juxta  
sensum Lagunez, quia The-  
saurus neutiquam inter fru-  
ctus fundi connumeratur. Id  
quidem magis lucescit ex quo  
licet Tutori, vel Curatori 27  
omnium fructuum minoris  
de jure nostro Hispano pro  
administratione decima pars  
assignatur l. 2. tit. 3. lib. 3. for. ut  
ego latè dixi in meo tractat.  
*de Compensationib. quest. 11.*  
*lib. 2. tom. 1.* Et nihilominus  
de Thesauro invento in fundo  
minoris hujusmodi decimam  
prætendere non potest: & hoc  
juxta Lagunez non ex alia ra-  
tione, nisi quia Thesaurus in-  
ter agri fructus non habetur,  
sic Baeza de Decim. tutor. cap.  
24. num. 4. Gutierrez de Tu-  
teſ. & cur. part. 3. cap. 28. num.  
1. & 7.

Probatur etiam ea ratione, 28  
quoniam Thesaurus est quid  
penitus diversum, ac sepa-  
ratum à fundo, nihil cum eo cō-  
mune habens, sed tantum cu-  
stodiæ causa ibi repositus, ut  
dignoscitur ex text. in l. 3. §.  
*Neratius, ff. de Acquir. possess.*  
& ibi Glossa in verbo Cæpisse,  
& animadvertisunt Molina lib.  
1. de Primogenit. cap. 23. num.  
4. Perez ad tit. C. de Thesaur.  
num. 7. & 8. Barbosa in l. Di-  
vortio 8. §. Si fundum, num.  
25. & 37. ff. Solut. matrimon:  
Gutierrez part. 3: de Tuteſ:  
cap: 26: num: 13: Amaya in l:  
unic:

unicum 31. C. de Thesaur. Antunez de Donation. part. 3. cap. 13. Et licet cæteri fructus teræ pendentes fundi partes dicantur per text. in l. *Fructus pendentes, ff. de Rei vindicat.* ut dixerit Larrea *decis. 45. n. 36.* Castillus de. *V sufruct. cap. 37. num. 20.* Thesaurus tamen 39 non dicitur fundi pars, nec fundo inhæret, nec pendet à fundo, dum sicut in eo, ut optimè tradidit Lagunez de *Fructibus cap. I L. num. 41. p. 1.* Et ideo numero sequente cōcludit ex multorum auctoritate, Thesaurum in fundi fructu non esse.

30 Nec opponitur huic conclusioni nostræ id, quod superius diximus, nempè Thesaurum faltem ut emolumenatum mediatae, vel immediatae occasione fundi proveniens ipsius fundi fructum dici debere. Nam hoc intelligendum est in emolumento, siue utilitate mediatae ex ipso fundo proveniente; secus verò in re, seu emolumento, quod ex ipso fundo non proficitur: sed est per se quid distinctum, & separatum, & penitus ab eodiversum, nihil cum fundo commune habens: ast per se 32 principaliter, non accessoriæ subsistens, ut est Thesaurus, ut ex Molina, Barbosa, & Larrea comprobatur Lagunez ubi supra num. 45. & 46. ubi id

exemplificat in insula in flu- 32 mine nata juxta fundum: si quidem augmentum illud, quamvis fundi occasione ei accrescat, ac inhærescat; tamen neutquam dicitur fructus, nec attrinet ad fructuarium, sed ad proprietarium spectat: quia res est penitus à fundo separata, nullam ab eo originem trahens; sed fortuitò, vel fluminis vi ei adhæres, ut retulit Perez in tit. C. de Thesaur num. 7.

Id sanè magis lucescit exē- 34 plo alluvionis, aliquid latenter fundo adaugentis, quod licet sit rei incrementum, ejusque occasione proveniat, non per hoc dicitur fructus, & ideo non spectat ad fructuarium, sed rei Domino competit, per text. in l. Item. si fundi, §. *Huic vicinus, ff. de V sufruct. & tradidere Lagunez part. I. de Fruct. cap. 2. num. 36.* Molina de Primog. lib. I. cap. 26. num. 17. & 18. Connan lib. 4. Comment. jur. civil. cap. I. num. 31. versic. *Quod alluvione, Niger de Laudem. quaest. 13. num. 79.* Ofiatt. de Contractib. tom. I. tract. 3. sect. 4. disput. ex n. 88.

Nec officiunt ea, quæ su- 35 pra retulimus de lapidinisis, quæ in fundi fructu sunt; si quidem id obvenit, quia lapidinæ naturaliter producuntur à fundo; nam lapides in aliquibus locis nasci attestantur

tur Plinius lib. 26. *Histor. natural.* cap. 7. Gryphyand. de *Insul.* cap. 2 num. 15, Aym. de *Alluvion.* lib. 1. cap. 8 & ex his id quoque amplectitur Gallus de *Fruictib. artic 4. disput. 5.* num. 5. Et ex terra substantia capessunt, ideoque ejus partes censentur, per text. in *l. Divortio.* §. Si vir, versic. Si cerasa fodina, l. Si fundus, q. ff. Sol. matrimon. l. Item si fundi, §. Sed si lapidicina, ff. de *V fruct.* Et cum fundo ipsi cohaerant, haud mirum si fundi partes dicantur, ut sectantur quoque Amaya in *l. unic. num. 30.* Ex 31. C. de *Thefaur.* Larrea decis. 44. num. 36. Perez in *tit.* C. de *Thefaur.* num. 13. Aliter enim de *Thefauro* asserendum est; nam iste haud quaquam inhæret fundo, sed quid diversum, & separatum ab eo existimatur, ut citati Auctores docuerunt.

37 Nec magis obest, quod de possessore Majoratus, ac Emphyteusi diximus; nimirum ei deberi *Thefauros* in fundo feudal, emphyteutico, ac majoratus, ut cæteri fructus. Quippe satisfit asserendo; certum esse *Thefaurum* prædictum personis deberi; sed hoc non quia sit fundi fructus: At ex alia urgētiori ratione, quoniam dominium plenum, seu saltem utile habent in rebus Majoratus, feudi, ac Emphy-

teus, ad differentiam usufructuarii, qui solūm jūs percipiendi fructus fundi habet. Et ideò *Thesauri* emolumen-tum, vel ejus pars dimidia si inveniatur à tertio, Majoratus possessori, emphyteutæ, vel feudatario, similibusque personis rectè tribuitur. Siquidem id emolumen-tum haud ut fundi fructus, sed ut quoddam separatum proveniens casu, vel potius Dei beneficio prædium Dominis tantum concessum, haud fructuariis, quia hi Domini non sunt; nec aliud jūs, nisi fructus percipiēdi eis competit; inter quos *Thesaurum* connumerari nō posse satis demonstratum est: sed tantum ut donum Dei, quid penitus diversum, ac separatum habetur, ut tradunt Gutierrez de *Tutel. part. 3. cap. 26. num. 13.* Ex 14. Molina lib. 1. de *Primog. Hispan.* cap. 23. num. 2: Lagunez de *Fruictib.* part. 1. cap. II. num. 40. Barbos: in *l. Divortio.* 8. §. Si fundum, num. 28: ff. *Solut. matrim.* Perez ad *tit.* C. de *Thefaur.* num. 7. Ex 8. Amaya in *l. unic. num. 31.* C. de *Thefaur.*

### S V M M A R I V M :

1. In *Sepulcris Antiqui Thesauros condebant.*
2. *Gothos id factitasse docet Saa-vedra.*

# De Thesauris. Lib.II. Cap.X.

233

- 3 L.4.5.6.ff.ad Leg.Jul: pecula-  
tus, lumine asperfa.
- 4 Mandati Theodorici Regis  
sensus.
- 5 Cur cum cadaveribus The-  
sauci apud Veteres conditi:
- 6 Vnde origo Adagii: Thesau-  
ros queris? Rupta sepulcra  
dabunt.
- 7 Thesauros in sepulcris Veter-  
es abdidisse docent Sacra  
Litera.
- 8 Enorme facinus apud Veter-  
es, abdita in sepulcris or-  
namenta manticulari.
- 9 Quispiam accusatus, quod è  
Diocletiani sarcaphago pur-  
pureum velamen clancu-  
lum surripuerat.
- 10 In sepulcris vestes, ac pecu-  
nia antiquitus conditae, lu-  
xus gratia.
- 11 Contra eos, qui pecuniam,  
vel aliud à sepulcris abstu-  
lissent pœna.
- 12 Julianus in sepulcrorū ever-  
sores pœnam Maniū vin-  
dicem comminatur:
- 13 Pœna Manium vindicta Iu-  
liano, eadem atque pœna  
sacrilegii Triboniano.
- 14 Sepulcra violare, crimen fa-  
cilegio proximum, ex C.  
Theodosi de Sepulcr. viol.
- 1.5:
- 15 Veteris Poeta locus concate-  
natus.
- 16 Commune Læsarium Religio-  
num crimen, quid Tacito.
- 17 Crimen sepulcri violati, cri-
- men laesa Religionis Gor-  
diano.
- 18 Qui Manium adficia viola-  
bant, gemino scelere se alli-  
gabant.
- 19 Constantis pœna contra se-  
pulcrorum temeratores:
- 20 Fadri fabula exposita:
- 21 Quidam (lerici quondam)  
ut sepulcrorum violatores  
fugillati.
- 22 Sepulcrorum violatores, Fu-  
res vocitati in quodam ve-  
teri monumento:
- 23 Et pessimi fures alibi:
- 24 Judai in sepulcris Thesauros  
condebant.
- 25 Chaldaei cur sepulcra Regum,  
Principū, ac Sacerdotum,  
Juda referarint.
- 26 Semiramidis sepulcrū aper-  
tum, & cur.
- 27 Gract, & Romani Thesau-  
ros condunt in sepulcris.
- 28 Litera singulares in sepulcris  
in quibus Thesauri abscon-  
debantur, apponi solita.
- 29 Cur in sepulcris pecunia olim  
conditæ:
- 30 Apud Indos Peruanos eode-  
nomine designatur sepul-  
crum, atque Thesaurus.
- 31 Pecunia quandoque in sepul-  
cris abditæ avaritia causa:
- 32 Plauti locus exquisitus.
- 33 Lege Decemvirali vestitum,  
ne pecunia cum cadaveri-  
bus sepelirentur.
- 34 Ramiresius de-Prado Hispanus,  
justo ornatur praconio:

Gg 35 Cle-

- 35 *Clementis III. prohibet reserari sepulcra Iudaorum.*
- 36 *Cassiodori locus lumine do-*  
*natus.*
- 37 *Quintiliani locus expositus.*
- 38 *Fures sepulcrorum, Pessimi à*  
*Sidonio vocati.*
- 39 *Edictum contra sepulcrorum*  
*fures.*
- 40 *L.4. S. Non sit locus , ff. ad*  
*L.Jul, pecul, discussa.*
- 41 *Divisa in terra abscondita,*  
*Plutoni, alijsque Dijs Inferi*  
*sacrae.*
- 42 *Vetus sepulcralis inscriptio*  
*enucleata.*
- 43 *Livii locus appositus.*
- 44 *Auli Gellii sententia de loco*  
*Religioso.*
- 45 *Marcianus negat fieri locū*  
*Religiosum, ubi Thesaurus*  
*invenitur.*
- 46 *In loco, in quo Thesauri in-*  
*veniebantur, vota solvi so-*  
*lita.*
- 47 *Vetus inscriptio Voti pro*  
*Thesauro invēto persoluti.*
- 48 *Non semper Thesauri Dijs*  
*Inferis consecrati.*
- 49 *Privata dicatio non efficit*  
*rem sacram.*
- 50 *Crimen Peculatus, quale.*
- 51 *Thesaurus in loco verè reli-*  
*gioſo repertus, non est reli-*  
*gioſus.*
- 52 *Religiosiſa ſunt, qua adhaerent*  
*religioſiſ: pulcra regula ex-*  
*poſitio.*
- 53 *Thesaurus in ſepulcro per ac-*  
*cidens.*
- 54 *Contra interdicta jaris publi-*  
*ci, expreſſè verantia ali-*  
*quid dedicari, nihil fieri po-*  
*test ſacrum, religioſum ve.*
- 55 *Apud omnes genses ſepul-*  
*crorum locus ob religionem*  
*ſemper intactus.*
- 56 *Salomon ingentes opes Reip.*  
*cauſa in ſepulcro Davidis*  
*condit.*
- 57 *Hyrcani conſilium de aperiē-*  
*do Davidis ſepulcro.*
- 58 *Herodes Davidis ſepulcrum*  
*aperit: magnamque auri*  
*copiam inde extrahit.*
- 59 *Indi Occidentales in ſepulcris*  
*Thesauros condunt.*
- 60 *Propoſita questionis princi-*  
*paliſ ſoluiſo.*
- 61 *Salonii, Bañez, ac Gutierrez*  
*opinio de Thesauris ab In-*  
*dorum ſepulcriſ effoſiſ.*
- 62 *Qui apud nos Regum, Pon-*  
*tificumque ſepulcra ape-*  
*riunt, auri inde conditi ex-*  
*trahendi ſtudio, peccant.*
- 63 *Cur non teneantur ad reſti-*  
*tutionem Hispani, qui ab*  
*In dorum ſepulcriſ Thesau-*  
*ros accipiunt.*
- 64 *Thesauri in ſepulcriſ ſuper-*  
*ſtitionis gratia reconditi,*  
*pro derelictiſ habendi.*
- 65 *Thesaurorum in ſepulcriſ*  
*conditorum una pars Fisco*  
*debetur, altera in ventori.*
- 66 *Concordia l.3. §. Si in locis,*  
*ff. de jure Fisci, cum §. The-*  
*ſauros, Institut. de Rer. div.*  
*& Adquir. rer. domin.*

- 67 *Cur Fisco debeatur dimidia  
Thesauri in sepulcro inventi.*
- 68 *Debetur Fisco dimidia The-  
sauri reperti in sepulcris  
Casarum, Principum, ac  
Privatorum, si monumen-  
ta sint in loco publico.*
- 69 *Privatorum in opum tumuli  
olim in loco publico.*
- 70 *Culina, que apud Veseres.*
- 71 *Ditucida Capitis conclusio.*
- 72 *Sepulcri, ac monumenti jus-  
idem, quod ad Thesauros  
in ipsis inventos attinet.*
- 73 *Sepulcrum quid.*
- 74 *Monumentum, quid.*
- 75 *Non totus fundus ubi sepul-  
crum constitutum est, reli-  
giosus est.*
- 76 *Thesaurus prope sepulcrum  
inventus, in loco privata  
inventus dicitur.*
- 77 *Pecunia inventa in sepulcro.  
pecuniosi, haud Thesaurus.*
- 78 *Aurum, quod Hyrcanus à  
sepulcro Davidis abstulit,  
haud Thesaurus.*
- 79 *Sine cadaveris injurya, ac re-  
ligionis violatione possunt  
Thesauri in sepulcris In-  
darum absconditi. quari,  
Solorzano.*
- 80 *Quarere Thesauros etiam  
in sepulcris Genitilium per-  
turbando cadavera, nefas  
quibusdam, & cur.*
- 81 *Indi etiam, atque etiam agre-  
ferunt Majorum suorum  
sepultra everti, ut inde  
Thesauri asportentur.*
- 82 *Hispani impositi ab Arumæo,  
validè protecti à Solorza-  
no.*
- 83 *L.Omnia, s. C. de Paganis,  
intellectus.*
- 84 *Cassiodori locus ad rem.*
- 85 *Lucani locus adnotatus.*
- 86 *Sambuc. Emblema considera-  
tum.*

De Thesauris inventis in  
Sepulcris Mortuo-  
rum, & cui ac-  
quirantur?

C A P. X.

**E**X Priscorum equidem 1  
monumentis apertè di-  
gnoscitur, morem quendam  
antiquitùs, non solum apud  
barbaras nationes, verum  
apud politicas viguisse, con-  
dendi Thesauros, omnesque  
divitias in sepulcris mortuo-  
rum simul cum cadaveribus;  
ut de Gothis testatur Saæve- 2  
dra Hist. Gothic. in Vita  
Alarici in fin. At apud Roma-  
nos Principum mandatis cau- 3  
tum fuit, ne quis ita pecuniā  
sepeliret, l.4.§.6 ff. ad Leg. Jul.  
peculat. Quò pertinet manda-  
tum Theodorici Regis. Ita-  
liæ apud Cassiodorum lib. 4.  
Epist. 34. Forsan ut ibi securius  
custoditi, quum fuerit opus  
necessitati deservirent, prout

G g 2 te-

restatur Caramuel. lib. 2. Theolog. fundament. art. 2. Trul-  
lench. in *Decalog.* lib. 7. dub. 8.  
num. 2. Gothofred. in *Comm.*  
*ad l. 4.* C. Theodos. de *Sepulcr.*  
6 viol. Unde hoc fuit exortum  
adagium.

*Divitias queris? Rupta se-  
pulcra dabunt.*

7 Cujus sanè consuetudinis mē-  
tio fit in Sacris Literis, Job cap.  
3. ibi: *Quasi effodientes The-  
saurum: delectanturque ve-  
bementer, cum invenerint se-  
pulcrum.* Hinc Thesaurus re-  
positus in Davidis monumen-  
to, & inde ablatus ab Hyrca-  
no, ut narrat Josephus lib. 13.  
*Antiquit. Judaic.* cap. 16. de  
sepulcro Cyri refert Arrianus  
lib. 6. *Expedit. Alexand.*

8 Magnum scelus apud Ve-  
teres fuit reserata in monu-  
mentis ornamenta furari, ut  
attestatur Gothofredus in  
*Comment. ad l. 4.* C. Theodos. de  
*Sepulcr. violat.* Et Ammia-  
9 nus Marcellinus lib. 15. me-  
morat quemdam accusatum,  
fuisse, quoniam velamen pur-  
pureum à Diocletiani sepul-  
cro subreperat. De hoc consu-  
le Kircher. lib. 3. de *Funer. cap.*  
23. & 24. Lindebrogium ad  
Ammianū Marcellinū pag. 54.

10 In sepulcris vestes, pecunias-  
que persæpè luxus, ac securi-  
tatis gratia reponebant anti-  
11 qui. Imponebatur poena tan-  
quam si sepulcrorum violato-

res essent. Julianus sepulcro- 12  
rum eversionem se vindica-  
turum pœna Manium vindice  
minatur: pro quo Tribonia- 13  
nus criminis pœnam sacrilegii  
reposuit; quod scelus quan- 14  
doque in l. 5. C. Theodosian. de  
*Sepulcr. violat.* proximum sa-  
cilegio vocatur: de quo respi-  
ce Kircherium lib. 3. de *Funer.*  
*Roman. cap. 24.* Ideo antiquus  
Poeta:

*Res ea sacra miser, noli  
me a tangere fata;  
Sacrilega bustis abstinuere  
manus.*

Quocirca commune læsarum 16  
Religionum crimen, pro se-  
pulcri violati scelere intelle-  
xit Tacitus, eodem sensu, quo  
in l. 1. C. Theodosian. de *Sepulc.*  
*violat.* crimen læsa Religionis 17  
appellavit Gordianus Impera-  
tor. Unde qui ædificia Maniū 18  
violabant, defunctorumque  
domos, videbantur geminum  
facinus perpetrasse, cum se-  
pultos spoliarent destruendo, &  
vivos polluant fabricādo. Eos-  
que plecit Imperator Con- 19  
stantinus in l. 4. C. Theodosian.  
de *Sepulcr. viol.* Huc spectat  
Fabula Fædri 27. ibi: 20

*Humana effoditus offa,  
Thesaurum canis  
Invenit, & violavit, quia  
Manes Deos,  
Injecta est illi divitiarum  
cupiditas,  
Pœnas, ut sancta Religioni  
penderet.*

Hu-

21. Hujus criminis ignominia laborarunt quidam Clerici, ut præter Novellam Imperatoris Valentiniani de sepulcris, noscimus ex Cassiodoro lib.4. Var. cap.18. ubi agit de quodam Presbytero, nomine Laurentio, qui effossis cineribus, divicias, inter hominum cadavera quærebat. Hujuscemodi hominum genus fures vocantur in veteri monumento:

*Plutonis sacrum munus ne  
attингite fures.*

& alibi:

*Abite hinc pessimi fures.*

24. Viguit quoque apud Judæos consuetudo condédi Thesauros suos in sepulcris cum cadaveribus defunctorum; quas forsitan hac spe Regum, ac Principum Juda, ac Sacerdotum, cæterorumque Hierosolymitanæ Urbis Civium, Chal-

25. dæos ossa effodisse creditur, ut prophetavit Hieremias cap.8. Baruch cap.2. Causa querendi Thesauros, quos Priscorum sepulcris celari credebant, de quo agunt Pineda in sua Monarchia part.2:lib:10. cap.10. § 3. Villelpano in Ezechiel: tom.2. disput.14. cap.61. alter Pineda lib.4. de Reb.Salomon. cap.1. in fin. Et de Reginæ Se-

26. miramidis spoliato sepulcro agit Cælius Rhodiginus lib. 23. Antiquar.lection. cap:5.

27. Id non solum apud Græcos, verum & apud Romanos vi-

guisse nitescit ex l. Servo, 115. §.final. ff. de Legat. I. ex l.final. §.final. ff. de Aur. & argent. legat. quibus ex locis dignoscitur pecunias, ac Thesauros in sepulcris, repositos fuisse, ut referunt quoque Kirmanus lib.1. de Funeribus cap.10. & lib.3. cap.24. Lipsius ad Tacitum lib.3. annotat.102. Delrio in Adag. Sacr. tom.2. pag:561. Solorzan.lib.5. de Jur. Indian. cap.unic.num.39. Forner.lib.1. Rer. quotidian. Marquez. lib. 2. Governad. Christian. cap. fin. Bulanger.lib.3. de Imper. cap.6. Gothofred. ad Leg.12. Tabular. de Jur. sacr. tit. de Religios: Gyrald. lib. de Var. sepel rit. clar. Silvius lib. singular. ad ll. Reg. cap.23. Copus in Dialogis, Alexand. ab Alexand:lib:3. Dier. genial. cap.2.. Gutherus lib.7. de Jur. man. cap.32.

Confert etiam Petrus Dia- 28: conus de litteris Romanis, af- severans, has in sepulcris ap- poni solitas fuisse. I. M. I. ST. B. ABSC. idest In monumen- to isto sunt bona abscondita. Et istas IN. HC. MM. S. P. SN. FN. idest In hoc monumento sunt pecunia & sine fine. Et etiam eas INTS. S. B. E. Intus sunt bona ejus. IN. HC. MM. S. P. S. In hoc monumento sunt pecu- nia sacra. Et si de earum no- tarum versione dubitet For- ner. lib.3. Rer. quotid. cap.3. quod variis rationibus usita- tum

29 cum fuit . Prima ob superstitionem veterum, qui putantes mortuos ad æternam vitam degendam multis indigere divitiis, illas in sepulcra inferebant : de qua superstitione ultrà proximè relatos, multa congerunt Cerdæ ad Virgil. lib. i. *Aeneid.* vers. 363. Forner. ad Cassiodor. lib. 6. Epist. 8. Solorzan dict. cap. unic. num. 38. & in Polit. lib. 6. cap. 5. pag. 594. ubi notat, apud Indos Peruanos eodem nomine designari sepulcrum, & Thesaurum, hoc videlicet Gaza, quia vix erant sepulcra Indorum, in quibus non invenirentur Thesauri . Aliam rationem, forsan minus frequentem adduxit Leo Imperator in Novell. 51. juxta editionem Gothofredi , nempe quosdam adeò avaros esse, & hominum posteriorum osores, ut illis divitias invidentes, quas secum ferre non possunt subtrahant illas oculis, & usibus humanis. Item hoc faciebat, tum, ut sepultura honorificentior esset, tum ut Religio totius eam servaret, ut referunt Strabo lib. 15. Quint. Curtius lib. 10. 32 Plautus in *Pseudolo* act. 1. scen. 4.

*Ex hoc sepulcro veteri vi-*  
*ginti minas*

*Effodiam ego hodie, quas*  
*dem herili filio.*

33 Postea mandatu Principum,

seu lege Decemvirali, ut probat eruditissimus noster Hispanus Ramirez de Prado in *Theffera legum in l. 4. §. final.* ad Leg. Jul. pecul. prohibitum fuit cum defunctis sepelire pecuniam : dicta l. 4. §. final. Immo nec vestes pretiosas, nec alia ornamenta cum corpore condere licuit, quod simpliciores homines factitasse dicitur in l. Sed si quis, 14. §. Non autem, ff. de Relig. l. Servo, 113. §. i. ff. de Legat. l. l. final. §. mulier, ff. de Auro, & argent. Sed quia adhuc, neglecta ea prohibitione, pecunia plerumque reponebatur in sepulcris, prohibet Clemens III. cap. 9. de Judais, sepulcra referare, Judæorumque cineres effodere. Quare Cassiodorus lib. 4. var. Epist. 18. meritò damnat Lauren- tii cuiusdam Presbyteri scelus, quod effossis cineribus funestas divitias inter hominū cadavera indagabat. Et apud Quintil. declamat. 369. sepul- cri violati reus ita excipit: Sed quid sustuli? *Æquius tam est licere pecunias in monumētis obtrusas impunè per-*scrutari. Pessimi fures illi appellantur à Sidonio, & in eos extat edictum apud Cassiod. lib. 4. var. cap. 34. Atrocitatem que hujus criminis exagitant Pelusiota lib. 2. epist. 146. D. Chrysost. homil. 38. in. 1. ad Corinth.

riat. Nissenus in *Epist. Can.* cap.7. Prosequuntur alia Bonius Rom. *Subterr.lib. I. cap.27.* Chokier. in *Fac. hist. cent. 2.* cap 72. Theophilus *tom. 15.* in *Heterach. punt. 9. sect. 1.* Spondanus *de Cœmet. part. 1. lib. 1. cap. 9.* Savard. *ad Sidon. lib. 3. epist. 12.* Iranzo de *Potestas. fol. 26.*

40 Huc spectat text. in l.4. §.  
*Non sit locus, ff. ad Leg. Jul. pecul.* qui variis difficultatibus solet obrui. Verba priora text. sunt: *Non sit locus religiosus ubi Thesaurus invenitur. Quærunt DD. quæ possit esse ratio dubitadi hujus decisionis, quæ omni prorsus dubio videtur carere.* Et omissis variis DD. subtilitatibus, rationem dubi-  
 41 tandi ex eo descendere existimo, quod divitiae in terra absconditæ solebant Cereris, Plutoni, & aliis inferorum falsis Numinibus consecrari; ut breviter notavit Clarus Silvius. *ad Leges Regas cap. 23. pag. 123.* & probatur hic mos ex

42 quadam veteri inscriptione, quam refert doctissimus Retes. *lib. 8. Opuscul. cap. 27.* ibi: *Plutonis sacrum munus nè attingite fures.*

43 Refert etiam Livius. *lib. 2. cap. 31.* ex partitione Jani Gruterii, Patrem Spurius Cassius, ob affectatā tyrana idem à filio, eum causa domi cognita verbasse, ac necasse, peculum-

que filii Cereris consecravisse. Signū inde factū esse, & inscriptum: EX CASSIA FAMILIA DATUM. Cum verò divitiae sub terra conditæ soleret cōmendari, & consecrari falsis Numinibus inferorū; & quod sacrum est, religiosum etiam appelletur, ut testatur Ælius Gallus, *vetus J C. apud Festum verbo Religiosus;* potuit in du- 44 bium venire, utrum locus, in quo conditus est Thesaurus religiosus sit, propter contum Thesauri, qui forsitan sacratus potuit esse Cereri Diis, Plutoni, Proserpinæ, aut aliis Numinibus Infernalibus, ut Gentiles falso sentiebant. Ni- 45 hilominus Marcianus negat fieri locum religiosum, ubi Thesaurus invenitur, quamvis inventor ibi vota soluerit 46 pro invento Thesauro; quod facere consuevit inventores, probat *vetus inscriptio apud Galbanum de V susfruct: cap. 30. num. 4. in fine,* quæ talis est: *Jovi inventori, Diti pa- 47 tri, Terra Matri, detectis Daci & Thesauris, (afar Nerva Trajanus Augustus sacrū posuit.* Ratio potuit esse, quia non semper Thesauri consecabantur Numinibus; & quamvis consecrati fuissent, sacri non fiebant, quia privata consecratio non efficit rem sacram, sed publica ritè, & per Pontifices fit, *l. in tantū, 6.*

J.S.A.

§ Sacra, l. Sacra, 9. in princip. cum §§ sequent. ff. de Rer. di- vis. notarunt Donell. & Os- suald. lib. 4. cap. 1. Cum ergo consecratio Thesauri fieret à privato abscondente, conse- quens est, quod nec Thesau- rus, nec locus manerent con-secrati. Confirmat prædictam decisionem Marcianus in di- Eto §. 6. per ampliationem, his verbis: *Nam et si in monu- mento invetus fuerit Thesau- rus, non quasi religiosus tolli- tur.*

50 Resolutio applicanda est titulo, sub quo jacet: titulus est ·De Peculatu, cuius lege pu- niuntur, qui pecuniam publi- cam, sacram, religiosam ve- auferunt, aut intercipiunt, l. 1. in princ. ff. eod. Matthæus ad eundem titulum. Quæstio itaque est, an in hoc crimen. incidat, qui de sepulcro, id est de loco religioso, tollit pecu- niam, vel Thesaurum? Negat Marcianus, quia Thesaurus de sepulcro sublatus non tolli- tur tanquam religiosus, sed tanquam privatus, propha- nusque. Igitur si furtum est, nō erit saltem furtum rei religio- sa, sive peculatus. Argumen- tum verò concludit à fortio- ribus terminis ita. Thesaurus in loco verè religioso reper- tus non est religiosus; ergo multo minus efficiet locum- purum religiosum Thesaurus

ipse, cui nulla religio inest. Potest etiam queri ad hanc postremam partem ratio am- bigendi, quæ à nostris jam ex- cogitata est, & adducta ex l. Quæ religiosis, 43. ff. de Rei vindic. Ubi docemur, reli- 52 giosa esse, quæ adhærent reli- giosis: sed Thesaurus adhæret sepulcro; ergo religiosus est. Resolvēdi ratio est prompta; illa enim censetur adhærere sepulcro, quæ necessariò illi adjacent, & separari ab eo nō possunt sine detimento in te- gritatis, aut religionis. l. 2. de Sepulcr. violat. quam partem egregiè illustravit Suarez ad Legem Aquil. lib. 2. cap. 2. sect. 6. & 7. Thesaurus verò in se- pulcro est per accidens, nec 53 pertinet ad integratatem, aut religionem; igitur non potest dici adhærere loco religioso. Ità exponunt Clarus, & Sil- vius ad Leges Regias d. cap. 23. Galbanus de V. sufruct. cap: 30 num. 4. in fin. Præbuit etiam rationem Marcianus his ver- bis: *Quod enim quis sepelire prohibetur, id religiosum face- re non potest, ut mandatis Principum cavetur.* Sensus est contra interdicta juris pu- blici, expressè vetatia aliquid dedicari, nihil potest fieri sa- crum, religiosumve; sed re- scripta Principum expressè interdicunt condicū cum mor- tuis pecuniam, tanquam rem ine-

ineptam, & superstitionem; ergo contra interdictionem sepulcra non potuit fieri religiosa, quia non spectat ad Religionem.

Quibus veluti Capitis nostri, præliminaris eruditio-nis ergo, exaratis: nunc ad quæstionis propositæ resolutionem pergamus; nimirum an Thesauri in sepulcris causa tutioris custodie, vel ob necessitatem Reipublicæ, aut ob superstitionem ibi depositi sint, & si inveniantur, cujus fiant?

*¶ 55. Causa custodiæ reponebatur, quoniam apud omnes gentes, sepulcrorum locus semper intactus, ac inviolatus fuit, ratione Religionis. Deponebantur quandoquidem ad Reipublicæ defensionem, ut si Respubblica Thesauris illis indigeret, posset illis uti, cuius exemplum extat apud Josephum, lib.7. Antiquit. Judæic. cap. fi-*

*¶ 56. Quò narrat Salomonem, Patri Davidi magnificum ædificasse Templum, ibique multos reposuisse Thesauros, quibus postea Judæi ab Antiocho oppressi, usi fuere. Ubi tan-ta fuit Thesaurorum ubertas, ut Hircanus Summus Sacerdos mille, & tertæis annis elapsis, obsidionem eludere experens, Davidis aperto sepulcro, tercenta inde auri talenta extraxit, quorum una parte Antiocho data, cessavit obsidio, altera populo subvenit. Et post*

longum curriculum temporis prosequitur, idem Josephus 58 Herodem, alium ejusdem Davidis sepulcri locum aperuisse, magnam Thesaurorum copiam retulisse, ut adnotavit eruditissimus Gonzalez in cap. sicut Judæi, q. in Not. verb. Pecunia in ipsis sepulcris depositæ, extra de Judæis.

Superstitionis causa Thesauri in mortuorum sepulcris solent reponi, ut fecerunt Indi Occidentales, quorū Thesauros de sepulcris abstulerūt Hispani nostri. Unde ad quæstionis nostræ resolutionem, 60 pergens concludendum est, Thesauros inventos in sepulcris quorum Dominorum notitia ignoratur, acquiri promidia parte inventori, si fortuitò invenerit, pro alia verò dimidia Domino loci, ubi sepulcrum sistit. Sin autem deponentis habeatur notitia, vel ejus hæreditis, non erit propriè Thesaurus: nec habetur pro derelicto, cum non perierit omnino memoria ejus, qui illum abscondit; & hac ratione 61 ducti Trullench. lib.7. in Decalog. cap. 3. dub. 8. num. 2. Salomon. 2.2. D.T hom. quæst. 66. art. 5. conclus. 1. Gutierrez lib. 4. Quæstion. pract. civil. quæst. 3. 6. num. 9. Bañez 2. 2. quæst. 66: art. 5. asseverant Hispanos, qui sepulcra Indorum plena Thesauris, ac divitiis spolia-

Mh runt,

runt, defunctorum suecessoribus ad restitutionem teneri, quoniam hujusmodi Thesauri erant filiorum, vel Republicæ, veluti si quis apud nos spoliaret sepulcra, ubi sepe-  
62 liuntur Reges, aut Pontifices, auferendo vasa aurea, vel similia pretiosa ibi deposita; quo in casu peccaret, & tene-  
retur ad restitutionem, juxta Salonem loco citato.

63 Ast magis mihi arridet opiniatio Bañez *ubi supra*, ac Sayri lib. 9. Clav. Reg. cap. 9. num. 12, & eruditè Solorzan. lib. 5. de Jur. Indiar. cap. unic. num. 41. ubi Hispanos à restitutionis onere excusat. Nam si constat Thesauros in sepulchris causa superstitionis fuisse reconditos; tunc auferens eos, haud aquam ad restitutionem te-  
netur. Siquidem tunc ob nul-  
lum justum usum ibi depositi censentur; & ideo pro dere.

64 licet habendi, & tales fuisse Thesauros apud Indos in sepulcris depositos concludit idē Sayrus, quoniam sacrificantur Idolis, falsaque Religioni, aut Thesauros illos secum deferre mortuos in suos usus harriolabantur. Secus de sepulcris Christianorum dicendum est; & de his, quae in eis repoununtur. Sit enim firma conclu-  
sio, Thesaurum inventum in 65 sepulcris, seu monumentis, di-  
midiam partem Fisco deberi:

alteram dimidiā inventori, sic statuit Jureconsultus Callistratus in l. 3. §. Si in locis, ff. de Jur. fisc. hisce verbis: Si in locis fiscalibus, vel publicis, Religiosive, aut in monumentis The-  
sauri reperti fuerint, Divi fra-  
tres constituerunt, ut media pars ex his Fisco vindicaretur. Nec hic textus refragatur Justiniano in §. Thesauros, In-  
stitut. de Rer. divisi: ubi totus Thesaurus inventori credit, quia in §. hoc Hadrianus Impe-  
rator naturalem æquitatem sequutus fuit ibi. Divi fratres civilem auctoritatem, utilita-  
temque publicam, cuius ratio-  
ne quandoquidem æquitati communi derogatur, ut tradi-  
dit Glossa in d. l. 3. §. Si in locis,  
verb. vindicaretur, ff. de Jur.  
fisc.

Debetur porrò Fisco dimi-  
dia pars Thesauri inventi in  
sepulcris, seu monumentis, si-  
ve locus sit publicus, sive Religiosus, vel monumentis de-  
stinatus, cum sufficiat locum.  
illum esse Fisci. Idcirco Con-  
nanus lib. 3.: Comment. Jur. ci-  
vil. cap. 4. num. 2. afferuit, non 68  
solū Thesaurum repertum in sepulcris Cæsarum, & Prin-  
cipum, sed etiam in privato-  
rum monumentis, & sepul-  
cris Fisco pro parte dimidia-  
cedere. Si hujusmodi privato-  
rum Tumuli sint in loco publi-  
co, ut ferè quondam erat ino-  
pum

pum hominum, qui non habebant, ut in suo sepelirentur, ut refert Aggenus Urbicus ad Julium Frontinum: *Sunt, ait, in suburbanis loca publica inopum destinata funeribus, quæ loca Culinas appellant:*

71 Sit namque hujus Capitis conclusio, quod Thesaurus inventus in sepulcris, si fortuitò inveniatur, dimidia pars ad inventorem, altera ad Dominum loci, ubi est sepulcrum attinet. Si autem data ad hoc opera inveniatur, nihil porrò hujusmodi perscrutator lucratitur; sed totum Dominus loci vindieabit, cum quidquid reperiatur in sacris, ac Religiosis locis, fiat ejus, cuius est fundus, in quo sita sunt sacra, ac religiosa illa loca, ut retalit. Connarus dicto lib. 3. cap. 4. num. 2. ad finem.

72 Quod de sepulcris hactenus affatus sum, intelligi quoque debet de monumentis, & cum

73 sepulcrum nil aliud sit, quam ubi corpus, ossa hominis condita sunt, ut docuit Ulpianus in l. 2. §. Purus, ff. de Religios. & sumptib. funer. Monumen-

74 tū verò est res memoriarum causa in posterum prodita, in quam si corpus, vel reliquias inferatur, fiet sepulcrum. Si verò nihil eorum, erit monumentum memoriarum causa factum: quod Græci νενοτάφιον appellant, teste Florentino lib. 7. Institut. in

l. Monumentum, 42. ff. de Religios. & sumptib. funer. Unde advertendum est, quod non totus fundus, seu locus, ubi se- 75 pulcrum stat, dicitur sacer, sanctus, seu religiosus; sed tantum locus ille, ubi cadaver hominis jacet, sicuti docet Ulpianus in l. 2. §. Purus, ff. de Religios. & sumptib. funer. ibi: Non totus, qui sepultura destinatus est locus, Religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est. Ex quo oritur, quod si prope 76 sepulcrum Thesaurus inventatur, non dicitur in loco sacro, seu religioso inventus, sed in loco privato, & ideo acquiritur Domino fundi, seu loci pro parte dimidia, & pro reliqua inventori, si fortuitò iavenerit, juxta doctrinam text. in §. Thesauros. Institut. de Acquir. domin. Quando cu-  
jus sit sepulcrum liqueat, tunc 77 si probabile sit defunctum istum benè nummatum fuisse, vix erit, ut pecunia ita reperta pro Thesauro haberi queat, ut attestatur Zieglerus de Jur. Ma- jest. cap. 20. num. 5. subnectens, quod aurum, quod Hyrcanus è sepulcro Davidis abstulit, 78 propriè non fuisse Thesaurū.

Si absit cadaverum injuria, 79 religionisque violatio Solor- zanus lib. 5. de Jur. Indiar. cap. 1. num. 41. existimat posse The- sauros, in sepulcris Indorum sepultos quadrere, ac eruiri,

ac Regijs sumptibus applicari, Lagunez de Fructib. cap. 11. num. 65. & sic dispositum esse ex Herrera lib. 5. Histor. decad. 5. cap. 8. comprobatur. Mox enim erat Indis, sicut & alijs nationibus Thesauros, vas aurea, & argentea, & alia pretiosa cum cadaveribus sepelire, ut refert idem Herrera decad. 1. pag. 85. Silvius ad 11. duodecim Tabular. cap. 23. Torrequemada in Monarc. Indian. lib. 13. cap. 28. Rेवर्दुस lib. 1. Conjectur. Julius Labor. Variar. lucubrat. tit. 2. cap. 4. Forner. lib. 1. Rer. quotid. Josephus lib. 7. Antiquit. Iudaic. cap. 16. & lib. 13. cap. 15. & lib. 40. cap. 7. Garcia de Expens. cap. 8. num. 8. Pineda in Salomon. pag. 506. Spinus de Testam. glos. 2. Alexand. lib. 3. Dier. genial. cap. 2. Cujac. in l. Filiusfamilias ff. de In rē vers. Arumæus lib. 1. decif. 14. Hugo jusmodi Thesauros quærere, & ob id mortuorum, etiam infidelium, cadavera perturbare, & exhumare injustum, ac divinæ punitioni obnoxium, quidam recenserunt, per text. in cap. Sicut. de Judais. Decian. lib. 6. Criminal. cap. 39. Julius Paulus lib. 1. Sententiarum, tit. 23: versic. Piaculum. Fulciuntur Alexandri, Belli, Hamilcaris, Darij, aliorum Tyrannorum lucri causa, sepulcra effodientium exemplis, de quibus

Sanchez in Isaia cap. 74. n 8. Majolus pag. 117. Causinus in Polystor. simbol. pag. ultim. Nieremberg. Histor. natural. lib. de Miracul. Terr. promiss. Faber lib. 3. Semestr. cap. 19. & Casiodor. lib. 4. Variar. epist. 12. Quò quemdā Presbyterū objurgat, ac puniendum jubet, quia in sepulcris Thesauros perscrutatus etat; quoniam ut dixit lib. 6. epist. 8. licet cadavera furta non sentiant, ab omnem tamen pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid à mortuis abrogasse monstratur. Elicitur ex Botero lib. 2. part. 4. afferente Indos summoperè 81 edolere videntes majorum sepulcra ob Thesauros quærendos violari. Quadeçausa injuncte Hispanos reprehendit A. 82 rumæus loco citato, nu. 29. quibus objurgationibus rectè respondet eruditissimus Solorzanus ubi supra num. 42. ubi expendit text. in l. Omnia, 5. C. 8; de Pagan. quò præcipitur omnia loca, quæ sacris veterum error deputavit, rei Dominicæ sociari, vel à Principe in Ecclesiis posse distribui. Alij demum Imperatores, hujusmodi sepulcrorum Thesauris uti voluerunt, ut hauriatur ex l. 3. S. Si in locis, ff. de Jur. Fisc. ubi præcipitur, Thesauros inventos in locis religiosis, & monumentis inter Fiscum, & inventorem partiiri. Ad cuius com-

comprobationem adest miri-  
84 *ficus locus Cassiodori lib. 4.*

*epist. 34. ajentis: Aurum enim  
sepulcris justè detrahitur, ubi  
Dominus nō babetur; imo cul-  
pa genus est, inutiliter abditis  
relinquere mortuorum, unde  
vita potest sustentari vi-  
ventium. Non est enim cupiditi-  
tas eripere, qua nullus se do-  
minus ingemiscat amisisse.*

85 *quia ut dixit Lucanus ad Pil-  
sonem:*

*Abdita quid predest gene-  
rosi venam metalli  
Si cultore caret?*

*Id ipsum exprimit hoc Emble-  
mate Sambuc. pag. 206.*

*Aurum, dum latitat, nihil  
venis, atque cavernis.  
Profuerit fulve ni effodian-  
tur opes.*

*Et solita eruditione luculen-  
ter hujusmodi Thesauros que-  
ri posse ostendit Solorzanus  
lib. 1. de Jur. Indiar. cap. 13.  
num. 33.*

### S V M M A R I V M .

- 1 *Thesaurus haud pars fun-  
di.*
- 2 *Thesaurus donum Dei.*
- 3 *Minus rectè Fortuna donum.  
Thesaurus.*
- 4 *Thesaurus haud fructus.  
fundī.*
- 5 *Dominium Thesauri haud  
penès fructuarium.*
- 6 *Tam dominium, quam fru-*

*etus in Thesauro fructua-  
rio denegat.*

7 *Thesauro decima haud de-  
betur Tutori, vel Curatori,  
& cur.*

8 *Quid sit decima debita Tu-  
tori, vel Curatori fure Hi-  
spanico.*

9 *Vsusfructus fundi non ex-  
tenditur ad Thesaurum,  
& cur.*

10 *Cur Tutor, & Curator non  
habeat partem Thesauri in  
fundo pupilli.*

11 *Thesaurus non est fructus,  
nec commoditas fundi; sed  
donum Dei.*

12 *Cur Thesaurus non dicatur  
fructus.*

13 *De iis, qua non renascuntur  
non est danda decima Tu-  
tori, vel Curatori.*

14 *Et quid si Tutor inveniat  
Thesaurum in agro sui pu-  
pilli, & Curator sui mino-  
ris.*

15 *Contra conclusionem objecta-  
ptura ad trutinam revoca-  
ta.*

16 *Objectorum dissolutio.*

17 *Conclusionis epilogus.*

*De Thesauro reperto in  
fundo Pupilli, seu Mi-  
noris, & cui acquiratur.  
& an Tutor, vel Cura-  
tor Thesauri decimam*

habere debeat de Iure  
nostro Hispano?

## C A P. XI.

- I** T hesaurum haudquam partem esse fundi, nec aliquid commune habere cum eo; sed rem prorsus separata sanè clarescit ex text. *in l. 3. §. Neratius, ff. de Acquir. rend. possess. Donumque dici-*
- 2** tur Dei, cum eo, cui Deus eū commostrare placuit, cōcedatur Arnisæus *lib. 3. de Jur. Majestat. cap. 6. num. 22. in fin. Leo Imperator in l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. Quamquam minus*
- 3** rectè fortunæ donum appellatur à Jurisconsulto *in l. Si is, qui, §. Si communis servus, el primero, ff. de Acquir. rer. domin.* Et ideo Thesaurus non.
- 4** est fructus fundi naturalis, aut industrialis, neque illius dominium
- 5** est penès fructuarium, secundum text. *in l. Divortio, 8. §. Si fidum, in fin. ff. Solut. matrim.* Quo in loco Thesaurum non esse fructum fundi habemus, prout etiam elicetur ex text. *in dicto §. Si servus communis, & id ipsum quoque factentur Moller. lib. 2. semestr. 4. cap. 27. Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. num. 52. Gallus de Fructib. disput. 3. art. 4. num. 22. Klochius lib. 2. de Ærar. cap. 116. num. 19. Lagunez de*

*Fructib. cap. 11. Textus in re-  
lato §. Si servus communis,  
tā dominiū, quām usūfructū in  
Thesauro fructuario denegat.*

Ex quo optimè infertur, quod cum non sit fructus fundi minoris, nec redditus, nec proventus illius, nec referatur inter fundi commoditates, haudquaquam debeatur decima Tutori, vel Curatori, ut post Baezam *de Decimatur. cap. 24. num. 5. asserunt Gutierrez de Tutel. part. 3. cap. 26. num. 12. Fragosius lib. 6. de Regimin. Christian. Reipublic. part. 1. disputat. 18. n. 31.* Quid sit decima de Jure nostro Hispano debita Tutori, vel Curatori, vide Baezam, & ego quoque tetigi in meo *Tra-  
ctatu de Compensationib. lib. 2.  
q. 11. tom. 1. cum enim Thesau-  
rus non sit pars fundi, nec ha-  
beat aliquid commune cum  
eo, nec sit pars, nec portio il-  
lius, sed res penitus separata  
ab eo, ut habetur in dicta l. 3.  
§. Neratius, ff. de Acquir. pos-  
sess. & ibi Glossa *in verb. Ca-  
piffe*. Molina *de Primogen. His-pan. cap. 23. num. 4.* Quapropter ususfructus fundi non potest extendi ad Thesaurum in eo repertum. Et ideo fructarius nec dominium, nec Thesauri usumfructum habebit, sed pleno jure domina proprietario soli acquiritur, & ideo hanc opinionem se-  
ctant.*

Etantur Molinæus ad Confucius. Parisiensis gloss. I. §. i. tit. I. num. 43. Et §. 37. num. 48. Barbosa in l. Divortio, 8. §. Si fundum, num. 25. ff. Solut. matrimon. Molina de Primog. Hispan. lib. I. cap. 23. num. 2. Baeza de Decim. tutor. cap. 24. num. 5. Boerius decisio. num. 2. Et decis. 224. num. 9. Sylvester in Summ. verb. Inventum, n. 12. & hanc verissimam, ac recepitissimam sententiam vocat Gutierrez de Tute. part. 3. cap. 26. num. 14.

- 16 Quocirca cum Tutor, vel Curator sit fructarius decimæ, haudquaquam habebit partem Thesauri inventi in fundo sui pupilli, nec ejus usum; 11 quoniam Thesaurus non est fructus, nec commoditas fundi, sed donum Dei text. in l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. Si quidem Thesaurus eratus neutquam amplius renascitur, & quæ amplius non renascuntur, non dicuntur fructus fundi, neque ad fructuarium spectant; & rectè concludit Gutierrez loco suprà relato, 12 quod de iis, quæ non renascuntur non est danda decima Tutori, vel Curatori, teste eodem Gutierrez de Tute. part. 3. num. 25. Et quod non debetur decima Tutori, vel Curatori de Thesauro invento in fundo minoris tradidit in terminis Baeza de Decim. tutor. cap. 24.

à num. 5. Fragos. part. 1. lib. 6. de Regimin. Christian. Republic. disput. 18. num. 32. Sin autem Tutor, vel Curator inveniat Thesaurum in agro sui pupil. I 4 li: tunc ratione inventionis integrum dimidium, sicut quicunque alias extraneus retinebit Gutierrez cap. 26. num. 2. Fragos. part. 1. lib. 3. disput. 15. §. 2. num. 19. Valasc de Jur. emphyteutic. quest. 15. num. 6.

Nostræ præjectæ conclu- sioni opponi videntur plura argumenta. Primum, quia si in fundo feudal, vel emphyteutico Thesaurus inveniatur, totus pertinet ad emphyteutam, ut voluerunt Molin. lib. 1. de Primogen. Hispan. cap. 23. num. 7. Barbosa in l. Divortio, 8. §. Si fundum, num. 27. ff. Solut. matrimon. Gloss. in §. Thesauros, Faber num. 2. Angel. col. 2. Institut. de Acquir. rer. domin. Gutierrez cap. 26. num. 8. part. 3. Ideo idem dicendum videtur in usufructuario, ut ad eum quoque pertineat Thesaurus inventus in fundo, vel domo, cuius habet usum fructum. Igitur Tutorem, vel Curatorem, cui ex lege Regia Fori decima fructuum debetur, Thesaurum decimare posse auspicantur.

Secundum, quoniam Thesauri dimidia pars possessori Majoratus deferenda est, cum fundi domino competit, per text.

*text. in l. unic. C. de Thesaur. lib. i text. in l. Si is, qui, §. Communis servus, el segundo, ff. de Acquir. rer. domin. ut latè ostendit Molina de Primogen. Hispan. lib. i. cap. 19. & in terminis Thesauri, quæ jure domino fundi competit, Majoratus possessori liberè deferenda sit, probat quidquid sit in emphyteuta, seu Vassallo Garzia de Expens. cap. 22. num. 50. Molina de Primogen. cap. 23. num. 3. Barbosa in l. Divortio, §. Si fundum, num. 30. ff. Solut. matrim. Quapropter idem dicendum videtur de Thesauro, ut ejus usus ad usufructuarium pertineat, saltem durante tempore ususfructus; quoniam quamvis nullum habeat dominium; sed tantum jus utendi, & fruendi, salva rerū substantia: at cum sit commoditas fundi, & beneficiū Dei, text. in l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. debet cedere ei, cui Deus donum illud concessit, & cujus tēpore potius, quam alio Thesaurum inveniri permisit.*

Tertium denique opponitur id, quod maritus quandiu durat matrimonium, debet habere dimidiā partē Thesauri inventi in fundo dotali, quæ matrimonio soluto, uxori restituenda erit, ut sentiunt Bart. & Bald. in l. Divortio, §.

*Si fundum, ff. Solut. matrimon.*

His omnibus minimè obstantibus, firma remanet nostra conclusio. Siquidem quæ supra adversùs attulimus non obstant. Non primum de emphyteuta, & rei feudalis possessore, quia hic rei dominium utile habet, quod sufficit ad acquisitionem Thesauri absque restitutio[n]is gravamine. Disparitatis ratio esse potest inter fructuarium, & emphyteutam, quia usufructuarius solum habet commoditatem ex fundo provenientem, consistente in fructu; ast cū Thesaurus inter fructus fundi non ceseatur; ideo dimidia Thesauri pars fundi proprietario cedit. Ad emphyteutam verò omnis utilitas à fundo proveniens pertinet, ideoque etiam praedicta medietas, quæ ratione utilis dominii fundi conceditur, ut latè ostendit Barbosa in l. Divortio, 8. §. Si fundum, num. 28. versic. Ex his, ff. Solut. matrimon. Nec magis opponuntur, quæ diximus de possessore Majoratus, & de marito, matrimonio constante, ut resolvit Gutierrez de Tuitel. cap. 26. num. 15. part. 3. & dicam latius in suis peculiari-bus locis.

Quapropter concludendū est, quod Tutor, vel Curator di-

dīmid ā partem Thesauri in fundo sui minoris reperti, ei- demque debitam rationem dominii minimè decimabit, quia Thesaurus non consistit in fructu; & in terminis no- stræ quæstionis probant Baeza de Decim. tutor. cap.24. nū.5. Gutierrez de Tutel. part. 3. cap.26.num.19. Fragos de Re- gimin. Christian. Reipubl.lib. 6. disput.18.num.32 pars.1. Id ipsum sequitur Diana tom.6. resol.10. tract.4. §.2. ubi asse- rit, quòd cum Tutor, vel Cu- rator sit fructuarius decimæ, non habebit partem Thesauri inventi in fundo minoris, nec ejus usum, quia Thesaurus nō est in fructu, nec in commo- ditate fundi, sed donum Dei; & semel erutus, amplius non nascitur; & quæ non renascu- tur, non dicuntur esse in fru- ctu, neque ad fructuarium sp̄ectat, neque ex his, quæ non renascuntur, decima est dan- da Tutori, vel Curatori. Si- autem Tutor, vel Curator in fundo sui minoris, Thesaurū reperiat, dīmidiam, quæ inven- tionis ratione debetur, etiam in fundo alieno, integrum ha- bebit, non ratione laboris, vel curæ in tutela, vel cura impē- si, nec virtute Legis Fori de- cimam fructuum minoris ejus, administratoribus deferentis, sed tāquam quicunque alias extraneus Thesauri inventor,

juxta dispositionem text. in l.unic. C.de Thesaur. lib.10: text.in §.T'hesauros.Institut: de Rer.divis.

## SV M M A R I V M:

- 1 Thesauri raro in fluminum lectis inveniuntur.
- 2 Quandoque in flumini- bus Thesauri absconditi fuere.
- 3 Lectum fluminis est locus abditus, & accommodatus ad recondendos Thesauros.
- 4 Alarici Gothorum Regis perplexitas circa aggressio- nem Sicilia Regni.
- 5 Thesauri Regis Alarici Go- thorum simul cum illius ca- davere in Aveo Basensi fluminis, prope Civitatem Consentinam sepulti fuere.
- 6 Saavedra Historici verba referuntur.s
- 7 Flumina, quas ob causas soli- tos cursus derelinquant.
- 8 Siccitas viginti sex annorū in Hispania memoratur.
- 9 Terramotus magnus inter- dum facit fluminum cur- sum alio migrare.
- 10 Trajanus Imperator Thesauris Regis Decebali, sub- tus Sargetis amnis abscon- ditio positus fuit.
- 11 Thesaurus inventus fontui- rō in lecto fluminis, spectat pro medietate ad invento- rem; & pro alia medietate

- 11 ad dominum alvei.
- 12 Si de industria Thesaurus inventus sit, sotus ad dominum loci attinet.
- 13 Thesaurus inventus in flumine, spectas pro medietate ad inventorem, & pro alia dimidia ad Regem.
- 14 Sive fortuitò, sive data operaria inveniatur.
- 15 Locus publicus cestetur communis.
- 16 Si flumen alicujus pratio aurum, vel argentum adjecerit, nihil inventoris debetitur.
- 17 Quia non dicetur tunc Thesaurus, sed pecunia ab incognito loco traducta, & pratio adjecta.
- 18 Qualitates constitutiva Thesauri quando absunt, tunc Thesaurus dici non potest.

## De Thesauro invento in lecto fluminis, & cui debeatur?

### C A P. XII.

- 1 **I**N hac scificatione enodada, haud diù immorandum est nobis, cum raro in fluminum lectis inveniantur Thesauri: ast cum quandoque contingere possit, ut nil tractatui nostro deficiat, meritò hoc Caput proponendum erat: Si quidem non semel in flumini-

būs Thesauros abditos, & defossos fuisse ex Camerario cent. 2. Horar. subcissu. cap. 63 notavit Bitschius cap. 8. §. 229. part. 2. Cum porrò avida hominum cura, ad recondendos Thesauros abstrusiora loca semper conquiserit, nulla tutiora, ac commodiora, quam fluminum lectum invenire poterant ad opes ibi celandas. Sic Alarici Gothorum Regis 4 milites credebat, dum Siciam peterent, exorta tempestate magna, plures absumpsi naves. Ipsi interim in varias sententias an regre diendum, vel progrediendum esset distractis, Alaricus morbo correptus obiit Consentiam 6 in Neapolitano Regno, anno vix à Romana direptione circumacto. Gens illa jacturam sepulcri plurimi facere solitans ultio aliqua in mortua ossa posset exerceri, in derivatis amnis Basenti Alveo condendum curavit: ibique cum cadavere simul Thesauros Regis sepelierunt: & nè post eorum discessum Thesaurorum notionem incolæ habere possent, amne in vetustu alveum restituto, fossores, qui operi interfuerant trucidarunt, ut narrant Joannes Magnus lib. 15. Histor. Gothor. cap. 12. Carolus Sigonius lib. 12. de Imper. Occident. Naucler. Chronic. gent. 14. & post eos retulit quo-

quoque noster Saavedra *Histor. Gothic. in Vita Alaric. in fin.* hisce verbis ibi : *Los soldados de Alarico levantaron un sepulcro en la madre del río Basento, donde con muchas riquezas (como era costumbre de los Godos) enterraron su cuerpo: matando después a los obreros, para que ignorando el lugar, ninguna pudiese triunfar de las cenizas de su Rey.*

7. Plures ob causas flumina cursum solitum derelinquunt, vel ob magnam siccitatem, ut contingit in nostra Hispania, anno ferè 1030. ante Christi adventum, Abydis Regis expleto Regno, & per sex ac viginti annos neutiquā pluisse narrant Florian. de Ocampolib. *Chronic. Hispan. cap. 1. Marian. lib. 1. Histor. Hispan. cap. 13.* & ego memini lib. 3. de Compensat. quæst. 1. num. 79. Vel quia flumen sua natura aliò fluere incœperit, vel potius defecerit, ut vide re est apud Zieglerum lib. 2. 2. de Jurib. Majestat. cap. 15. quod sçpè accidisse legitur; ut est apud Dionem in Vita Trajani, assverantem, ab immanni quodam retræmotu, vi fluvios, quædam penitus defosuisse, ut commemorat Aymo lib. 1. de Alluvionib. cap. 12. num. 10. Vel ob alias causas, quas hic referre tractationi nostræ nequaquam incumbit. Quū flumi-

na aliò decurrunt possunt in derelictis alveis inveniri Thesauri; & quandoque obvenisse 10 lucescit ex facto Trajani Imperatoris, qui Thesauros à Decebalo Dacorum Rege, quē Trajanus ipse bello prosequebatur subitu's Vada Sargetis amnis, captivorum manibus aliò derivati, occultatos, necatis omnibus facti cōsciis, nē res in lucem prodiret, unus tantum Biculus nomine ex captiuis, qui evaserat à necce, rem gestam Trajano endavit, qui exemplò Thesauros in al veo abscōdito exhauriri jussit, eisque potitus fu it. Aymo loco citato, num. 9. ex Diana ubi supra; & ex eis refert quoque Calvinus lib. 3. de Æquitat. cap. 234. nu. 31. Unde si in fluminum lectis Thesaurus inveniatur, videndum est, an fortuitò, vel data opera inventus sit. Si fortuitò, dimidia pars spectat ad inventorem, juxta aliquos, altera dimidia ad dominum Alvei, cuius est fundus, per quem flumen decursum habet. Si Dominus loci inveniat totus. Thesaurus illius erit. Si ex industria quis invenerit, illa pars, quæ ipsi, si casu invenierit, deberetur, ad fundi Dominum attinet, & hujusmodi inventor nil habebit, secundum dispositionem Imperatoriam in l. unic. C. de Thesaur.

*Saur.lib.10. & in §. Thesau-  
ros, 39. Institut.de Rer.divis.  
& Acquir.rer.domin.*

13 Sed certius est, quod quo-  
ties Thesaurus reperitur in  
flumine, tunc dimidia pars ad  
inventorem, altera dimidia  
ad Regem spectat, ut ex Co-  
varruvias in cap. Peccatum,  
part.3. §. 2. num. 3. amplecti-  
tur Trullench.lib.7. Decalog,  
cap 2. dub. 8. num. 8. Sive for-  
14 tutio, sive data opera inven-  
niatur: quia quando agitur de  
publicis locis, hoc non inte-  
15 rest, quia locus publicus cen-  
setur communis: illa distin-  
ctio fortuito, vel de industria  
procedit in loco alieno: sic  
Trullench. ubi supra.

16 Si flumen prædio meo au-  
rum, vel argentum adjecerit:  
an inventor debeat habere  
partem dimidiæ? Et negati-  
vè resolvit Guidius lib. 3. de  
Mineral. sit. 16. quest. 26. n. 33.  
ea ratione, quia non est The-  
saurus, per text. in l. Nunquā,  
§. Thesaurus, ff. de Aquir.rer.  
17 domin. Cum potius dici de-  
beat pecunia ab incognito lo-  
co traducta, & prædio mea  
adjecta, in qua absunt quali-  
18 tates constitutivæ Thesauri,  
Bartol. in sua Tiberiad. glosa,  
Sozzin. in art. 5. 2. quest. prin-  
cipal. versic. Tertiæ per allu-  
vionem, quest. 3.

- 1 In hac questione paulò im-  
morandum est, quia raro  
accidit.
- 2 Canos ad Thesauros inve-  
niendos cedatos, interdum  
invenerunt.
- 3 Canis humana offa. fodiendo  
Thesaurum invenit.
- 4 Canis, Sus, vel aliquid aliud  
animal, si Thesaurum repe-  
riat, acquiritur Domina  
animalis inventi, id est pars  
illa, que inventori debe-  
retur.
- 5 Altera dimidia Thesauri  
pars debetur Domina loci,  
juxta Calvinum.

Thesaurus repertus à Ca-  
ne, vel à Sue, seu à quo-  
vis alio animali, ad  
quem pertineat?

C A P: XIII.

**H**AUD magis hoc in Capi-  
te, quam in præceden-  
ti nobis immorādum est, cum  
id rarò profectō contingat; ac  
proinde traditioni huic nus-  
quam multum est insistendū;  
quam sanè veritatem agno-  
verunt Jacobinus de S. Geor-  
gio in l. Singularia. ff. Sic cert.  
petat. Chassanæus ad Con-  
suetud. Burgund. § 1. verb. Ef-

- paves, num. 18. Bitschius cap. 6.
- 2 §. 224. Ast aliquando contigisse, Canes ad id eductos inventisse Thesauros, ut traditum est à Floriano de S. Petro in *I. Statua*, 41. ff. de *V sufruct.* Chassanæus ubi supra, Bertachin. in *Repetitor. verb. Canis*, et verb. *Thefaurus. Lagus*. in *Method. jur. civil. part. 2. cap. 28. num. 9* & summoperè confert Fabula Foedri 27. qua.
- 3 Canem humana effodiens ossa, Thesaurum invenit, ajens:
- Humana effoditus ossa,*  
*Thefaurum Canis.*
- Invenit, ex violavit, quia*  
*Manes Deos,*
- Injecta est illi divitiarum*  
*cupidicas,*
- Pœnas. ut sancta Religioni*  
*penderet.*
- 4 Unde si forsan contigerit Canem, Suum terram fodiendo, vel quemlibet aliud animal, invenire Thesaurum, acquiritur Domino Canis, seu animalis, pars illa, quæ inventori quæreretur, per dispositiōnem text. in *tunic. C. de Thesaur. lib. 10. §. Thesauros, Institut. de Rer. divis.* Quam conclusionem nostram sectantur Floriani in *I. Statua*, 41. ff. de *V sufruct.* Guidius lib. 3. de *Mineralib. tit. 10. quast. 36. num. 44.* Bertachin. in *Repetitor. verb. Canis*, et verb. *Thefaurus. Chassanæus ad Conseruad. Burgund. §. 1. verb. Eſ-*
- paves, num. 18. Bitschius cap. 6. §. 112. par. 1. & §. 224. cap. 7. Hanc eandem nostram conclusionem amplectitur etiam Calvinus lib. 2. de *Æquitat. cap. 194. num. 48.* affirmans, quod si Thesaurus repertus fuerit à Cane, vel à Sue fodiente, tunc adquiritur pro dimidia parte Domino Canis, sive alterius bestiæ; altera verò dimidia ad fundi Dominum atinet, ut supra retulit. Id ipsū de Cane tradidit Diana *com. 5. Oper. moral. tract. 4. resolut. 8. in fin. ex auctoritate Guidii*, scilicet, quod Thesaurus inventus à Cane, vel ab alia bestia, acquiratur Domino animalis, quod attinet ad eam portionem, quæ spectat ad inventorem.

### SUMMARIUM.

1. *Creditor, ratione pignoris, jus in re habet.*
2. *Jus pignoris, dominij speciem constituit.*
3. *Causa pignoris secernitur à causa dominij.*
4. *Creditor opponitur domino.*
5. *Thesaurus inventus in loco pignori dato, acquiritur inventori.*
6. *Creditor intra statutum luendit tempus, non habet rem fibi plenissimè oppigneratam.*
7. *Oblato pretio intra consti-*

- 1 tutum luendi tempus, creditor dimidiam Thesauri partem pristino domino restituere tenetur.
- 2 Aliter dicendum esset si creditor jus dominij impetrasset.
- 3 Pristinus Dominus, ut Dominus fiat, quid requiratur.
- 4 Dominium ejusdem rei penes duos insolidum esse non potest.
- 5 Creditor intra legitimum luendi tempus irrevocabiliter non fit dominus;
- 6 Ad Thesauri acquisitionem quid requiratur.
- 7 Non obest, quod intra luendi tempus causa pignoris verti dicatur.
- 8 Principis auctoritate pignus creditori conceditur.
- 9 Facultas offerendi debitum, hodie durat per biennij spatium.
- 10 Creditor, si in fundo sibi oppignorato Thesaurum inveniat, debitori partem restituere tenetur.
- 11 Vocabulum, tenere coepit, emphaticum est, et quid significet.
- 12 Causa pignoris intra legitimum constituendi tempus non expiravit.
- 13 Thesauri partem acquirere quando concessum sit.
- 14 Qua in dominio nostro permanent, nostra sunt.
- 21 Res pignorata debitoris sunt, & quomodo hoc intelligatur.
- 22 Noverca, Privigna, Socris, & Nurus dicuntur non quae sunt, sed quae fuerunt.
- 23 Non est repugnans, ut Thesaurus sit pro medietate debitoris: nec quod totus creditori relinquatur.
- 24 Quid non sit necessarium ad Thesauri acquisitionem?
- 25 Acquisitio Thesauri an ad substantiam, vel ad effectus referri debeat.
- 26 Thesaurus inventus in repignorata acquiritur debitori, non creditori, remisive.
- 27 Constitutio pignoris non trahit dominium in creditorum.
- 28 Pignoris constitutio non impedit alienationem.
- 29 Debitor dicitur dominus fundi oppignorati.
- 30 Et quomodo intelligendum.
- 31 Debitor infra quod tempus pignus redimere potest.
- 32 Habens fundum oppignoratum, si casu in eo Thesaurum inveniat, dimidium sibi, & alteram partem debitori dabit.
- 33 Habens fundum oppignoratum, usufructuario similis est.

Theſaurus inventus in fundo pignori dato, an acquiratur creditori, vel ipſi Domino pignoris.

## C A P. X I V.

- A**mbigendi ratio suboritur, ex quo creditor ratione pignoris sibi in re cōstituti, jus in re habet, per text. in l. In noxalibus, 30. ff. de noxalib. act. text. in l. 19. ff. de Damn. infect. Quibus in legibus primo loco ponitur inter eos, qui habent jus in re. Quibus summoperè opitulatur text. in b. Paulus, 12. §. 1. ff. Quib. mod. pign solvat. Hanc ob causam non defunt, qui existimāt jus pignoris dominij speciem constituere, & creditorem loco domini habent. At contrarium probare possumus. ex text. in l. 63. §. fin. ff. de Acquir. rer. domin. Nempe fundum oppignoratum, non creditoris, sed debitoris esse, cum causa pignoris seceratur à dominio, per text. in l. 1. §. 2. ff. de Pignorib. nec ulla societate ei conjūgitur, juxta text. in l. 44. §. 5. ff. de Vſu a- pion. Ideoque creditor Domino opponit in dicta l. 30. ff. de Noxalib. act. l. 19. ff. de Damn. infect. & disertè Do-
- minus esse negatur in l. 11. ff. eod. sit.
- Sed quamvis id verum sit; 5 quidam voluere, ut Thesaurus inventus in loco suo sit totus inventoris, licet locus ille sit inventoris: ex ea causa, quod ipse in illo fundo, cum oppignoratus sibi fuisset, nec debitum solveretur ex Principiis auctoritate jus dominij recens impetraverit, nec adhuc legitimū luendi tēpus præterierit, argument text. in l. 63. §. fin ff. de Acquir. rer. domin. Siquidēm intra statutum 6 luendi tempus, creditor non habet rem sibi plenissimè oppignoratam, neque irrevocabiliter factus est Dominus, text. in l. 3. §. 6. C. de Fur. domin. impetr. cum causa pignoris adhuc vertatur, & pignus adhuc debitoris dicitur, text. in dicta l. 3. §. 3. ibi: In suam rem: & ibi: Suum pignus. C. de Fur. impetr. domin. Quocirca dicendum videtur etiam soluto, vel intra constitutum. luendi tēpus oblato debito, creditorē 7 dimidiā. Thesauri partem pristino Domino restituere teneri, prout si Thesaurus ille in alieno loco fuisset inventus. per dictam l. 63. §. fin ff. de Acquir. rer. domin.
- Aliter porrò dicendum vi- deretur si creditor jus domini impetraverit; quoniam 8 tunc mero jure dominus dice-

- retur per eas, quæ habemus in relata l.3. §.3. C.de Jur.domin. impetr. ibi. *Habeatque ex di-vino oraculo rem in suo domi-nio.* & alibi: *Creditori, qui jam dominus factus est.* & text.in. l.63. §.fin. ibi: *Creditor ut pro-prium tenere cœpit jure domi-nij,* ff. de *Acquir. rer. domin.*
- ¶ Quapropter etiam ut pristinus Dominus, intra constitutum tempus oblato, vel soluto pre-tio rei pignoratæ Dominus fiat; ita ut Thesaurum pro di-midia parte nanciscatur re-gressu, revocatione, recupe ratione, ac restitutione opus est, text.in dicta l.3. §.3. vers. Posteaquam, C.de Jur.domin. impetrand. & l.63. §.ultim. versic. Oblato. Sicuti fieri neu-  
jo tiquam potest, ut ejusdem rei dominium insolidum penes duos sit, text.in l.19. §.3. ff. de Castren. pecul. text.in l.5. §.fi-nal. ff. de Commod. cum id, quod meum est, alterius esse non possit, text.in l.40. §.2. ff. de Procurator. text. in l. penult. §.2. ff. de Except. rei judic.
- ¶ Nec officit, quod intra cō-stitutum luendi tempus. cre-ditor nondum irrevocabili-ter dominus sit, nempe ut rem non plenissimè, ut Dominus habeat, ut amplius irrevoca-bilis facta sit, quoniam irrevo-cabile fundi dominium, quod & purum nuncupatur in l.3. §.2. C. Commun. delegat. &
- perfectum dicitur in l.38. §.2. ibi: *Perfectè hominem meum fecerit,* ff. de *Solut.* & in No-veill.: 08. ibi: *καπὲ τελεῖς δεσ* 12 *πόταις προσῆκει.* Quale est post luendi transcursum tempus, ad plenissimam, ac irrevoca-bilem Thesauri acquisitionē in fundo oppignorato perop-tatur, text.in l.63. §.final. vers. post transactum, ff. de *Acquir. rer. domin.* Non solum ad nu-dam acquisitionem, sed ad hoc, ut substantiam acquisitionis capessat, (ut in simili jus no-strum in §.1. Institut. de Oblig. qua ex cont. cuius substantiæ respectu hæc acquisitionis dici potest, text.in l.42. ff. de Mort. caus. donat.) satis est si quis in-terim loci Dominus sit, argu-ment. text.in l.29. ff. de Mort. caus. donat. text.in l.12. ff. de Condit. caus. data, text.in l.38. ff. de Vsur. l.48. ff. de *Acquir. rer. domin.* text.in §. Si quis à non domino, Institut. de Rer. divisi. Arboribus, 12. §.Julia-nus, ff. de *Vsufruct.*
- Minus videtur obesse, quod 13 intra pignoris luendi, seu re-cuperandi tempus, causa pi-gnoriis adhuc verti dicatur in dicta l.63. §.final. Quippe id ex legis fictione procedit. Et relatione effectus, idcirco su-mi debet secundum quid; quoniam Princeps (cujus tan- 14 tūm auctoritate pignus credi-tori conceditur per text. in.

l.24. ff. de Pignorat. act. text. in  
l.63. §. fin. ibi: Ex Principis au-  
toritate, ff. de Acquir. rer.  
domin. & tradit. Brisonius lib.  
4. Select. antiquis. cap 9. in cō-  
stitutione sua modum istum.  
Impetrationi dominij posuit,  
adhuc per totum anni, hodie  
15 biennij spatium, facultas of-  
ferendi debiti, & recuperan-  
di pignoris debitori superes-  
set, ut quæ oblato intra con-  
stitutum tempus debito, uni-  
versa præstarentur, atque in  
simplici petitore revocaren-  
tur, omnia in pristinum sta-  
tum, tanquam si simplex pe-  
titior, simplexque pignus esset.  
Quo circà pro eo res habere-  
tur, ac si nunquam à credito-  
re jus dominij impetratum  
fuisse. Sed pignus permanis-  
set semper in bonis debito-  
ris, cuius effectus respectu, &  
causa pignoris non dum tota,  
nec expiravit, nec evanuit,  
sed adhuc ex parte vigeret.

16. Hujusmodi respectus spe-  
cialiter ostenditur in dicta  
l.63. § final. vers. Quæ cum ita  
sunt, ff. de Acquir. rer. domin.  
Quibus versiculis hanc exhibuit  
paraphrasin Bitschius,  
nempe cum creditor Thesau-  
rum in fundo sibi oppignora-  
to invenit, tanquam si in alieno  
invenisset, debitori partē  
restituere tenetur, si debitor  
velit, & legis utatur privile-  
gijs, & beneficio: Et cum ex

Principis auctoritate credi-  
tor, ut proprium agrum tene-  
re cœpit jure dominij. Videli-  
cet cum creditor in pignore 17  
jus dominij à Principe recen-  
ter impetraverit. Animadver-  
tit præcitatus Auctor voca-  
bulum *Tenere cœpis*, quod  
Emphaticum credit, & de in-  
dustria à Tryphoniano posi-  
tum, ut recentem dominij im-  
petrationem significaret, quæ  
non dum in veteraverit, & cō-  
stitutum luendi tempus ex-  
cesserit. Causa pignoris intra 18  
constitutum luendi tempus  
neque evanuit, neque expira-  
vit, sed adhuc vertitur, & du-  
rat. Siquidem consequens est  
intra tempus illud, quod da-  
tur debitori ad reluendum,  
& recuperandum pignus, cu-  
jus dominium amisit, datum  
est; pignoris causam nec ex-  
tinctam, nec sublatam esse,  
sed adhuc durare. Nam cujus  
folius ratione, & intuitu de-  
bitori debitum offerre, & u-  
niversum pristinum jus recu-  
perare, adeoque & Thesau- 19  
ri partem acquirere conce-  
sum est. Sicuti alia ob id, quod  
in nostrum dominium repe-  
riuntur, in dominio nostro  
permansisse videntur, veluti 20  
ager inundatus in §. *Alia sa-*  
*ne, Institut. de Rer. divis. l. 7 §.*  
*6. ff. de Acquir. rer. domin. l. 23.*  
*ff. Quibus modis ususfructus*  
*amittatur. Res dotales. l. 30.*

*C.de Jur. dōt.* Res ultra modū Legis Falcidiæ ab hærede datæ, l. 18. in fin. *C.ad Leg. Falcid.* l. 42. vers. Sed nunc quid, ff. de *Donat. cauf. mort.*

21 Nec refragatur, quod res pignoratae adhuc debitoris maneant, ut habetur in l. 3. : 3. *C.de Jur. domin. impetr. and.* Nam id non dicitur ratione præsentis temporis, & termini ad quem: sed ratione præteriti temporis, & termini à quo, ut facilius intelligatur qua de re sermo sit, exemplo l. 56. in fine, ff. de *Acquir. rer. domin.* sicuti in §. 6. ff. 7. *Institut. de Nupt.* Noverca, Privigna, Socrus, & Nurus vocantur, non quæ jam sunt, sed quæ antea fuerunt. Neque repugnat, quod Thesaurus sit inventus pro parte dimidia de-

23 beat restitui debitori, nec totus inventorii creditorii relinquitur l. 63. §. ultim. vers. *Oblatio vero, ff. de Acquir. rer. domin.* Id non efficit, ut non sit acquisitus Thesaurus inven-

24 tori, sed ut non plenissimè, & irrevocabiliter, quod ad substantiam acquisitionis, necessarium non esse existimat Bitschius, & restitutio ea sit ob revocationem à lege introducetam, quæ acquisitionis perfectionem presupponit, alias revocatione opus non esset. Quinimò subjungit prædictus Auctor, quod si post impetra-

tum à creditore jus domini pignus illibatum esset, & debitor porrò dominus esset, & jure soli partem Thesauri in eo inventi nanciseretur, vel quidem si acquisitionis Thesauri non ad substantiam, sed ad effectū acquisitionis referri debere, haud abolendam existimat ampliationem positam. Bitschius cap. 8. §. 131.

Pro nostri Capitis coroni- 26 de concludendum est cum communiori Doctorum sententia, Thesaurum inventum in fundo, vel in alia qualibet re pignorata deberi debitori, non creditori, ut refert Amany in l. unic. num. 28. *C.de The- saur.* Quoniam constitutio pi- 27 gnoris non transfert dominium in creditorem, text. in l. Si do- minium. 9. l. Cum dominū, 13. *C.de Pignor.* Cum nec etiam pignoris constitutio alienatio- 28 nem impediat, Bart. in l. à Di- vo Pio, §. Si super rebus, num. 8; Iason num. 17. ff. de Re judic. Thuscus lit. T. conclus. 86. n. 13. Giurb. decif. 61. num. 2. Quip- pe respectu partis Thesauri 29 debitæ domino loci, debitori debetur, qui dicitur dominus fundi oppignorati, secus verò creditor, ut asseverant Gloss. in l. unic. C. de *Thesaur.* Et in §. *Thesauros, Institut. de Rer. divis.* Antunez de *Donat.* p. 3. cap. 13. num. 73. Guidius lib. 3. de *Mineralib.* tit. 10. quest. 8. num.

num. 23. Calvinus de *Æquitat.*  
lib. 2. cap. 94. num. 43. Chassanæus ad *Consuetud. Burgund.*  
*tit. des Justes*, §. 10, num. 16.  
30 Quod intelligendum est, quod  
tuties creditor prædium pigno-  
ratum jure dominij impetra-  
verit, & ante transactum té-  
31 pus biennij, in quo debitor  
pignus redimere potest The-  
saurum invenit: quoniam pi-  
gnoratum fūdum redimit de-  
bitor intra dictum tempus si-  
bi debetur quoque Thesau-  
rus; transacto verò tempore  
ad creditorem pertinet, text.  
in l. *Si quis in alieno. §. final. ff.*  
*de Acquirend.rer.domin. Pla-*  
*tea in l. unic: C.de Thesaur.*  
*Calvinus*, Guidius locis rela-  
32 tis. Sin autem habens fundum  
sibi pignoratum casu Thesau-  
rum in eo inveniat; tunc tan-  
quam cuilibet inventori di-  
midium sibi, & alterum dimi-  
dium domino, id est debitori  
dare debet, ut tradunt Gipha-  
nius in l. *Si is, qui, 63. nu. 10.*  
*ff. de Aquir.rer.domin. Amaya*  
*in l. unic. nu. 28. C.de Thesaur.*  
& Gutierrez ab eo relatus.  
Unde Tholosanus lib. 3. *Syn-*  
*tagmati jur. cap. I. n. num.* usu-  
fructuario similem retur, qui  
43 hypothecæ nomine fundum  
oppignoratum habet, ut Thesau-  
rum in fundo oppignora-  
to inventum non adipiscatur:  
sed debitori, prout domino  
relinquitur. Quando verò cre-

ditor invenit in fundo pigno-  
ri dato: tunc tamquam quilibet  
extraneus ratione inventionis  
medietatem Thesauti habe-  
bit, veluti si in alieno loco in-  
venisset, ut concludit Tholo-  
sanus ipse loco relato:

### S V M M A R I V M :

- 1 *Quis datur dominus fundi,*  
*utilis, an directus dominus:*
- 2 *Thesaurus quem quis in la-*  
*ca suo invenerit, sit inven-*  
*toris.*
- 3 *Vsufructuarius habet jus in*  
*re.*
- 4 *Fructuarius propriè non dō-*  
*citur dominus agri.*
- 5 *Fundum nostrum dicimus,*  
*licet ususfructus sit alienus.*
- 6 *Proponitur species text. in l.*  
*63 §..3. vers. Itaque, ff. de*  
*Acquir.rer.domin.*
- 7 *Jurisconsulti distinctio, ac*  
*decisio.*
- 8 *Inventio Thesauri dicitur*  
*danum Dei.*
- 9 *Servus communis potius re-*  
*presentat personam pro-*  
*prietarij, quam usufru-*  
*ctuarij.*
- 10 *Pars Thesauri domino de-*  
*bita, debetur proprietario,*  
*baud usufructuario.*
- 11 *Dominium juris, ac rerum*  
*incorporalium non potest*  
*agnoscis.*
- 12 *Thesaurus non in jure rei,*  
*sed in re ipsa reperitur.*

- 13 *Thesaurus inventus in fundo usufructuario, debetur usufructuario, donec usus fructus existit.*
- 14 *Thesaurus inventus in redditali pertinet ad maritum, donec matrimonium existit.*
- 15 *Fructarius dicitur dominus fundi.*
- 16 *Thesaurus est res penitus separata à fundo.*
- 17 *Disparitas inter maritum, et usufructuarium, quoad acquisitionem Thesauri, assignatur.*
- 18 *Vusufructarius nec durante usufructu dicitur dominus.*
- 19 *Thesaurus inventus in fundo, cuius ususfructus apud alium est, attinet ad proprietarium, non ad usufructuarium remissive, et referruntur Doctores hanc opinionem sequentes.*
- 20 *Thesaurus non est fructus agri.*
- 21 *Vusufructarius quare non possit habere partem Thesauri inventi in loco usufructuario.*
- 22 *Vusufructaria inventienti Thesaurum, debetur dimidium ratione inventionis.*
- 23 *Opinio Borelli favore usufructnarii.*
- 24 *Reprobatur ab Antunez.*
- 25 *Sensus Guglielmi de Benedictis.*
- 26 *Refellitur quoque ab Antunez.*
- 27 *Conclusio posita supra num. 19. est ferè apud omnes recepta.*
- 28 *Vusufructus non extenditur ad Thesaurum.*
- 29 *Fructarius, nec dominium, nec usumfructum habet in Thesauro.*
- 30 *Auctoris opinio.*
- 31 *Dominus Thesauri dicitur, qui est dominus loci ubi reperitur.*
- 32 *Dominus directus, dicitur dominus soli.*
- 33 *Ad usufructuarium attinet omnes fructus, qui ex fundo proveniunt.*
- 34 *Thesaurus non nascitur in fundo.*
- 35 *Et ideo ad proprietarium spectat.*

*Thesaurus repertus in fundo, cuius alter habet usumfructum : an pertineat ad usufructuarium, vel ad proprietarium.*

C A P. X V.

**Q**uisnam sit Dominus fundi an utilis, an directus, in hoc Capite vertitur ; cum ille sit pars dimidiæ Thesauri Dominus, qui est Dominus fundi. Si quis,

- 2 quidem Thesaurus, quem quis in loco suo invenerit, totus inventori acquiratur; quamvis fundi illius ususfructus alienus sit, vel fundus alij per usumfructum deserviat, seu alius fundi usufructuarius sit, per text. in l. 63. §. 3. vers. Itaque si in ipsis, ff. de Acquir. rer. domin.
- 3 Pro usufructuario urget id, quod usufructuarius jus in re habet, text. in l. 30. ff. de Noxal. action. l. 19. ff. de Damn. infect.. quod dominij species esse dicitur, argumēt. text. in l. 3. ff. Si cert: petat. l. 4. ff: de Vusufruct. l. 8. ff. de Reb. auctor. judic possid. Ast fructuarius propriè non dicitur dominus agri, dicta l. 63. versic. Itaque, ff. de Acquir. rer. domin. quoniam solemus dicere
- 5 fundum nostrum esse, quamquam ususfructus alienus sit; siquidem ususfructus non est pars dominij, sed servitutis, ut via, & iter, text. in l. 25. ff. de Verbor. significat.
- 6 Hic expectanda est facti species proposita in relata l. 63. §. 3. vers. Itaque, ff. de Acquir. rex domin. ubi servus proprius primi, in quo secundus usumfructum habebat, Thesaurum invenit in agro, cuius nuda proprietas ad tertium, ususfructus autem ad secundum, qui & ipsius servi inventoris usufructuarius erat spectabat: Unde ad quem.

Thesaurus attinebat percuntabatur? Jurisconsultus contentionem eorum hoc modo sedavit, nimirum partem dimidiā reperti Thesauri ad primum, prout agri dominum, & jure soli; alteram verò dimidiā partem ad tertium servi inventoris dominum, & sic inventionis jure spectare resolvit. Secundus quidem nihil habiturus decrevit; quoniam nec jure soli partem sibi vendicare potest, quia soli Dominus dici nequit. Nec inventionis jure aliquod prætendere potest. Cum inventio illa non opera, & fructus servi sit; sed donum fortunæ, vel potius beneficium Dei, ut suo peculiari loco luculenter affatus sum. Idcirco servus usufructuarij personam representare nequit; sed potius personam proprietarij, sive Domini, text. in §. De ijs autem, 4. Instiua. Per quas person. nob. acquir. Et per consequens non usufructuarius, sed potius proprietarius invenisse existimandus est, & sic partem Thesauri inventionis jure debitam acquirere creditit Bitschius, objectionibus supra positis satisfaciens; abnegans leges supra relatas usumfructum speciem esse dominij nequaquam probare. Quippe non possunt duo eiusdem rei insolidum esse Domini, nec do-

dominium aliquo iuris, & rerum incorporalium agnoscitur; ut latè ostendit Mejerus lib. 41. *Colleg. jur. Argent.* tit. 1. thes. 3. & 4. Et si non solum proprietatis, & rei aliquod daretur dominium, id usumfructum prout speciem sub se contineret, quod nihil magis decisionem impedi-

**12** ret; cum Thesaurus non in jure rei, & in specie in usufructu, sed in re ipsa repertus sit: Ideoque non ad juris dominū, sive ad usufructuarium, sed ad rei ipsius dominum, sive ad proprietarium pertineat.

**13** Sed hic nobis incidenter alia obvenit sciscitatio, videlicet: utrum cum ad eum, qui in fundo usumfructum habet Thesaurus hic repertus non pertineat jure dominij: an saltem ratione ususfructus ad eum pertinere possit, eique utendus, ac fruēdus cōcedi debet, donec fundi ususfructus existit? Et breviter Bischius respondet fieri fructuarium, & interim usufructuario fruē.

**14** dum concedi debere, voluit Benedictus in cap. Raynutius vers. Cetera bona, num. 20. de Testam. ea ratione ductus, quoniam Thesaurus in e dotali inventus pertineat ad maritum, donec matrimonium non solvit; suffultus quoque auctoritate Glossæ, Bartoli, & Baldi in l. Divortio, 8. §. Si

fundum, ff. Solut:matrimon: quibus arridet Scheneidevinnus in §. Thesauros, num. 8. Institut. de Rer. divisi. ea sola ratione utitur, quod fructua. 15 rius non sit Dominus fundi, Sed contrarium sectatur Molinæus in Comment. ad Con-suet. Parisiens. tit. 1. des Fiefs. §. 1. glos. 1. num. 60. & §. 55 glos. 10. num. 48. Eò quia Thesau-**16** rus non dicitur fructus fundi, nec civilis, nec naturalis, nec pars, seu portio aliqua fundi, sed res penitus separata, text. in l. 3. §. Neratius, ff. de Acquir. posse. & latè comprobat Lagunez de Fructib. cap. 11.

Non obest, quod de mari-**17** to dicebatur, ut lucretur The-saurum inventum in re dotali, quia disparitatis ratio est, quod maritus, donec matrimoniū existit, interim rei dotalis Dominus dicitur; secus de fructuario asserendū. Nam hic fundi Dominus interim, **18** neutiquam dicitur: Quā Molinæi sententiam insequuntur Mollerus lib. 4. Semestr. cap. 26. num. 2. vers. Sed hanc sen-tentiam, Sixtin. de Regalibus lib. 2. cap. final. num. 52. Castill. de Usufruct. cap. 37. num. 20. Garzia de Expensis, cap. 22. num. 51. Gutierrez de Tute-lis, & curis, part. 3. cap. 25. num. 13. Elbertus Leoninus lib. 1. Emendat. cap. 11. num. 11. Gothofred. in Notis ad Sche-nei-

*neidevinum in s. Thesauros.*  
*Institut.de Rer.divis.Mejerus*  
*lib.7.Collég. jur.Argent.tit.1:*  
*thes.39.*

19 Unde firmiter amplectendum est, Thesaurum inventum in fundo cuius ususfructus apud alium est, non spectare ad usufructuarium, sed ad proprietarium, quia ille est verus Dominus fundi; & ideo hanc nostram conclusionem, favore proprietarij adversus usufructuarium amplectetur Gutierrez. de *Tutel.* part. 3. cap. 26. num. 13. Amaya in *l.unic.* num. 23. C. de *Thesaur.* Valla. de *Emphyt.* quest. 15. n. 1. Salón. de *Just.* & *jur.* art. 5: qu. 66. Boerius. decif. 51. num. 2. & decif. 224. num. 9. Ifernía in cap. 1. num. 93. tit. Qua sint regalia, verb. *Inventa.* Bursat. conf. 209. num. 9. Baeza. de *Decim. tutor.* cap. 24. nu. 5. Diana tract. 4. resol. 10. §. 2. Antunez. de *Donat.* part. 3. cap. 13. n. 52. Barbosa in *l. Divortio.* §. Si fūdum, num. 25. ff. Solus. matrimon. Farinac. *Prax. criminal.* quest. 104. num. 14. Valenzuel. in *l. unic.* num. 8. & num. 62. C. de *Thesaur.* Molina de *Pri-*  
*mog Hispaniæ lib. 1. cap. 23. nu. 2.* Fundantur ea ratione, quia ad ususfructuarium tantundem pertinet fructus; sed Thesaurus non est in fructu agri, ut tradit Diana nom. 6. tractat. 4. resol. 10. §. 2. & latius probat.

Lagunez de *Fructibus* cap. 11. Sixtinus de *Regal.* lib. 2. cap. ult. num. 45. & 46. & probatur ex text. in l. Si is, qui, §. Quod si servus, ff. de *Acquir. rer. domini.* Quo circa cum usufru- 21 & tuarius inveniens Thesaurū in loco usufructus, non sit Dominus loci, non potest habere partem Thesauri. Sin autem usufructuarius Thesauri 22 fuerit inventor, tunc ratione inventionis dimidiā partem retinere potest, si inventio nō fiat contra Domini voluntatem, prout si esset quilibet aliis extraneus inventor, ut tradūc omnes Auctores supra citati, præsertim Amaya, Antunez, & Diana locis relatis. Licet Borrellus. de *Præst. Reg. Cathol.* cap. 27. num. 49. asseveret Thesaurum inventum 23 ab usufructario, nō cedere proprio, sed ad ipsum invētorem totum attinere: sed cū reprobat Antunez tanquam 24 contra communem opinionē Doctorum loquensem; sicuti quoque confutat Guglielmū Benedictū ajentem usufru- 25 & tuarium habere usum. Thesauri durante usufructu; quofinito, propriario. Thesaurum restituere tenetur. At rectè Antunez ipse nullo tempore ad usufructuarium pertinere concludit ex Barbo- sa in *l. Divortio.* §. Si fundam, num. 25. ff. Solus. matrimon. Sixti-

*no lib. 2. de Regalib. cap. final:*

*27 num. 50. hanc nostram opinionem in jure certissimam esse afferente. Ex quibus omnibus Diana tom. 6. tract. 3. resol. 10.*

*28 §. 2. resolvit, quod ususfructus, qui habetur in fundo, ad Thesaurum in eo repertum extendi non potest. Ideoqne fru-  
ctarius nec dominium, nec usumfructum habebit in Thesauro, seu in ejus parte dimidia; sed illicò liberè, & pleno jure spectat ad Dominum so-  
lo li, ac directum proprietatis:*

*Quæ opinio mihi summoperè arridet, ideòque insequenda, prout communior ab omnibus quidem dijudico. Quippe  
31 cum neutquam ambigendū sit, eum esse Dominum Thesauri, qui est Dominus loci, ubi reperitur. Certū quidem  
32 est, quòd cum dominus dire-*

*ctus sit Dominus soli, utilis verò non habeat, nisi fructus, qui proveniunt ex agro, & in eo nascuntur; & cum indubitatum sit nihil ex fundo per-*

*33 cipere posse usufructuarium, nisi quæ proficiscuntur ex fū-  
do; & cum Thesaurus nec*

*nascatur, nec sit fructus fundi: consequens quidem est, ut non pertineat ad usufructua-  
35 rium, sed ad Dominum dire-  
ctum, id est ad proprietarium,*

*Diana tom. 6. tract. 4. resol. 10.*

*§. 2. in fine.*

### SV M M A R I V M:

- 1 *Superfiarius, secundum Paulum, quis dicatur.*
- 2 *Superfiarij non dicuntur Domini, sed potius inquitlini.*
- 3 *Superfiarij actione in rem se defendere possunt.*
- 4 *Superfiarius dicitur, qui conductis solum, & pro recognitione dominij, pensionem quotannis solvit.*
- 5 *Superficies dicitur, quod super faciem loci est.*
- 6 *Arbores, planta, & segetes superficies nuncupantur.*
- 7 *Superficies sine solo esse nequit; nec solum sine superficie potest usucapi.*
- 8 *Thesaurus repertus in loco superficiario, an ad superficiarium, vel ad directum locum pertineat.*
- 9 *Aedium pars, qua supra terram extat, superficies dicitur.*
- 10 *Superficiei vocabulum sumitur pro jure, quod quis habet in edibus alieno solo impositis.*
- 11 *Superficies est certum jus, quod interdum servitus nuncupatur.*
- 12 *Superficiei jus est positum in cognoscendo, & habitando in alieno solo, prestata quotannis mercede.*
- 13 *Habitandi jure qui utitur, dicitur superficiarius.*
- 14 *The-*

14. *Thesaurus inventus in loco superficiario; ipsi superficiario debetur, quoad unam partem.*
15. *Superficiarius creditori, ac fructuaria comparatur.*
16. *Superficiario cōceditur actio in rem.*
17. *Res superficiaria in bonis nostris computantur.*
18. *Superficies à superficiario pignori dari posse.*
19. *Superficiarius quasi Dominus in superficie moratur.*
20. *Superficiarius non est Dominus soli.*
21. *Solum non cedit superficies.*
22. *Superficies est cuius est solum.*
23. *Superficies semper cedit foro, & ad Dominum foli superficit.*
24. *Jus superficii separatur à dominio.*
25. *Thesaurus quam ob causam superficiario acquiri non posse.*
26. *Pradium utrigate cum pradia superficiario coniungitur.*

**Si reperiatur Thesaurus in fundo, in quo quis superficiem habet, an pertineat ad Proprietarium soli, vel potius ad superficiarium?**

## C A P. XVI.

**P**AULUS JURISCONSULTUS IN 1  
L. SUPERFICIARIO, 74. FF. DE  
REI-VINDICAT. Superficiarium  
interpretatus fuit, qui in alieno solo ita superficiem habet,  
ut certam pensionem præstet,  
alias hac periphrasi intelligi-  
tur, qui in alieno, seu in con-  
ducto solo superficiem impo-  
suit, text. in l. 15. §. Qui in con-  
ducto, ff. de Dām. infect. Ideo  
superficiarij Domini non sūt, 2  
sed potius inquilini, cum in  
alieno inhabitent, text. in l. 33  
§. fin. ff. de Nov. oper. nūciat. as  
nihilo minus aliquod jus in re  
habent, text. in l. 19. ff. de Dām.  
infect. & PRÆTOR superficiarios 3  
loco Dominorū habet, & uti-  
libus actionibus in rem tuetur  
eos, text. in l. 1. ff. de Superfic.  
text. in l. 1. ff. de Rei-vindicat.  
juxta Vultejum in §. Adeo, nū-  
5. Institut. de Locat. Superfi-  
ciarius dicitur, qui conduxit 4  
solum, ut in eo ædificaret, &  
pro recognitione dominij nor-  
mine foli illius quotannis sala-  
rium solvit, text. in l. 1. ff. de  
Superfic. Unde superficies di-  
citur, quod super soli faciem  
est, videlicet si quid satum,  
aut ædificatum est, & sic vites,  
arbores, plantæ, & seges su- 6  
perficies nūcupantur; usque  
eo superficies soli pars est, ei-  
que natura coheret, ut non  
illud sine hacten, nequa hac

sine illo usucapi possit, text.in  
l.Obligat.44. ff. de Obligat. &  
action.text.in l.Nunquam, 26.  
ff.de Vsurpation.

His positis difficultatis car-  
do adoriendus est nobis ,  
scilicet, si in fundo, in quo quis  
superficiem habet , vel cuius  
est superficiarius , inveniatur  
Thesaurus , an ad superficia-  
rium , vel potius ad soli Domi-  
num pertineat ? Ast prius ani-  
madvertendum est , hic non  
accipere superficiem simpli-  
citer ratione substantiae , vel  
corporis ipsius : nimirum pro-  
eo quod super soli faciem est,  
videlicet si quid ædificatum  
satum , vel plantatum est , sicut  
edium pars ea , quæ supra  
terram extat superficies nun-  
cupatur , text. in l. 23. ff. de  
*Vsurpation.*

10 Ast pleniū à nobis hic su-  
mitur superficiei vocabulum,  
pro certo quodam jure, quod  
quis habet in superficie, &  
propriè in ædibus aliena solo  
impositis, ex quo res illæ suæ  
perficiariæ dicuntur; text. in  
l. 1. ff. Quib. mod. ususfruct.  
amici et. text. in l. 2. ff de Su-  
perfici. Est enim certum jus,  
quod interdum servitus nuq.  
cupatur in l. 8. c. 5. final. ff. de  
Legat. 1. & jus e' ueretur' xov dici-  
tur in l. 3. §. 4 ff. de Reb. cor. qui  
sub tue quasi dicatur jus ingre-  
diendi, & tanquam pro suo  
possidendi; id enim est & u.

paratu; & paratu; ficut Co-  
liss. 2. vers. 18. qui cōpaner e' ul'ate-  
ur, hoc est. In eorum quæ non  
vidit possessionem pedum po-  
nens, vel ingrediens, & Jo-  
sue cap. 19. in fine apud LXX.  
xvj. et app. Quia e' hactenq' tñm. ym. 2. 1.  
idest. Et abierunt, ut terram.  
ingredenterur. Conferunt Bu-  
dæus in Commaens. līng. Grac.  
column. 122. Alciat. lib. 1. Parer-  
gon. juris cap. 36. Cujac. in Pa-  
ratit. ff. de Superfic. Quod jus.  
definiri potest, jus cognoscen- i 2  
di, & habitandi in alieno solo-  
positum, præstita quotannis  
mercede, Cujac. lib. 29. Pauli:  
ad edictum in l. 16. S. final. ff.  
de Pignor. action. Et qui hu- 13  
jusmodi vnitur jure superficia-  
rius appellatur in 174. ff. de  
Rei vindicat. text. in l. 9. §. 4.  
l. 19 ff. de Dama. infect. l. 1. §. 4.  
ff. de Superficieb. l. 3. S. penult. ff.  
de Nov. oper. nunciat.

Quò ad percunctationem 14  
nostram attinet, videtur par-  
tem dimidiā Thesauri invē-  
ti in solo superficiario, ad ipsū-  
met superficiarū pertine- 15  
re; quoniam jus in re habet, &  
creditori, ac fructuario com-  
paratur, text. in l. 19. ff. de Dān.  
infect. & idēq; actionem in re 16  
ei indulget Jurisconsultus in  
l. 1. §. 1. ff. de Superficieb. l. 74.  
ff. de Rez vindicat. Cum & res  
superficiariæ in bonis nostris 17  
computentur, text. in l. 49. ff. de  
Verb. significat, & superficies

- superficiarij esse dicitur; l.9.  
 §.4. ff. de Damn. infect. ab eo.  
 18 que pignori dari potest, l. Etia  
 15. (al. 16.) ff. *Qui pot. in pign.*  
 & superficiarius quasi domi-  
 19 nus est superficie, sive quasi  
 Dominus in superficie mora-  
 tur, l.3. §.7. ff. *Vt i possid.* Imo  
 etiam serio ab Interpretibus  
 quibusdam superficies domi-  
 nij species constituitur, & su-  
 perficiarius Dominus esse di-  
 citur ab alijs Dominus juris, ab  
 alijs Dominus utilis.  
 20 Superficario ex adverso  
 refragatur id, quod superficia-  
 rijs dominus non est. Non  
 enim soli dominus est, quia  
 huic passim opponitur l.9. §.4.  
 l.18. §.4. ff. de Damn. infect. l.l.  
 §.1. & 4. de Superfic. l.15. ff.  
*Qui pot. in pign. &c.* Et inau-  
 21 ditum est, solum cedere su-  
 22 perficie. Nec dominus est su-  
 perficie, quatenus ut corpus  
 consideratur, sive rei superfi-  
 ciariæ. Hujus enim proprietas  
 & civili, & naturali ratione  
 ejus est, cuius & solum, text. in  
 l.2. ff. de Superfic. Sive ut est in  
 veteribus glossis verborum ju-  
 ris in voce Σεπερφτίας οίκιας  
 n. δεσμοτεία, xg) φύσει, xg) νόμῳ  
 ἐκείνῳ διενένθει οὐπνος εἴ το εσαρος.  
 23 Semper enim superficies solo  
 cedit, & ad dominum soli per-  
 tinet; unde & superficiarius  
 quasi inquilinus esse dicitur.  
 l.3. §. penult. ff. de Oper. nov. nūc.  
 24 Nec Dominus superficie,

quatenus jus, & velut servitus  
 quædam est. Hoc enim jus à  
 dominio separatur, l.49. ff. de  
 verb. signif. & superficiarius  
 ratione hujus juris ipsius do-  
 minio opponitur, l.19. ff. de  
 Damn. infect. Et in universum  
 Jurisprudentia Justinianæ  
 dominium juris non agnoscit,  
 ut nec dominium utile.

Ex quo etiam intelligitur, 25  
 perinde esse sive in solo, sive  
 in superficie, id est sive in sta-  
 terram, vel intra solum, sive  
 supra terram, vel in pariete,  
 aut muro Thesaurus fuerit in-  
 ventus, cum nihilo magis su-  
 perficie, quam soli proprie-  
 tas ad superficiarium perti-  
 neat; sed utraque ad Domi-  
 num soli ex æquo spectet; in  
 superficie vero quatenus jus,  
 & res incorporalis est, The-  
 saurus inveniri non potest,  
 adeoque nec ex ea causa su-  
 perficiario acquiri.

Juri επερφτίας verbo, 26  
 quam potestate proximum est  
 jus επερφτίας, quod & cum eo  
 conjungitur in dicta l.3. §.4. ff.  
 de Reb. eor. ut & vectigale  
 prædium (quod idem cum  
 emphyteuticario, & ceteris ff. Sæ  
 ager vectigal petat.) cum præ-  
 dio superficiario l.16. §. ultim.  
 ff. de Pignor. act.

- 1 *Differentia inter emphyteutam, et superficiarium.*
- 2 *Varietas opinionum.*
- 3 *Thesaurus inventus in loco emphyteutico, juxta aliquos, debetur proprietario.*
- 4 *Emphyteuta ad quid teneatur directo domino.*
- 5 *Damnum fortuna spectat ad emphyteutam.*
- 6 *Emphyteuta dimidiabit partem Thesauri inventi, non nulli Doctores attribuerunt.*
- 7 *Per concessionem emphyteutis proprietarius non desinet esse fructus.*
- 8 *Dominium utile, et directum dividitur; et quid sentiat Bitschius.*
- 9 *Domino loci, non juris justitiae manus partem Thesauri assignavit.*
- 10 *Directus dominus partem Thesauri habet.*
- 11 *Concurrentia domini proprietarii, et utilis, quid operetur.*
- 12 *Argumenta pro emphyteuta proponuntur.*
- 13 *Sententia Bitschii.*
- 14 *Proprietarius est dominus loci.*
- 15 *Sixtini opinio confutata à Bitschio.*
- 16 *Utile dominium directo preferitur, juxta quosdam.*
- 17 *Locus suus an accipiatur ratione utilis domini, vel directi.*

- 18 *Intellectus Hiellii.*
- 19 *Thesaurus acquiritur emphyteutica ex ratione naturali, secundum Hiellum.*
- 20 *Bitschii responsio.*
- 21 *Regula standum est, donec de exceptione probetur.*
- 22 *Jus ex regula sumendum non est.*
- 23 *Jure ne scripto, vel equitate sit judicandum.*
- 24 *Cujacius quid sentiat.*
- 25 *Damnum fatale ad emphyteutam spectat.*
- 26 *Quod damnum contingat proprietario.*
- 27 *Equitatem ante oculos in materia Thesaurorum Imperatores habuerunt.*
- 28 *Thesaurus acquiritur ratione proprietatis, vel dominij.*
- 29 *Concurrunt dominus directus, et utilis, ad acquisitionem Thesauri, quis preferatur.*
- 30 *Favore directi domini concludi videtur.*
- 31 *Hoc argumentum paralogismo principiū laborat.*
- 32 *Fatale damnum solum ad emphyteutam attinet;*
- 33 *Non est par utroque ratio.*
- 34 *Proprietarius dicitur proprius dominus.*
- 35 *Utilis dominus non est dominus absque controversia.*
- 36 *Proprietarius est dominus superior, utilis vero inferior.*

- 37 Superior praefertur inferiori.
- 38 Thesaurus non est in re iure, sed in re tantum.
- 39 Quarere Thesaurum in fundo suo cuicunque licitum est.
- 40 Emphyteuta licet est querere Thesaurum in fundo emphyteutico.
- 41 Proprietarius non est dominus, nec acquirit partem Thesauri.
- 42 Cuicunque licet in locis suis. Thesaurus querere secus in alienis.
- 43 Bitschius respuit majorem propositionem.
- 44 Inventio duplex, industria, & fortuita.
- 45 Regula in jure non semper est vera.
- 46 Exceptionem regula quando faciamus.
- 47 Plures, verò Doctores volunt Thesaurum inventum in fundo emphyteutico ad proprietarium, non ad emphyteutam pertinere.
- 48 Emphyteuta & equiparatur ususfructuarii.
- 49 Ususfructuarius inveniens Thesaurum, tenetur dimidiam partem restituere proprietario.
- 50 Inveniens Thesaurum fit dominus illius, quādō invenit in loco suo.
- 51 Emphyteuta non habet perfectum dominium.
- 52 Maritus majus jus habet in
- rebus dotalibus, quam emphyteuta in emphyteutica-rijs.
- 53 Thesaurus inventus ex industria in fundo alieno ex semisse spectat ad dominū, ex alio ad inventorem.
- 54 Thesaurus inventus à tertio in fundo emphyteutico debetur proprietario.
- 55 Thesaurus non consetur fructus fundi.
- 56 Emphyteuta in fundo emphyteuticario solum usumfructum habet.
- 57 Actus agentium ultra canum intentionem nihil operari.
- 58 Quid videatur conventum inter emphyteutam, & proprietarium.
- 59 Emphyteuta prater usumfructum nihil amplius habet.
- 60 Semisse Thesauri debetur emphyteuta ratione inventionis.
- 61 Conventio facta in unare, in alia nocere non debet.
- 62 Expenditur text. in I. Possessores, 12. C. de Fund. patrum.
- 63 Emphyteuta pro domino reputatur.
- 64 Text. in dicta I Possessores, de quo emphyteuta intelligi debeat.
- 65 Emphyteuta majus jus habet, quam ususfructuarius.
- 66 Ususfructus morte fructuarij finitur.
- 67 Jus Thesauri à jure veri dominij dependet.

270 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 68 Successio in emphyteusin est jus diversum à Thesauro.
- 69 V sufructuarius in aliquibus majus jus habet, quam emphyteuta.
- 70 Emphyteuta non habet facultatem alienandi jus emphyteuticum.
- 71 V sufructuarius jus suum liberè vendere, seu locare potest.
- 72 Emphyteuta directo domino quotannis canonem solvere cogitur.
- 73 Thesaurus inventus à tertio in fundo emphyteusicario, non ad directum dominū, sed ad emphyteuticarium spectat remissivè; et refertur Doctores hanc opinionem sequentes.
- 74 Emphyteuta quoad dominū utile, verè dicitur dominus.
- 75 Suum quisque dicere potest, quo quisque fruitur.
- 76 Emphyteuta, dum possider fundum emphyteuticum, nō tenetur satis dare.
- 77 Dominium utile dum existit, vincit directum.
- 78 Dominium utile prefertur directo.
- 79 Rosenthalis verba afferuntur.
- 80 Actio utilis prefertur directe.
- 81 Vassallus dicitur dominus.
- 82 Vassallo competit rei vindicatio.
- 83 Vassallus, et emphyteuta omnes rei commoditates percepit.
- 84 Distinctio inter dominum utile, et directum communiter approbatur.
- 85 Dominium utile parum à directo distat.
- 86 Thesaurus dicitur fundi commoditas.
- 87 Ideo Thesaurus inventus acquiritur emphyteuta.
- 88 Dominus directus inveniens Thesaurum in fundo emphyteutico, tenetur dare emphyteuta dimidiam partem.
- 89 Thesaurus dicitur donum, fortuna.
- 90 Ad sedandas discordias constitutum fuit, quod dimidia pars Thesauri daretur directo domino.
- 91 Emphyteuta, si teneretur restituere dimidiam partem domino fundi, nō distingueretur à tertio alio extraneo.
- 92 Non satis facit ratio Valasci.
- 93 Denegatur equiparatio inter fructuarium, et emphyteutam.
- 94 Fructuario solum competit jus percipiendi fructus.
- 95 Ad emphyteutā pertinet quilibet commoditas fundi, licet fructus non sit.
- 96 Bona dotalia sunt mariti quo ad administrationem.
- 97 Dominium utile sufficit ad percipiendam omnem utilitatem.
- 98 Auctoris distinctio.
- 99 Thesaurus inventus in fundo

- do emphyteutico de jure  
Anglico dividitur inter do-  
minum directum, & em-  
phyteutam.
- 100 Locatio ad longum tempus  
dicitur species alienationis.
- 101 Locans non censetur alie-  
nare.
- 102 Thesaurus inventus in fu-  
da locata spectat ad inven-  
torem, & nihil ad condu-  
ctorem pertinebit.

An Thesaurus repertus  
in fundo emphyteuti-  
cario pertineat ad em-  
phyteutam, vel ad Do-  
minum proprietatis.

## C A P. XVII.

**E**mphyteuta à superficia-  
rio differt, quod super-  
ficiarius jus tantum habeat in  
superficie, Emphyteuticarius  
non in superficie tantum, sed  
in prædio universo; ille hoc  
jus sibi acquirit respectu su-  
perficiei posita in solo alieno  
suis sumptibus, hic acquirit  
sibi jus emphyteuseos respe-  
ctu meliorationum, quæ Græ-  
cis dicuntur *exemplaria*, respectu  
meliorationum, quas vel jam  
fecit, vel adhuc facturus est,  
est. Vulteo in s. 3. num. 9. In-  
stitut. de Legg. &c. conduct.

Circa presentem quæstio-

nem diversæ sunt Doctorum  
sententiae, quas refert Cardin.  
de Lugo tom. I. de Justis. Et jun.  
disput. 6. sect. 11. num. 120. &  
terigit Amaya in l. unic. n. 24.  
C. de Thesaur. Quidam favore  
emphyteutæ decernunt, alij  
favore directi Domini senten-  
tiam ferunt. Nec desunt, qui  
rem indeciam in mediore re-  
linquant, veluti Speculator  
lib. 4. in Specul. aur. part. 3. qu.  
132. num. 158. Gothofred. in l. 2.  
verb. Publicarum fuctionum,  
C. de Jur. emphyt. Bartol. in l. u-  
nic. num. 5. C. de Thesaur. Of-  
fusaldus ad Donellū lib. 4. cap.  
14. lis. C. Cæteri Thesaurum., 3  
quomodo quis in loco suo inven-  
rit, rotum inventori cedere  
profiteatur; quamvis alius in  
eo loco emphyteus sit, si ve jus  
emphyteuticum habeat, ut as-  
seruere Placentinus. vetustissi-  
mus glossator, relatus à Glossa  
in s. Thesauros., Institut. de  
Rer. divis. Einsidel. de Regal.  
cap. 3. num. 402. Isernia in cap.  
Quæ sint regalia, num. 93..  
Harprecht. in s. Thesaurasi,  
num. 17. Institut. de Rer. divis.  
Pileus Medicensis, glossator  
antiquissimus, adductus à Du-  
xando, quem vulgo Speculator  
rem dicunt, lib. 4. Specul. aur.  
quæst. 132. num. 158. part. 3. Bor-  
ger. clas. 4. disput. 3. thes. 4. 8.  
Uberius relatus à Joanne An-  
drea in Addit. ad Specular.  
Yac. c. 1. Mejerus. in Quæst. il-  
lustr.

- lustr. ad lib. 2. Institut. quæst. 18.  
 Sichardus in l. i. num. 27. C. do  
 Jur. emphyt. Valasc. de Jur. em-  
 phyteust. quæst. 15. num. 1. Mo-  
 4 ventur. ex quo emphyteuta; emphyteutici agri Dominus  
 dicitur, cum emphyteuta ha-  
 beat utile rei dominium ad tē-  
 pus, vel in perpetuū, pro quo  
 solvit aliquam mercedem di-  
 recto Domino in recognitio-  
 nem dominij, ut tradunt Do-  
 nellus lib. 9. Comment. jur. ci-  
 vil. cap. 14. Pichard. in §. Adeo,  
 num. 20. Institut. de Locat. Un-  
 de cum dominium utile ha-  
 beat in prædio emphyteutico  
 jure suum dicere potest: tunc  
 5 quia ad emphyteutam dātūm  
 fortunæ spectat, & hinc quo-  
 que Thesaurum, prout fortu-  
 nae donum attinere auguran-  
 tur.  
 6 Hæ nāmque rationes tam  
 pōnderis visæ sunt tum-vete-  
 ribus, cum recentioribus inter-  
 pretib; ut vi dominij, quod  
 in fundo habetur, vel in gene-  
 re ratione loci, ubi invenitur  
 Thesaurus, semper emphy-  
 teutæ, non verò directo De-  
 mino dimidiā partem The-  
 sauri inventi, altera dimidia  
 inventioni, relicto inventionis  
 jure, adjudicarent, ut sunt El-  
 bertus Leoninus lib. 1. Obser-  
 vat. cap. 11. num. 11. Glos. in  
 Iunie. verb: Nām in suis, & de  
 Thesauris, & in §. Thesauris,  
 verb. Sud. Institut. de Rer. diuis.
- Fatiac. Præc. crimin. pars. 3.  
 quæst. 104. num. 13. Scheneide-  
 vīnus in §. Thesauros, Institut.  
 de Rer. diuis. Gutierrez de  
 Tostelis, & curis, part. 3. cap.  
 26. num. 8. Ferrariensis in Pra-  
 ctic. Papiens. tit. 2. in forma  
 belli actionis realis, glof. 9. nu-  
 m. 11. Sixtinus de Regalib. lib. 2.  
 rap. final. num. 48. Alvarot. tit.  
 Quæ sine regala, num. 9. Miel-  
 lius Disput. feudal. 11. tia E.  
 thes. 6. Rosenthal. de Feud.  
 cap. 13. opctus. 9. 3. duçūtur, quia A.  
 Thesaurus non computatur  
 in fructus, per text. in l. Divor-  
 sia, §: Si fundum, ff. Solua. ma-  
 trim. Nec per emphyteusis.  
 7 concessionem, emphyteuta in-  
 cipit, & Dominus directus de-  
 sinit esse Dominus rei emphy-  
 teutæ, text. in l. i. ff. Si ager  
 vectigal. Et sic Dominus pro-  
 prietatis dicitur Dominus  
 Thesauri inventi in loco suo,  
 quamquam alius emphyteu-  
 sis in eo prædio habeat.  
 8 Hanc enim opinionem se-  
 etantes, rationes adversari pat-  
 tis hisquam refragari conti-  
 dunt, cum dominium utile, &  
 directum dividitur, cuius spe-  
 cies emphyteusis esse dicitur,  
 quod admittendum esse asse-  
 rit Bitschius, veluti, ut tradi-  
 tionibus Doctorum introdu-  
 ctum, non verò prout juris  
 prudentiae Justinianæ cōsen-  
 taneum. Siquidem qui emphy-  
 teutam Dominum, & emphy-  
 teusin

teus in dominium esse tradūt:  
non tam rei ipsius, quām juris  
in re Dominū, & dominiū esse  
fatētur. At non ei qui juris, sed  
eiqui loci Dominus est Justinianus Thesauri inventi par-  
tem indulxit in §. *Tbesauros,*  
*Institut. de Rer. divis.* & Leo  
Imperator in *I. unic. C. de The-*  
*saur.* Et si singamus emphy-  
teutam, vel alium quemlibet  
utilem Dominum non tantūm  
juris in re, sed etiam rei ipsius  
Dominum esse, id quoque ju-  
risprudentiæ Justinianeæ con-  
gruit: & ideo illa dimidia pars  
Thesauri, quæ Domina loci  
designatur, ad eum pertine-  
ret. At cum proprietarius, si-  
ve directus Dominus absque  
controversia sit Dominus loci,  
ista ratio minimè proprietario  
partem Thesauri adimere po-  
test; sed magis eam ei iadul-  
get; cum emphyteutam  
non privativè, sed cumulativè  
admittat: ut simul cum pro-  
prietario, vel directo Domino  
ad partem acquirendam con-  
currat, & in hac Thesauri par-  
te acquirenda duarum perso-  
narum concursum jurispru-  
dentia Justiniani ignorat, &  
communis Doctorum traditio  
non agnoscit. Unde concursu  
illo non admisso, hujusmodi  
traditio ista ex numero τῶν ἀπό-  
ρων, & argumentum, quod in-  
de conficitur, ex τῶν ἀπόρων.

τῶν, numero erit, cum ad me-  
dietatem Thesanri, quæ jure  
loci ipsius Domini defertur,  
nihil intersit, an quis directus,  
an utilis dicatur Dominus, &  
Domini isti simul eodem tem-  
pore ad acquirendum dimid-  
ium Thesauri concurrant;  
tūc existētia proprietarii ope-  
ratur, ut ei, secus utili Domino  
vicissim autē existentia utilis  
Domini faciet ut ei, & nō direc-  
to Domino acquiratur. Quippe  
tunc pro utili Domino hoc  
modo argui potest: Qui Domi-  
nus loci dicitur, est Dominus  
partis Thesauri, quæ jure loci  
defertur. Sed emphyteuta, vel 12  
utilis Dominus loci dici potest.  
Ergo ad emphyteutam, vel ad  
utilem Dominum spectat pars  
Thesauri, quæ jure loci  
defertur, quod promptum, &  
proclive erit proprietarium,  
secūdū. Bitschium τὸν ἀπόρων,  
quod inter argumentorū  
vitia connumerat Aulus Gel-  
lius lib. 5. Noct. Attic. cap. 10.  
ostendere, & respondere cum  
Diogene apud eundem Gel-  
lium lib. 18. cap. 13.

Hoc enim falsum esse con- 13  
tendit Bitschius, hoc modo cō-  
cludendum asseverās; qui Do-  
minus est loci ad eum pertinet  
pars dimidia Thesauri, quæ ju-  
re loci defertur. Sed proprie-  
tarius, sive directus dominus,  
dicitur dominus loci. Ergo ad

illum Thesaurus pertinebit. Vel significantius, & in fortioribus terminis possumus argumentari hoc modo: Quisquis ejus loci, in quo reperitur Thesaurus, dominus est insolidum; is totum illud Thesauri, quod jure soli defertur, nanciscitur.

**14** Ast proprietarius dicitur Dominus loci, in quo Thesaurus invenitur insolidum; ergo, &c. Quod evincitur ex text. in l. 5. §. ultim. ff. de *Commodat.* cum duo non possint esse Domini insolidum, nec socius, nec partis rei, quod probatur ex autoritate Glosae in dicta l. 5., verb. *Dominium*, tum quoque Interpretum placitis, ex quibus elicitur, non aliter de directo domino, & de emphyteuta, vassalloque, quam si ad singulos insolidum dominivon. illius rei, cuius domini esse dicuntur, pertineat, solo Sixtino excepto, qui lib. 2. de *Regal.* cap. ultim. num. 58. sententia.

**15** tamen meliore, quam verbis, Bischlio mordente, scribit dominum, vassallum, & emphyteutam non esse dominos insolidum.

Haud paulò melius ad effugiendum istud ~~et repa~~, atque ~~et responde~~, accommodatius loquuntur, qui circa Thesauri acquisitionem utile dominium directo prevalere, ac preferri decernunt, ut Rosenthal. de Feud. cap. 5 conclus. 93. num. 4.

Isernia in cap. Qua sint regalia, num. 93. Lagus in Methad. jur. part. 2. cap. 28, num. 11. Alvarotus in cap. Qua sint regalia, num 9. Mynsinger. in §. Thesauros, num. 8. Institut. de Ker. divis.

Demum sive locum suum, 17 tam ratione utilis dominij quam ratione directi accipientum, sive utile dominium directo preferri afferamus, sive utile dominium cum directo concurrere cumulativè, non privativè ad Thesauri partem, acquirēdam requirere decernamus; si tamen id non simplificerit, tanquam ex interpretatione traditione, sed tanquam ex mente Justiniani id assertum, fieri non potest, ut non vel ingentis ~~aruidus~~, & imperitiae, vel supinæ negligenciar, & socordiar eisdem, insimulemus, qui ex professo de Thesauri acquisitione, & quidem partis ejus, quæ ob dominium loci acquiritur, tractantes, verbum de diversitate dominij, & alterutrius prærogativæ, vel utriusque concurso nullum fecerint.

Has fortè rationes perpendit Niellius *Disput. feud.* 11: 1. b. 6. lit. C. licet emphyteutā, & vassallum Dominos esse, & dominium habere suspicetur *disput. 3. b. 6. lit. B.* & partem illam Thesauri, quam acquirere dixit *dict. disput. 11. Attamen*

19 mēn dubium hoc , quod quidam, vel ut pr̄cipuū afferunt respuit, & aliā rationē recipit, dū dixit, quod Thesaurus non acquiritur emphyteutæ , & vassallo ratione dominij fundi, in quo invenitur; aut tanquam ejus fūdi fructus ; sed ex æquitate naturali , qua annuente ei , cuius est omne detrimentum , etiam fortuitò adveniēs, juxta l.1. C.de Jur. emphyteut. debemus omne commodum attribuere, quamvis non contingat industria, & labore emphyteutæ, argument.text. in l.10. ff. de Regul.jur. Cui posteriori rationi responderet Bitschius; nimirum pertinere ad sciscitationem de jure consti- tuendo,hic autem de jure con- stituto obloquitur Anton. Faber in tract. de Error. Inter- pret. & Pragm. decis. 2. error. 5. Neque allegatio l.10. ff. de Re- gul.jur. efficit, ut ex jure con- stituto desumpta esse ratio 21 hēc videatur, quasi regulæ il- li standum sit, donec de exce- ptione probetur, non ex gene- ralissimis illis regulis, & com- munissimis *ergo/ais*, quæ sub eo titulo proponuntur decisiones quæstionis juris petendæ non sunt, sed ex propria argumen- ti cuiusque sede . Id quod in 22 ipsa l.1. dict. sit. monetur, quod scilicet non ex regula jus su- matur; & prolixè , ac perspi- cuè ostenditur à Nebelkra-

lib. singul. decis. 2. sed argumē- ta , quæ ab æquitate petuntur, fallacia existimat Bitschius. Quippe Celsus, quem Julianus insequitur, & adnotavit Paulus in l.91. §.3. ff. de Verb. obligat. in quæstionibus de bono , & æquo, plerumque sub auctori- tate juris , scientiæ perniciosè errari. Et quis credat quem- piam hoc sèculo graviore de- liberatione æqui, & boni judi- caturum esse , quàm à Roma- nis Legislatoribus, justitiæ cō- sultissimis , factum sit in illis speciebus, de quibus nomina- tim , & principaliter scripse- runt. Quapropter Oldendor- pius in lib. de Formul. investig. action. sit. Jure ne scripto, an 23 æquitate sit judicandum. Un- de Cujacius in consule. 37. in 24 fine , quantum à jure scripto recedimus, tantùm ab æquita- te recedere docuit.

Congruit quoque favore 25 emphyteutæ , quod damnum fatale , & fortuitam simplici- ter ad emphyteutam dumta- xat , & non etiam ad propriet- arium pertinet: totale qui- dem damnum, & totius rei in- teritus; absolutè , & indistinctè dicit l.1: C.de Jur.emphyt. Par- ticulare verò , veluti si agri z6 modūs in fluminis imminutus fit ratione ipsius rei , & pro- prietatis. Quippe hoc proprie- tario decrescit, & imminuitur. Quod si igitur damni fatalis,

276 Don Leonardī Gutierrez de la Huerta

sive fortuiti , ratione dimidiū illud Thesauri, quod non jure inventionis acquiritur , deferrendum est; concurrant oportet in ea parte, Dominus diritus, & utilis aut iterum aliquod , & *arrispicio* argumētum existet .

27 Denique in hac ipsa materia Imperatores naturalem aequitatem ob oculos habuerunt dict. s. *Theſauros* , ibi: *Naturalem aequitatem sequetus*. Et tamen non ex ratione 28 damni sustinendi; sed tantum jure vel inventionis , vel dominij , sive proprietatis loci Thesaurum acquiri voluerūt, dict. s. *Theſauros*, dict. l. 63. per 30. Maxime. *Suleim. ff. de Acquir. rer. domin. l. unic. C. de Theſaur. per eos. l. 7. s. 12. ff. Solus. matrim.* Ergo ratione damni sustinendi , alium Dominio loci potiorem esse in Thesauri acquisitione ; quod nec naturali aequitati , nec juri constituto consentaneum est. Majus robur rationibus illis dubitandi inesse cernitur ; si non separatim , & divisim , sed conjunctim , & pro una sumerentur: dicendo , duabus diversis unitis rei , ejusdemque loci dominis circa acquirendam partem Thesauri , quæ ratione ejus loci conceditur , præferetur , qui damnum , quod fortunæ iniquitate in eo loco contingit , sustinere compellitur;

sed cum in fundo emphyteutico reperitur Thesaurus, concurrat duo diversi unius ejusdem loci domini: unus scilicet directus , seu proprietarius ; alio verò utilis, hoc est emphyteuta , qui damnum , quod fortunæ iniquitate contingit , sustinere cogitur : secus verò Proprietarius.

Argumentum hujusmodi 31 paralogismo principij petitio- nis laborare argumētatur Bis- schius , non solum quo ad mi- norem propositionem , cum non concedatur concurrere hic duos diversos ejusdem lo- ci Dominos , & ad solum em- 32 phyteutam damnum fatale , quod in fundo contingit per- tinere ; proprietarium verò immunem esse ; sed quoque quantum attinet ad ipsam ma- jorem propositionem , que haud simpliciter ; sed tantum secundum quid verificatur ; videlicet ceteris paribus , sive in pari causa , ut in l. 20. ff. *Qui testam fac poss.* In casu nostro non est par utrobiusque causa , 33 cum proprietarius plura ha- beat precipua impedientia , quominus utili Domino post- ponatur. Siquidem proprieta- rius tam olim , quam hodie , unanimi omnium Doctorum sententia absque controversia Dominus est : utilis verò Do- minus , quandoquidem status 35 controversiam patitur , cum nun-

36. Nunquam in pacifica tituli sui possessione sistat, ut videre est apud Cujacium lib. I. 1. *Obserw.* cap. 35. & ad Paulum lib. 21. de Edict. in l. 74. ff. de R. V. Duarenium lib. I. *Disputat. annivers.* cap. 17. Forsterum lib. 2. de Subcess. cap. 18. num. 42. Baronem lib. 4. de Benefic. cap. 7. Fabrum lib. 10. *Conjectur.* cap. 11. Obrechtum in disput. de Domin. thes. I 8. Collegium Argentoratense lib. 41. tis. I. thes. 5. num. 3. Parladorium lib. 2. Rer. quotidian. lib. I. §. 2. Retershusium lib. I. de Feudis. cap. 3. quast. 4. Et in Rubr. Institut. de Rer. divis. Proprietatis rius Dominus est superior. & principalis, utilis autem inferior, & sic à Doctoribus distinguitur directum, & utile dominium, Scheneidevinus in §. Singularum, num. 4. Et s. Institut. de Rer. divis. Igitur dubitatur non debet superiorem inferiori præferri; principalem, secundario, & perfectum, minus perfecto. Directus est loci Dominus: Emphyteuta, non ipsius rei, sed tantum juris in se Dominus est. Thesaurus autem in ipsa re, sive in fundo, non in jure rei, sive in fundi reperitur. Ergo ad Dominum rei, non ad Dominum juris pertinebit.

39. Urget alia fortior, ac plausibilior ratio favore emphyteutæ adversus directum Do-

minum; siquidem cuicunque in prædio suo Thesaurum data opera querere, & invenire licet, hic jure Justinianæ prædij Dominus est, & partem Thesauri inventi, quæ ob dominium loci conceditur, non ciscitur; & cui id non licet, is non est Dominus, nec acquirit: at emphyteutæ in prædio emphyteuticari Thesaurum data opera querere licet, non verò proprietario. Emphyteuta jure Justiniani, prædij emphyteuticarij Dominus est, & partem Thesauri inventi, quæ ob dominium loci conceditur, acquirit: directus non est Dominus, nec acquirit partem Thesauri. Major propositio probatur ex text. in Iun. C. de Thesaur. §. Thesauros, Institut. de Rer. divis. Quibus in locis traditum, cuicunque in prædiis suis licet Thesaurum querere, ut attestatur Zieglerus lib. 2. de Jur. Majestas. cap. 20. num. 11. in alieno loco Thesauros querere vietum est, ut sic suus locus definiendus videatur ex eo, si ex industria Thesaurum in illo querere licet, & ex adverso alienus locus ex eo, si querere Thesauros neutram licitum sit.

Major exposita propositio exploditur à Bitschio, quia definitio aliqua sui, & alicui loci, vel etiam dominij à Doctoribus non proponitur: sive quo-

44 quoniam ibi de duplii inventione, fortuita, & industriosa dicitur, id nō *ē per se*, & in modum definitionis, vel etiam tanquam proprium aliquod *xast' awm'*, quod possit cū subjecto concurri, proponitur; sed tantum *ē myntas* traditur, & in modum regulæ: 45 *jus ea in jure natura est*, ut plerumque, non ut semper vera sit, *text. in l. Omnis definitio, 202. ff. de Reg. jur.* Itaque. 46 si ponimus emphyteutæ in prædio emphyteuticario licere Thesaurum querere, & prohibitum esse ibi directo Domino indagare; constitui- 47 mus exceptionem regulæ illi, quæ habet, quod cuique domino in suo prædio Thesau- rum querere liceat. Sed Bitschius excipit casum, nisi quis ejus fundi nudam proprietatem, alius autem utile dominium, vel etiam usumfructū habeat. Quibus ex omnibus, plerique asseverant, Thesau- rum inventū in fundo emphy- teuticario pertinere ad direc- tum dominum, non verò ad emphyteutam, ex quorum nu- mero sunt Valasc. *de Jur. em- phyteut. quest. 15. num. 1. Re- bell. de Justit. & jur. quest. 5. num. 12. Iason in l. unic. nu. 80. C. de Thesauris, Garcia de Expensis, cap. 22. num. 52. Na- varr. in Manual. cap. 17. n. 173. Molin. de Justit. & jur. disput.*

56. vers. *Tota difficultas, Syl- vester in Summa, verb. Invē- tum, num. 12. in fin.* Molin: *de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 27: num. 27. ad fin.* Ducuntur ex quo emphyteuta æquiparatur 48 usufructuario, *Glos. in l. 1. C. de Jur. emphyt.* Sed sic est, quod usufructuarius inveniēs The- 49 saurum in fundo, in quo usum- fructum habet, tenetur dimidiā partem restituere pro- prietario, ut ex pluribus defē- dit Antunez *part. 3. de Donat. cap. 13. num. 52.* Igitur idem dicendum est de emphyteuta: Moventur secundò, eò quia, 50 inveniens Thesaurum, tunc fit Dominus illius, quoties inve- nit in loco proprio suo, *l. unic. C. de Thesaur.* Sed fundus em- phyteuticus non dicitur pro- 51 prius emphyteutæ, quia non habet perfectum dominium, *l. 1. §. 1. ff. Si ager. rectig. petat. l. 2. C. de Municip. & colon. lib. 11.* Ergo non potest Thesau- rum inventum sibi acquirere. Confert tertio, maritum for- 52 tius dominium habere in re- bus dotalibus, quām emphy- teutam in rebus emphyteuti- carijs, in quibus dum taxat utili potitur dominio. Et nihilominus maritus haudquaquam totum Thesaurum sibi adipi- scitur. Igitur eadem ratione 53 emphyteutā nō posse Thesau- rum totum acquirere confite- dum sequitur; quia *Thesau-*

*xus*

rus in fundo alieno , data ope-  
ra; invētus soli Domino ex se-  
misce debetur , ex altero verò  
semisce ad inventorem perti-  
net; text. in l. Si is, qui, 63. ff. de  
e. Acquir. rer. domin. l. unic. C.  
de Thesauris , §. Thesauros ,  
Institut. de Rer. division. Em-  
phyteuta nō est Dominus præ-  
dij emphyteutici , sed potius  
ille , à quo fundum in emphy-  
teusin accepit , text. in l. i. §. fi-  
nal. ff. Si ager vectigal. Igitur

54 Thesaurus inventus à tertio in  
loco emphyteutico, nō ad em-  
phyteutam , sed ad proprieta-  
rium pertinebit.

55 Thesaurus , quem usufru-  
ctarius, vel quilibet alijs ter-  
tius in fundo fructuario inve-  
nerit , non connumeratur in-  
ter fructus fundi; ideoque pro-  
dimidia parte lucro Domini  
cedit, ad quem fundi fructua-  
rij proprietas spectat , text. in  
l. Fructus, §. Si fundum, versic.  
Non magis , ff. Solut. matrim.

56 Et cum emphyteuta in fundo  
emphyteuticario saltem usū-  
fructum habeat , dict. cit. §. fi-  
nal. ff. Si ager vectigal. Sequi-

57 tur recte inferendum , ex  
semisce Domino proprietatis  
acq̄riri; quoniam actus agen-  
tium ultra eorum intentionē  
nihil operatur , text. in l. Non  
omnis , 19. ff. de Reb. cred. l.  
Obligationum, 3. ff. de Obligat.

58 Et action. At inter emphyteu-  
tam , & Dominum conceden-

tem in emphyteusin fundum  
suum, id agi videtur; nimirū  
ut is , qui fūdum in emphy-  
teusin conduxit , eo dumtaxat  
utatur, ac fruatur per l. i. §. alii.  
ibi : Fundum fruendum con-  
duxerunt, ff. Si ager vectigal.  
Ex quo noscitur, emphyteutā § 2  
in fundo emphyteutico, p̄-  
ter usumfructum , nihil am-  
plius habere. Quocirca The-  
saurus , quem in hujusmodi  
prædio invenit, ex semisce Do-  
mini est; ex altero verò semis-  
ce emphyteutæ cedit; non  
ratione juris emphyteutici , 60  
sed ratione inventionis . Facit  
quoque, quod ante omnia ani-  
madvertendum est, nè conve-  
tio in ipsa re facta , noçeat in  
alia re, text. in l. Si unus , 27. §.  
Pacta, qua turpem, 4. vers. An-  
te omnia , ff. de pactis . Unde  
cum inter Dominum directū, 61  
& emphyteutam conventio-  
facta sit in usufructu prædij .  
Conventio hæc Domino con-  
cedenti, in Thesauro reperto,  
non debet nocere. Videtur op. 62  
poni text. in l. Possessores , 12:  
in fin. C. de Fund. patrimon.  
ubi emphyteutæ, Domini nun-  
cupantur. Cui respondet Dia-  
na , asserendo in eo loco em- 63  
phyteutam Dominum dici ,  
non quia revera Dominus sit,  
sed quia pro Domino reputa-  
tur: tum quia illic emphyteutæ  
impropriè, & καταχρηστῶς Do-  
mini dicuntur , asseverante  
Bor.

Borcholten. de Feud. cap. i. nro.  
 15. tum quia lex illa non de-  
 64bet accipi de omni emphy-  
 teuta , secundum placitū Dia-  
 næ , sed de emphyteuta fun-  
 dum Patrimonialem , hoc est  
 Fiscalem in emphyteusin re-  
 cipientem , & postea jure pri-  
 vato, seu proprio eum sibi cō-  
 parante , salvo annuo canone  
 Fisco; quia Patrimoniales fun-  
 di ex Principiis nūtu , salvo ca-  
 none , alicujus fieri possunt ,  
 text. in l. Vniversi, 9. l. Fundos,  
 10. C. de Fundis patrimon.  
 text. in l. Qui fundos , C. de  
 Omni agro desert.

65 Nec officit, quod majus ha-  
 beat jus emphyteuta in fundo  
 emphyteuticario , quām usu-  
 fructuarius in solo usufructua-  
 rio. l. i ff. Si ager vectigal. usus-  
 66 fructus autem morte fructua-  
 rij extinguitur, text. in §. Fini-  
 tur, Institut. de Usufruct. text.  
 in l. Corruptionem , C. de usu-  
 fruct. Ast quamvis conceda-  
 mus in quibusdam pleniūs jus  
 habere emphyteutam, quām  
 habet usufructuarius ; inde  
 haud necessariò infertur, simi-  
 liter in Thesauro majus jus il-  
 67 li competere, quām huic: tam  
 quia jus Thesauri à jure veri  
 dominij dependet, argument.  
 text. in §. Thesauros, 39. Insti.  
 de Rer. divis. Et dict. l. Fru-  
 ctus, 71. §. Si fundum, 12. ver-  
 sic. Nō magis, ff. Solut. matrim.  
 68 tum quia successio in emphy-

teusin est quipiam diversum,  
 & separatum à Thesauro , ut  
 illa concessa, hic similiter con-  
 cessus dici non possit , argum.  
 l. penult. vers. Neque enim si-  
 cut illud receperum , ff. de Reb.  
 cred. l. Duobus , 25. ff. de Te-  
 stam. tutel. Et l. Inter stipulan-  
 sem , 83. §. Sacram , vers. Sed  
 hac dissimilia sunt , ff. de Verb.  
 obligat. Quinimo argumenti  
 istius nullum esse robur, ex eo 69  
 etiam liquet , quod similiter  
 usufructuario in quibusdam  
 jus pleniūs tributum est, quām  
 emphyteutæ . Hic siquidem  
 jus suum emphyteuticum vē-  
 dendi, aut alienandi liberam. 70  
 potestatem non habet, l. 3. C.  
 de Jur. emphyt. Ille verò jus  
 suum percipiendi fructus alijs 71  
 liberè vendere, locare, aut gra-  
 tis concedere potest, §. 1. in fin.  
 Institut. de Vsu , Et habitas. l.  
 Arboribus, 12. §. 2. l. Non' uti-  
 tur, 38. de Vsufruct. l. Necef-  
 sario , 8. §. ultim. ff. de Peric.  
 Et commod. rei vend. Præter-  
 ea emphyteuta , non item. 72  
 usufructuarius , Domino suo  
 quotannis canonem emphy-  
 teuticum præstare cogitur. Er-  
 go , &c. Quamquam omnia ,  
 quæ hactenùs favore proprie-  
 tarij, seu directi Domini dicta  
 sunt , magni ponderis esse vi-  
 deantur ; attamen contraria 73  
 sententia communior cerni-  
 tur, ac majori Doctorum ag-  
 mine inspicitur comprobata :  
 vide-

videlicet Thesaurum inventum à tertio in fundo emphyteutico, non ad proprietarium, sed ad emphyteutam pertinere, ut asseverant, & sequuntur Lagunez de *Fructibus* cap. 11. part. 3. num. 30. Gloss. ordinaria in §. *Thesauros, verbo suo, Institut. de Rer. divis.* Barbosa in *I. Divortio*, §. Si fundum, num. 27. ff. *Solut. matrim.* Bocerus de *Regal.* cap. 3. thes. 101. Gutiérrez part. 3. de *Tutel. & curis*, cap. 26. num. 8. Antuned de *Donat.* part. 3. cap. 13. num. 43. Guidius de *Mineralibus* lib. 3. tit. 10. quest. 14. num. 19. Amany in *I. unic.* num. 25. C. de *Thesauris*, Glos. int. *unic. verb. Nā in suis*, Bartoli in num. 5. vers. *Circa istam partem*, Bald. num. 2. Lucas de *Penna* num. 16. Platea num. 3. vers. *Sed quaro; C. de Thesauris.* Mynsinger. in §. *Thesauros*, num. 6. Grammat. num. 7. Aretin. num. 3. & 4. Nicasius num. 3. *Institut. de Rer. divis.* Bursat. conf. 209. num. 5. lib. 2. Belvis. *Pract. tit. de Furtis* cap. 10. num. 61. *ad finem, vers.* Et intelligitur Dominus prædij lib. 1. Chassanæus ad *Consuetud. Burgund.* tit. *des Justices*, verb. *Expaves*, num. 12. Pract. Papiensis in *Forma libelli in action. real.* num. 12. Faber in §. *Thesauros*, nu. 2. Valasc. de *Jur. emphyt. quest. 15. num. 1.* Farinac. *Prax. criminal. quest. 104. num. 13.* Molina lib. 1. de *Primogen.*

*Hispan.* cap. 25. n. 7. Guglie lm. Benedict. in cap. *Raynutius*, n. 34. de *Testam.* Molinæus ad *Consuet. Paris.* §. 37. glos. 10. nn. 48. Cavalcanti *deciss. num. 4. part. 2.* Gratian. lib. 3. *Discept. forens.* cap. 453. num. 5. & 23. Calvin. lib. 2. de *Equitat. cap. 94. num. 33.* Isernia tit. *Quæ sint regal.* num. 93. *Lagus Method. jur. part. 2. cap. 28. num. 11.* Rosenthal. de *Feud.* cap. 5. *conclusi* 93. num. 4. Sixtin. lib. 2. de *Rega. lib. cap. fin. num. 25. vers.* Edita men. *hodie*, Gilchenius in §. *Thesauros*, num. 28. *Instit. de Rer. divis.*

Fulcitur hæc cōmunis opinio in eo, quod quamvis emphyteuta non dicitur Dominus quo ad dominium disectum: autamen quo ad dominium utili- le. verè dicitur dominus, & prout talis habetur in lib. *Possessores*, C. de *Fundis patrimonialibus*: Siquidem emphyteuta locum, quem colit suum dicere potest, afferente Tullio lib. 7. *Familiar. epist. 30.* docente id cuiusque proprium esse, alioquin quisque fruitor, arque usitur, secundum text. in l. i. §. *Qui in perpetuum, ff. Si ager vestigal. dict. lib. Possessores*, C. de *Fundis patrimonialibus*. Quippe emphyteuta, prout dominus habet rei vindicationem, dum possidet fundum emphyteuticum, nec tenetur satisdare, text. in l. penult. ff. *Qui satisdare*

cognatur, text. in *l. Locorum, C. de Omn. agr. desert.* text. in *l. fin. C. de Fund. patrim.* Et quamvis verbum dominium in du-  
 77 bio de domino directo intel-  
 ligatur, text. in *l. i. §. i. ff. Si ager  
 vectigal.* Et sit tanquam chi-  
 mæra; tamen tanta est ejus vis,  
 ut quamdiu existit, directum  
 dominium vincat, à quo cau-  
 sam habuit, text. in *l. i. §. Qui  
 superficiem, ff. de Superficieb.*  
 78 Et quoties concurrunt domi-  
 nium utile, & directum, sem-  
 per utile præfertur directo,  
 text. in *l. Procuratore, §. ff. de  
 Procuratoribus, Amaya in l.  
 unic. num. 23. C. de Thesaur.*  
*Gutierrez de Fusel.* & cur.  
*cap. 26. nu. 27. pars. 3.* Franch.  
*decis. 131. num. 27.* Rosenthal.  
*de Feud. cap. i. conclus. 6. lis. A.*  
 79 ubi sic loquitur: *Quia is, qui  
 id habet fructus, & utilitates  
 rei percipit, & præfertur do-  
 minio directo.* Unde utilis actio  
 80 præfertur directæ', dicta *l. A.  
 Procuratore, ff. de Procurator.*  
 81 & feudatarius expressè dici-  
 tur dominus in *cap. i. §. Insu-  
 per, verfic. Illud quoque praci-  
 pimus, de Probib. alien. feud.*  
 82 per Federic. Qua ratione ei  
 utilis rei vindicatio competit,  
*cap. i. §. Rei autem de invest. de  
 Re alien. fact.* Atque ita tam  
 83 vassallus, quām emphyteuta  
 omnes rei utilitates percipit,  
*Gutierrez quest. 36. num. 25.  
 vers. Contra i. amon. Wade*

vera est distinctio, quæ fieri af-  
 solet inter dominū directum, 84  
 & utile, quæ communiter ap-  
 probatur à pluribus, quos re-  
 fert, & sequitur Rosenthal. *de  
 Feud. cap. i. conclus. 6. num. i.  
 & 2. lis. A.* & eandem divisio-  
 nem sequuntur Valasc. *de Jur.  
 emphyt. quest. 13. num. 11.* Cy-  
 riac. *controvers. 82. num. 5. & 6.* Et quidem dubitandum non  
 est, quòd appellatio dominii  
 ad utile restringi potest, cum, 85  
 parum à directo distet, secun-  
 dum Bald. in *l. Precibus, col 14.*  
*C. de Impuber.* & alijs substic.  
*Castill. de V sufr. lib. i. cap. 32.  
 num. 15. & 17.* Doctores per  
 text. ibi in *l. 4. ff. de V sufruct.*  
*Solorzan de Jur. Indian. tom. 2.  
 lib. 2. cap. 2. num. 21.* Cum igitur  
 Thesaurus sit quædam com- 86  
 moditas, quæ ex fundo prove-  
 nit, verum est, quod si ab em-  
 phyteuta, seu vassallo invenia-  
 tur, totum ei acquiritur, vel  
 pro dimidia, si ab alio fuerit 87  
 repertus, Gloss. in *§. Thesau-  
 ros, verb. Suo, Institut. de Rer.  
 divis:* quam ibi sequuntur Fa-  
 ber, & communiter DD: Pla-  
 tea in *l. unic. col. 2.* *C. de The-  
 saur. lib. 10.* & eam probat Bar-  
 bosa in *l. Divortio, §. Si fundū,*  
*num. 27. ff. Solus. matrimon.*  
*Chassan. in Consuetud. Burgūd.  
 rubr. i. §. i. à num. 12.* Molin. de  
*Primog. lib. 1. cap. 23. num. 7.* &  
 fatetur Valasc. *d. quest. 15. n. 1.*  
*Gutierrez dict. quest. 36. n. 25.*

vers.

- vers. *Contrariam*, Rosenthal.  
*de Feud.* cap. 5. *conclus.* 93. num:  
 1. 2. & 3. &c ibi *Gloss. lit. A.B.* ex  
 88 C. Quod adeo verum est, ut si  
 ipse dominus directus fuerit  
 inventor Thesauri in fundo  
 emphyteutico, vel feudaliter,  
 debitur dare emphyteutæ, vel  
 vassallo tanquam domino, di-  
 midiam partem Thesauri, Gu-  
 uerez dict. *quast.* 36. num. 27.  
 Rosenthal *de Feud.* cap. 5. *con-*  
*clus.* 93. num. 3. & ibi *Gloss. lit. B.*  
 Barbosa in dict. 6. *Si fundum,*  
 num. 29. vers. *Ex qua commu-*  
*ni.* Amaya in dict. l. *unic. de*  
*Thesauri lib. 10. num. 26.*
89. Confirmatur prædicta reso-  
 lutio ex eo, quod Thesaurus  
 dicitur donum fortunæ, l. *Si is*  
*qui, 63. 64. ff. de Acquir. rer.*  
*damin.* & diximus supra suo  
 loco, & cum in nullius bonis  
 sit, occupanti erat conceden-  
 dus; sed quia verè à parte rei  
 potest habere dominium, ad  
 sedandas discordias fuit con-  
 90 stitutum, quòd dimidia pars  
 Thesauri daretur domino fundi: Et sic Thesaurus considera-  
 tur tanquam utilitas proveniens  
 ratione fundi; quæ utilitas, &  
 commoditas ad emphyteutā  
 pertinet, ut supra diximus, &  
 consideravit Barbosa in dicto  
 6. *Si fundum, num. 28.*
91. Denique confirmatur, quia  
 si emphyteuta domino direc-  
 to teneretur restituere dimi-  
 diam Thesauri; non distingue-

retur à quocumque alio extra-  
 neo, qui dimidiā semper re-  
 stituere tenetur Domino fun-  
 di: Atque ita dominium utilē  
 nihil ei prodesset; & sequere-  
 tur maximum absurdum, quod  
 dicendum non est. Neque sa-  
 risfacit consideratio, de qua 192  
 Valasc. *dict. quast. 15. in princ.*  
 dum ait, quod prodesset em-  
 phyteutæ saltem, ut invito Do-  
 mino directo, posset, data ope-  
 ra, Thesaurum querere, quod  
 quidem facere non posset quic-  
 libet extraneus. Nā si emphy-  
 teuta non consideretur tanquam  
 Dominus ad acquisitionē Thes-  
 auri, etiam jus illum inquire-  
 di, invito Domino, non habe-  
 ret, ut perpendit Barbosa dict.  
 num. 29. & ideo prædicta reso-  
 lutio verissima est, quam etiā  
 tuetur Amaya in dict. l. *unic.*  
 num. 25. *de fundo 10. num. 26.*

Qua opinione retenta non 93  
 obstant in contrarium adduc-  
 ta. Non primum relatum ex  
 æquiparatione fructuarii, quia  
 respondetur negando æquipa-  
 rationem inter fructuarium, &  
 emphyteutam, seu feudatariū;  
 quoniam quamvis qd eos fru-  
 ctus pertineant, tamen quoad  
 intentum plus juri habet, quam  
 usfructuarius; huic namque 94  
 solūm competit jus percipiē-  
 di fructus, & cum Thesaurus  
 non sit in fructu, ut diximus  
 supra, & probatur in dicto 6. *Si*  
*fundam.* nil mirum, quod ad

eum non pertineat. At verò  
95 emphyteuta, seu feudatarius  
habent dominium utile, ratio-  
ne cuius ad eos pertinet quæ-  
cumque utilitas, seu commodi-  
tas, licet in fructu non sit, ut di-  
ximus supra, Boer. *decis.* 5. 1.  
Barbos. in *dict.* §. Si fundum,  
num. 30. & sic solvitur diffi-  
citas.

96 Nec obest secundum argu-  
mentum de marito, siquidem  
responderet ex his, quæ dicta  
sunt circa dominiū dotis, quod  
quamvis sit apud maritum, id  
intelligitur quo ad administrationem,  
& fructus, secus quo ad  
alias utilitates, *text.* in *I. Plerū-*  
*que, ff. de Jur. ad. & hanc ob*  
*causam ad uxore spectat Thes-*  
*saurus. Emphyteuta verò, quæ-*  
97. *vis solum habeat dominium*  
*utile, id sufficit ad percipiendam*  
*quamcumque utilitatem*  
*proficiscen tem à fundo; licet*  
*non pertineat ad fundum.*

98 Sed quamvis communis sit  
hæc opinio inter utramque  
Doctorum discordiam, nec fa-  
vore fructuarii, nec directi do-  
mini resolvant, sed medium  
viam amplectendam existimo,  
videlicet Thesaurum inventum  
in fundo emphyteutico, inter  
emphyteutam, & directum,  
Dominum dividendum esse,  
quando invenitur à tertio; si  
autem à directo Domino re-  
periatur, tunc ratione inven-  
tionis dimidiā partē ad Do-

minum directum spectat; &  
idem asserendum est, quām in-  
venitur ab emphyteuta, siqui-  
dèm tunc jure inventionis ha-  
bebit partem, quam leges The-  
saurorum inventoribus defe-  
runt, & pro divisione videntur  
stare, Gutierrez de *Tutelis,* &  
*curis part. 3. cap. 26. num. 8. §*  
9. Antunez ex pluribus part. 3.  
*de Donation. cap. 13. num. 40.*  
& expresse Diana *tom. 6. tract.*  
*6. resolut. 6. §. 5. Angel. in §. The-*  
*sauros. num. 3. Infestus. de Rer.*  
*divis. Sylvester verb. Inven-*  
*tum, num. 12. Valasc. de fur.*  
*emphyt. quest. 15. Gutierrez*  
*lib. 4. Practic. quest. 36. num. 28.*  
Amaya in *I. unic. num. 26. C. de*  
*Theſaur. Navarr. in Manual.*  
*cap. 17. num. 173. Falsitac. Prax.*  
*criminal. quest. 104. num. 13.*  
*ad finem.* Hujusmodi quidem 99  
opinio congruit juri quoque  
Britannorum, qui si Thesaurū  
in prædio emphyteutico igno-  
bili inveniant, eum partim ad  
Dominum directum, partim  
ad emphyteutam, partim ad  
ipsum inventorem tribuere, ex  
Eguinario Baro. in *Comment.*  
*ad Infest. tit. de Rer. divis. part.*  
2. tradidit Bitschius *opuscul. de*  
*Theſaur. cap. 8. §. 114.* Et hanc  
nostram distinctionem probat  
Christianus vol. 5. *decis. Belgic.*  
17. num. 7. ex auctoritate Galli,  
Pappinii, Carondæ, Chopini,  
Cujacii, Boqueti, Tepati, Ro-  
gerii, & Gudelini.

100. Si verò Thesaurus inventus sit in fundo locato ad longū tempus, scilicet quandiu conductor vixerit, vel volverit; licet locatio hujusmodi dicatur species alienationis, & tribuat jus in re locata, text. in l. Codicillis, §. In instituto, ff. de Legat. 2. ast quia is, qui locat nō 101 censetur alienare, concludendum est, quod si Thesaurus inveniatur à Domino directo in fundo locato, totus fiat hujusmodi in inventoris, idest directi Domini, & nihil ad conductorem pertinebit, quamquam locatio ad tempus longissimum facta fuerit, ut fateretur Bitschius cap. 8. §. 167. p. 1.

## SUMMARIUM.

- 1 Feudalismus materia cum materia emphyteutica à Doctoribus conjunctim pertractatur, quo pertinet ad Thesaurorum acquisitionem.
- 2 Expenditur text. in §. Si quis de Manso lib. I. Feud. tit. 4. cap. unic.
- 3 Thesaurus non potest dici feudi, nec fundi incrementum.
- 4 Thesaurus dici nequit, quod fundo ex causa alluvionis accedit.
- 5 Feudi proprietas, non ad feudarium, sed ad feudi datorum pertinet.
- 6 Ususfructus rei feudalis summodo ad vassallum spectat.
- 7 Feudum dicitur quadam species ususfructus.
- 8 Feudum semper ususfructus imitatur.
- 9 Thesaurus non pertinet ad vassallum, nec ad feudarium.
- 10 Pendente feudi apprehensione, feudatarius dicitur thesus utilis dominus.
- 11 Dispositio text. in Lunic. C. de Thesaur. & §. Thesauros, Inst. de Rer. divis. magis verificatur in feudario, quam in domina directo.
- 12 Thesaurus dicitur commoditas fundi.
- 13 Thesaurus inventus à feudario in re feudali, feudario totus acquiritur, & dimidium, si inveniatur à tertio; & referuntur Doctores hanc opinionem sectantes.
- 14 Dominus directus, si inventiat Thesaurum in loco feudali, tenetur dare dimidiā partem V affallo.
- 15 Thesaurus inventus in loco feudali debetur feudario; & annexuntur Doctores hanc sententiam amplectentes.
- 16 Emolumenatum omne à fundo proveniens debetur vassallo.
- 17 Res mea dici potest, quamvis alter rei illius proprietatem habeat.
- 18 Dominus utilis dicitur Dominus.

426 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 19 *Dispositio text. in §. Thesau-  
ros, Institut.de Rer. division.  
verificatur in habente do-  
mini um utile.*
- 20 *Molinæ opinio refertur.*
- 21 *Gutierrez sententiam Moli-  
næ prout falsam, ac singu-  
larem respuit.*
- 22 *Argumentum à simili in jure  
validum est; ast data dispa-  
ritate non currit.*
- 23 *Species text. in l. ls qui plures,  
ff. de Acquir.rer.domin.*
- 24 *Thesaurus inventus à servo  
communi dividitur inter  
Dominos pro ea portione  
quam unusquisque habue-  
rit in servō.*
- 25 *Dominium directum est ab-  
que utilitate; utile verò ha-  
bet omne emolumenntum.*
- 26 *Thesaurus inventus in fūdo  
feudali dicitur utilitas ipsius  
fundi, & ideo pertinet ad  
feudarium.*
- 27 *Dominium utile est separatū  
à dominio directo.*
- 28 *Feudarius fit dominus Thes-  
auri inventi in loco feudali.*
- 29 *Incommoda sequuntur eum,,  
quem sequuntur commoda.*
- 29 *Incommoda particularia fun-  
di feudalis expectat ad vas-  
sallum.*
- 31 *Incrementum fundi feudalis  
attinet ad vassallum.*
- 32 *Thesaurus dicitur incremē-  
tum fundi feudalis.*
- 33 *Opinamentum Rebellii ad-  
ducitur.*
- 34 *Si Dominus directus inore-  
niat Thesaurum in agro suo,  
non tenetur cum partiri cū  
usufructuario.*
- 35 *Inveniens Thesaurum in loco  
feudali tenetur cum partiri  
cum Domino directo, non  
cum usufructuario.*
- 36 *Thesaurus nō connumeratur  
inter fructus fundi.*
- 37 *Vassallo quando nihil compe-  
tat.*
- 38 *Thesaurus inventus fortuito  
in alieno loco, pertinet pro  
mediatae ad inventorem,  
& pro altera dimidia ad  
Dominum loci.*
- 39 *Feudalis prädij Dominus di-  
citur, non vassallus, sed di-  
rectus Dominus.*
- 40 *Emphyteutici prädij Domi-  
nus dicitur, non emphyteu-  
ta, sed proprietarius.*
- 41 *Thesaurus inventus in loco  
fructuario non computatur  
in fructu.*
- 42 *Vassallus in pradio feudali,  
& emphyteuta in emphy-  
teutico, tantum usumfructū  
habet.*
- 43 *Actus agentium ultra eorum  
intensionem nihil operatur.*
- 44 *Quid actum sit inter Dominū  
directum, & vassallum.*
- 45 *Inter emphyteutam, & Do-  
minum directum quid con-  
vensum censetur.*
- 46 *Vassallus in pradio feudali,  
nec emphyteuta in pradio  
emphyteuticario, nil prater  
usum*

usum habent.

- 47 *Thesaurus inventus in fundo duorum Dominorum, dividitur inter inventorem, et inter illos ex aquo.*
- 48 *Si Dominus utilis, ut feudatarius inveniat Thesaurū in fundo feudali, quid necatur restituere Domino directo:*
- 49 *Conductor, et usuarius non dicuntur Domini.*
- 50 *Inventor quando possit dividuum Thesaurum retinere.*
- 51 *Si inveniens Thesaurum sit condonius, quomodo fiat divisio Thesauri.*
- 52 *Pars Thesauri, qua ad fundi Dominum spectat, cui debatur: an directo, vel utili Domino?*
- 53 *Adducuntur verba Rodriguez.*
- 54 *Distinguens proximus est veritatis.*
- 55 *Thesaurus inventus à tertio in fundo feudali quomodo dividendus.*
- 56 *Thesaurus inventus in fundo feudali à feudatario, quomodo partiatur.*
- 57 *Inventor potest habere unam Thesauri partem, tāquam inventor, et alteram ut Dominus.*
- 58 *Thesaurus etiam solet dividi inter inventorem, proprietariū fundi, et Dominum babētem merum imperium.*
- 59 *Thesaurus inventus in locis*

*demanialibus Regni Neapolis ad quem pertineat.*

- 60 *Loca demanialia Universitatum Regni Neapolitani sunt sub directo Regis dominio.*
- 61 *Thesaurus inveneris in locis non demaniaibus Universitatum Regni, ad quem spectet.*
- 62 *Thesaurus repertus in locis ad publicum usum Universitatis deputatis, cui acquiratur.*
- 63 *Thesaurus inventus in loco publico, vel publicè deputato pertinet ad Regem.*

Thesaurus inventus in loco feudali à Tertio, an acquiratur Feudatario, vel Domino directo?

### C A P. XVIII.

**R**ationes, quæ favore utriusque adduci possent, sunt ferè eadem, quæ in præcedenti Capite attulimus; siquidem utrumque subjectum cōjunctim pertractatur à Dotoribus iis, quos supra retulimus. Facit porrò favore feudatarij, quod lib.i. Fendor. sit.4. cap.unic. §. Si quis de Manso, habemus ad feudatarium incrementum omne pertinere. Sed contrariae opinionis afflæ,

288 - Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

clæ, huic objici satis eunt, asse-  
rendo id ibi proponi, non tan-  
quam ex communi natura feu-  
di, sed tanquam ex speciali  
actione competes. At Thesau-  
rus recte dici non potest feudi,  
seu fundi incrementum, secun-  
dum text. in l. 3. §. 3. ff. de Ac-  
quir. posse. p̄cipue in illo ju-  
ris feudalis loco, in quo agitur  
de incremento, eo quod jure.  
4 feudi obtineri potest, nempè  
quod ex alluvione ex jure in-  
sulæ, vel ex jure alvei accedit,  
quo ex genere Thesaurus non  
est, Stephanus lib 2. de Juris-  
dict. part. 1. cap. 7. memb. 2. num.  
147.

5 In jure verò feudali, jus feu-  
datarii semper refragatur juri  
dominii, sive proprietatis, quæ  
non ad feudatarium, sed ad be-  
neficij datorem dicitur perti-  
nere, ut 2. Feud. 8. cap. unic. §.  
ultim. 2. Feud. 23. cap. unic. in-  
fin. 2. Feud. 26. cap. unic. §. Do-  
mino. 2. Feud. 47. in rubrica  
Tum quod. 2. Feud. 23. cap. u-  
nic. vers. Hujus autem generis.

6 In tradita feudi definitione,  
usufructus rei feudalis tan-  
tummodo ad vassallum perti-  
nere statuitur. Ex quo nosci-  
7 tur, feendum quandam usufru-  
ctus speciem esse; seu potius  
usufructus vocabulum magis,  
quam dominij, vel aliud quod-  
cumque ad feudi naturam ex-  
primendam accommodatum

esset; ideoque feudum semper 8  
usufructum imitari, si non  
specialiter feudo concessum sit  
Betschius fatetur, subiectens 9  
minus recipiendum esse ad vas-  
sallum, vel ad feudatarium  
pertinere Thesaurus, ei que ex-  
templo restitui debere, quum  
directus Dominus, ob non pe-  
titam investitaram feudum ap-  
prehenderit, & pendente tem-  
pore apprehensionis illius, ac  
detentionis invenerit Thesau-  
rum in fundo feudali, ut voluit  
Molinæus in *Consuet. Parisiæ*.  
tit. de Fieps, §. 55. num. 41. quo-  
niam etiam pendente appre-  
hensione, eaque non obstante  
feudatarius verus utilis Domi- 11  
nus sit, & ideo dispositio text.  
in l. unic. C. de Thesaur. §. The-  
sauros, Institut. de Rer. divis.  
verificetur in feudatario ma-  
gis, quam in patrono, seu Do-  
mino directo, ut referunt Bits-  
chius cap. 8. §. 172. part. 1. Ro-  
senthal. de Feud. cap. 5. concl. 93.

In hac sanè juris altercatio- 12  
ne communior opinio favore  
feudatarii resolvit, siquidem  
cum Thesaurus dicatur com-  
moditas fudi, si à vassallo iave-  
niatur, totus ei acquiritur, vel  
quoad dimidiapartem, si inve-  
niatur à tertio: quam opinio- 13  
nem sectantur Glos. in §. The-  
sauros, Institut. de Rer. divis.  
Platea in l. unica, col. 2. C. de  
Thesaur. Barbos: in l. Divorsio,  
§. Si

9. Si fundum, num. 27. ff. Solus. Molina de Primogen. lib. 1. cap.  
 matrimon. Gutierrez de Tuse- 27. num. 27. Aragon. de Justit.  
 tel. part. 3. cap. 26. num. 8. Ros- & jur. quest. 66. artic. 5. Fari-  
 senthal. de Feud. cap. 5. conclus. nac. Prax. criminal. quest. 104.  
 93. Valasc. de Jur. emphyteut. num. 13. Ifernia de Feudis, cap.  
 quest. 15. num. 1. Molinæus in Qua sint regalia, num. 93. Ro-  
 Consuetud. Parisienf. §. 37. glos. senthal. de Feudis, cap. 5. con-  
 10. num. 46. Guilelm de Bene- clus 93. Sixtinus lib. 2. de Rega-  
 dict. in cap. Raynuttius, num. lib. cap. ult. nu. 48. Elbert. Leo-  
 24. de Testam. Gutierrez lib. 4. nin: lib. 1. Emendat. & obser-  
 Practic. quest. 36. num. 25. vers. vat. cap. 11. num. 11. Ubi asse-  
 Contrarium, Farinac. Prax. verat Thesaurum in re feuda-  
 criminal. quest. 104. Chassan. in li inventum, totum feudatario  
 Cōsuetud. Burgund. rubr. 1. §. 1. acquiri. Nec quicquam juris  
 à num. 12. Molin. de Primog. Dominum directum indicari  
 §. 1. num. 12. Klok. lib. 2. de posse scribit Bursatus lib. 2. con-  
 Ærar. cap. 116. num. 17. & 18. sil. 209. num. 5. Barbos. in l. Di-  
 Perez ad tit. C. de Thesaur. n. 7. vortio, §. Si fundum, num. 27:  
 & 8. Lagunez de Fructib. cap. ff. Salut. matrimon.  
 11. num. 31. part. 3. Quò adeò  
 14. verum esse fatetur Antunez, ut  
 si Dominus directus sit inven-  
 tor Thesauri in loco feudali,  
 teneri dare vassallo tanquam  
 Domino dimidiæ partem ex  
 Barbos. loc. citat. Amaya in l.  
 unic. num. 26. C. de Thesaur.  
 Gutierrez lib. 4. Practic. quest.  
 36. num. 27.  
 15. Et quod Thesaurus inven-  
 tus in loco feudali pertineat  
 ad feudatarium, asseruere Glos.  
 in §. Thesauros, Institut. de  
 Rer. divis. Valasc. de Jur. em-  
 phyteut. quest. 5. num. 10. A-  
 maya in l. unic. num. 26. C. de  
 Thesaur. Gutierrez de Tuselis  
 cap. 26. num. 8. Garzia de Ex-  
 pensis cap. 22. num. 54. Navarr.  
 Manual. cap. 17. num. 173.

Molina de Primogen. lib. 1. cap.  
 27. num. 27. Aragon. de Justit.  
 & jur. quest. 66. artic. 5. Fari-  
 nac. Prax. criminal. quest. 104.  
 num. 13. Ifernia de Feudis, cap.  
 Qua sint regalia, num. 93. Ro-  
 senthal. de Feudis, cap. 5. con-  
 clus 93. Sixtinus lib. 2. de Rega-  
 lib. cap. ult. nu. 48. Elbert. Leo-  
 nin: lib. 1. Emendat. & obser-  
 vat. cap. 11. num. 11. Ubi asse-  
 verat Thesaurum in re feuda-  
 li inventum, totum feudatario  
 acquiri. Nec quicquam juris  
 Dominum directum indicari  
 posse scribit Bursatus lib. 2. con-  
 sil. 209. num. 5. Barbos. in l. Di-  
 vortio, §. Si fundum, num. 27:  
 ff. Salut. matrimon.  
 Hujus opinionis ratio est, 16  
 quia omne emolumētum pro-  
 veniens à fundo ad vassallum  
 spectat: igitur dimidia Thesau-  
 ri pars, veluti Domino loci, ei  
 cedere debet, ut ponderat Pau-  
 lus lib. 1. consil. 553. Nec obest  
 verbum dominium intelligi 17  
 de directo, ut in l. 1. ff. Si ager  
 vectigal. Siquidem res mea di-  
 ci potest, licet dominium uti-  
 le tantum habeam in ea, text.  
 in l. Locorum, C. de Omn. agr.  
 desert. Cum qui dominio uti-  
 li potiatur, simpliciter Domi-  
 nus nuncupetur in l. Possejfo-  
 res, C. de Fundis patrimonial.  
 lib. 1. Quapropter dispositio  
 text. in §. Thesauros in gabete  
 dominium utile verificari pos-  
 se credit. Gloss. in verb. suo.

Oo Mo-

- 20 Molina de *Justit. & jur. p. I.*  
*tractat. 2. disput. 56.* voluit, di-  
 midiam Thesauri partem, quæ  
 jure inventionis debetur; feu-  
 datario, qui Thesaurum in lo-  
 co feudali reperit, attribuen-  
 dam esse; reliquā partem, quæ  
 secundum juris dispositionem  
 debetur Domino loci, dividē-  
 dam esse inter feudatarium, &  
 dominum directum existimat.
- 21 Sed Molinæ opinionem res-  
 puit Gutierrez *lib. 4. Practic.*  
*quaest. 36 num. 26.* eamque fal-  
 sam, ac singularem dixit, nec  
 jure fundatam retur; alieverās  
 minimè conformari opinamō-  
 to *Glossæ in §. Thesauros*, quod
- 22 communiorem sententiam  
 amplectitur. Et quamvis ar-  
 gumentum à simili in iure  
 procedat; attamen data dispa-  
 ritate, seu dissimilitudine non  
 currit, *text. in k. Inter suspicio-*  
*tem, §. Sacram, ff. de Verb. obli-*
- 23 *gat.* Speciem text. *in l. ls, qua-*  
*ff. de Acquir. rer. domin. nus-*  
 quam assimilari speciei casus  
 nostri ostendere nititur idem  
 Gutierrez. Quippe in specie  
 text. *in dict. l. ls, qui, plures Do-*  
 mini habebant dominium di-  
 rectum, & utile in eodem ser-  
 vo, & per consequens unus  
 quisque simile pro parte sua.
- 24 Ideò recte Thesaurus inven-  
 tus ab illo servo dividetur in-  
 ter Dominos pro ea portione,  
 qua unusquisque in servo do-  
 minium habuerit dominij di-

recti, & utilis in dirversis per-  
 sonis; nempe feudatario, &  
 Domino directo consistentia  
 diversa sunt. Siquidem domi-  
 nium directum est absque util-  
 itate: utile verò habet omne  
 emolumenntum proveniens à  
 feudo. Quo circa cum *The-*  
*saurus inventus in loco feudalī*  
*sit utilitas ipsius feudi, hujus-*  
*modi utilitas ad feudatarium*  
*pertinebit, & nihil ad haben-*  
*tem dominium directum spe-*  
*ctare existimat Gutierrez, quia*  
*juxta eum ratio dictæ l. ls, qui,*  
*id est similitudo dominij, cum 27*  
*dominium utile sit separatum*  
*à directo. Similitudo, & argu-*  
*mentum l. ls, qui procederet,*  
*quoties ejusdem agri plures si-*  
*miles Domini darentur; ex*  
*quibus concludit in judicando,*  
*& consilendo tenendam esse,*  
*prout magis receptam hanc*  
*opinionem favore feudatarij:*  
*videlicet, si quis inveniet The- 28*  
*saurum in loco feudalī debetur*  
*feudatario, secus verò Domino*  
*directo, ut sectantur quoque*  
*Binsidel. de Regalibus cap. 3.*  
*num. 402. Bocerus de Regalib.*  
*claus. 4. disput. 3. thes. 48. Meje-*  
*rurus in Question. illustr. ad lib.*  
*2. Institut. qu. 18. Harpprecht.*  
*in §. Thesauros, Institut. de*  
*Rer. divis. Molin. de Primog.*  
*lib. 2. cap. 23. num. 7. Rosen-*  
*thal. de Fend. cap. 5. conclus. 93.*  
*Sixtinus de Regalib. lib. 2. cap.*  
*21. num. 48.*

Rā.

- 29 Ratio prædictæ sententiæ, quæ feudatario faveret, est: quoniā naturalis æquitas suadet, eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda, text. in l. Secundum naturam, de  
 30 Reg. jur. Atqui ad vassallum spectant incommoda particularia fundi feudalīs, tit. 4. §. Si quis de Manso, lib. I. feud. & §. 3. Institut. de Locat. Igitur ad eundem quoque debet spectare commoda particularia, qua-  
 31 le est Thesaurus. Accedit, quod cum omnē incrementum fundi feudalīs pertineat ad vassallūm, dict. §. 3. Institut. de Locat. l. I. ff. Si ager vectigal. pet. & c. unic. tit. 4. lib. I. Feud. Sed  
 32 Thesaurus est quoddam prædij incrementum; igitur ad vassallūm, aut in totum, aut pro parte Thesaurus pertinebit.  
 33 Sed circa præsentem difficultatem aliter philosophatur Rebell. part. I. lib. I. quest. 15. sect. 2 num. 16. Et si Doctores, ait, communiter innuant, quādo fundus ad unum spectat, quoad dominium directum, qui proprietarius dicitur, ad alterum verò quoad dominium utile, & in feudo, & alijs; si unus ex his Thesaurum in eo inveniat, alteri dare debere dimidium; id tamen accipendum esse, quantum est ex parte ejus, quod habetur ratione dominij utriusque præcisè: nā

absolutè cum inventori, ratio- ne inventionis, dimidium de- beatur, non secus, ac cuiusvis extraneo, & ratione dominij partialis debeatur dimidium reliqui dimidijs fit, ut inventori tres partes debeantur, quar- ta verò tantū alteri danda sit.

Quibus annexate, quòd si 34 Dominus directus inveniat Thesaurum in agro suo, in quo alius habet usumfructum tan- tūm non tenetur partiri cum usufructuario; sed totum fa- ciet suum; & si extraneus in- veniat, partiri debet cum di- 35 recto dominio fundi, & non cum usufructuario, eò quod ad illum soli fructus fundi perti- neant; inter fructus verò fun- di non censetur Thesaurus in 36 eo inventus ex l. Divortio, §. Si fundum, ff. Solut. matrim. Un- de nec ipsi usufructuario invenienti, aliquid ratione ususfra- ctus conceditur, præter dimi- dium ratione inventionis, pro- ut suspicatur ipse Rebellius.

Verūm his non obstantibus 37 non desunt auctores asseren- tes in tali casu nihil compe- tere vassallo; & ita docet Bo- cerus in Disput. de univers. jur. tom. 2. claf. 5. disput. 3. thef. 48. & in tract. de Regal. cap. 3. nū. 181. Hunnius in Resol. jur. ci- vil. lib. 2. tractat. I. quest. 37. Harpprechtus in Institut. tom. 2. §. 29. de Rer. divis. num. 21. Ber-

lichius in Conclusion. practicab.

part. 2. conclus. 2. nu. 58. § 60.

38 & alij penes ipsos. Et ratio est; nam certi juris est, quod Thesaurus in loco alieno, non data opera repertus, pro media parte inventori, pro altera Domino loci cedat, hoc §. *Nostrō, dict. l. Si is qui, 63. in princip. ff. de Acquir. rer. domin. s. æ. pè allegata l. unic. vers. ultim. C. de Thesaur.* At verò prædij

39 feudalis Dominus est, non cliens, sive vassallus; sed Dominus ipsius feudi tit. 8. de Investit. de regal. fact. § final. ibi: *Proprietas, § tit. 23. in fin. in quib. feud. amitt. lib. 2. Feud.*

40 Prædij emphyteutici Dominus non est emphyteuta, sed proprietarius, sive is, à quo ille prædium in emphyteusin accepit per text. express. in l. i. §. ult. ff. *Si ager vectig. id est emph. petat.* Consequenter ergo Thesaurum in fundo feudali, vel emphyteutico à tertio quodam inventum, ex semisse ad inventorem, ex altero semisse ad proprietarium,

41 nequaquam verò ad vassallū, vel emphyteutam spectare, ut recte favore Domini directi probat Montanus de Regalib. versic. *Et dimidium Thesauri.* Deinde ex l. *Fructus, 7. §. Si fundum, vers. Nō magis, ff. Solit. matrim.* patet Thesaurum ab usufructuario, vel alio quodam in fundo fructuario reper-

tum in fructu non computari;

ut dixit Lagunez de Fructib:

part. I. cap. II. & propterea partem ejus dimidiā Domino proprietatis tribuendam esse. Atqui vassallus in prædio 42 feudal, ut & emphyteuta in prædio emphyteutico usumfructum tantum obtinet, dict. tit. 23. §. ultim. lib. 2. *Feud.* & dict. l. i. §. ultim. ibi: *Fundum fruendum conduxerunt, ff. Si ager vectig.* Ergo.

Denique accedit vulgatum 43 juris axioma, Actus agentium ultra intentionem eorum nihil operari, l. *Non omnis, 19. in princip. ubi Bart. & Doctores, ff. de Reb. cred. Si cert. petatur.*

Gomez Var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 4. versic. Sexto, Cor. lib. 3: *Misc. cap. 15. num. 6. Covarr.*

*Var. resol. lib. 1. cap. 2: num. 2.* Inter Dominum autem, qui prædium suum in feudum dedit, & ipsum vassallum, sive clientem id actum est, ut hic dumtaxat usumfructum in prædium feudale haberet, dict. tit. 23. in fin. lib. 2. *Feud.* Similiter inter emphyteutam, & 45 dominum concedentem fundum suum in emphyteusin, id agi censetur, ut emphyteuta fundum in emphyteusin accipiens, eo solùm utatur, & fruatur, præalleg. l. i. §. ult. ibi: *Fundum fruendum, ff. Si ager vectigalis, &c.* Quare neque vas-

salus in prædio feudale, neque em-

emphyteuta in prædio emphyteuticario ultra usumfructum quicquam habet: ac proinde Thesaurum, quem in ejusmodi prædio invenerit, ex semisse Domino restituere compellitur: ex altero semisse sibi, ut quivis extraneus inventor vindicare potest, ex §. Thesauris, & alijs juribus supra allegatis. Ergo, &c.

47 Verum licet hæc omnia ingeniosè dicta sint, ego non audeo recedere à communis sententia. Dico itaque, quod quando fundus duobus Dominis subest, dimidium erit inventoris, & alterum dimidium inter illos ex æquo est dividendum tanquam inter Dominos loci.

48 Ex quo sequitur, si Dominus utilis (ut feudatarius) inventiat Thesaurum, reddet Domino directo tantummodo quartam partem, & sibi reservabit alteram quartam partem, quatenus est inventor: quod est contra Navarr. cap. 17. num. 172. & quædam alios: Ratio est, quia idem est inventor, & sic debetur illi dimidium, & est etiam dominus loci ex parte unde ei debetur altera quarta.

49 Conductoris autem, & usuarij nulla habetur ratio, quia nullo modo sunt Domini. Idem dicendum de pignoratore: & ideo Diecastill. de Justit. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 15. num. 416.

50 asserit; in casu, de quo loqui-

mur, inventorem posse sibi retinere dimidium, quatenus inventor est, reliquum verò dimidium dividendum esse inter condominos. Quare si ipse, & inventor sit condominus, tres partes sibi retinebit; duas, ut inventor, tertiam ut dominus. Porro inter Dominum directum, & utilem dividendam esse partem, quæ ad Dominum fundi spectat, docet Molin. disput. 56. loquens de fundo emphyteutico, quamvis alij Doctores senserint totum tradendum esse emphyteutæ. Ita Diecastillus, cui etiam adde Rodriguez in Summ. tom. 2. cap. 160: num. 3. sic afferentem: Si la tierra, donde se halla el Tresoro, tiene dos Señores, uno directo, y otro util; la mitad es del que se halla, y la otra mitad de los dichos Señores. De a qui sigue, que si el Señor util, como es el feudatario, o el emphyteuta halla el Tresoro, ha de dar al Señor directo la quarta parte, y reservar para la otra, en quanto es Señor de la dicha tierra, y en quanto halló el Tresoro, ha de llevar la otra mitad. Vide etiam Megal. in p. 2. lib. 2. quest. 2. num. 15. & 18. Lugo tom. 1. de Justit. cap. 6. sect. 11. num. 120. Molina de Justit. tom. 1. disput. 56: Less. lib. 2. cap. 5. dub. 19. num. 61. & alios penes ipsos:

Un-

54 Unde in hac ancipi<sup>t</sup>i quæstione distinctione utendum est, ut magis veritati proximi simus; nimurum si Thesaurus in fundo feudali inveniatur ab extraneo fortuitò, tunc in duas partes dividi debet, quarum una ad inventorem spectat; altera verò dimidia pars dividetur inter feudatarium, & Dominum directum. Sin autem Thesaurus ab extraneo reperitus sit, talis Thesauri inventor nullum juvamen, nec commodum sentiet; sed totus Thesaurus inter feudatarium, & Dominum directum partiri debet. Quando in loco feudali à feudario Thesaurus inventus est: tunc hujusmodi inventor habebit partem, quam leges inventoribus deferant, & hoc ratione inventionis, & consequitur quoque dimidiā dimidiæ partis; ita ut adepta parte, jure inventionis debita; altera dimidia ratione dominij loci, ex æquò dividetur inter vassallum, & Dominum, seu feudatarium, & Dominum directum; & idem statuendum est si forte directus Dominus in loco suo, alteri in feudum dato, Thesaurum invenerit.

57 Nam inventor iste habebit unam Thesauri partem jure inventionis, reliquam inter ipsum, & feudatarium dividenda est; & hanc distinctionem amplectuntur Molin. de Justit.

et jur. tom. 1. disput. 56. Diana. tom. 6. Oper. moral. tract. 4. regul. 6. §. 5. Valasc. de Jur. emphyt. quest. 15. Antonell. de Loc. legal. lib. 2. cap. 30. num. 16. in fin. Megala lib. 2. quest. 2. num. 15. et 18. part. 2. Lessius lib. 2. de Justit. et jur. cap. 5. dub. 19; num. 61. Dicastill. lib. 2. de Justit. et jur. tractat. 2. disput. 9. dub. 15; num. 416. Rodriquez in Summ. cap. 160. num. 3. part. 2. Silvester in Summ. verb. Inventum, n. 12. Gutierrez lib. 4. Practic. quest. 36. num. 28. Angel. in § Thesaur s, num. 3. Institut. de Rer. dirvis.

Et pro hac nostra opinione 58 adest Christianus Decis. Belg. 17. tit. 15. vol. 5. ubi ex quodam Arresto asseverat Thesaurum inventum in tres partes divisum fuisse: videlicet inter inventorem, proprietariū fandi, & Dominum merum imperium habentem. Favet nobis quoque Bacquetus tractat. 5. de Jurib. just. art. 10. ubi refert, quod Thesaurus distri- buendus erit, nempe dimidiæ pars Domino loci, altera dimidia Domino merum imperium habenti: & inventor, qui in alieno fundo reperit, tertiam partem habebit, tertiam proprietariū, & tertiam merum imperium habens, ut tradunt quoque Arnold. de Reyger. in Thesaur. juris, verb. Thesau- rus, Arismin. Tepat. Compend. de-

decisit. 545. Bacquet. in tractat. des Justices cap. 33. num. 6.  
 59 Infertur hic Thesaurum inventum in locis demaniaibus Universitatum Regni Neapolis dimidium ad Regis, & dimidium ad inventorem accinere, si non data opera inventatur; si de industria, totus ad Regem pertinebit: quoniam non dicitur iti fructus, & ideo cedit directo Domino, l. 8. §. Si fundum, ff. Solvit. matrim. Loca 60 demanialia Universitatum sunt sub directo Regis dominio, teste Montano de Regalibus in verb. Argentaria, num. 12. Extra Regnum Neapolis Thesaurus Universitati cedet pro parte, quae spectat ad Dominum loci; altera inventori servata, si casu inventus sit; quoniam dominium bonorum Universitatis ad eam pertinet. Si Thesaurus inventatur in locis non demaniaibus Universitatis; tunc cum sint in pleno ejus dominio, debent habere Thesauri dimidiata parem. Si in 61 locis ad publicum usum Universitatis deputatis Thesaurus inventus sit, quamvis in Universitatum dominio sint, per illam tantum, §. Universitatis, ff. de Rer. divis. tamen ad Regem pertinere docemur ex §. Thesauros, de Rer. divis. quia 63 ad Regem spectat Thesaurus inventus in loco publico, vel publice deputato, ut ex Co-

varr. in cap. Peccatum, §. final. de Regul. jur. in 6. Peregr. de Jur. Fisc. tit. 5. num. 8. in fin. sequitur Montanus de Regal. versic. Et dimidium Thesauri, num. 7. ad fin.

*S V M M A R I V M .*

- 1 Prescribens inter utiles Dominos numeratur.
- 2 Dominium subalternum quate sit apud Eartoli aseclas.
- 3 Dominium adversariū quale sit.
- 4 Thesaurus inventus in fundo praescripto, cui acquiratur.
- 5 Praescriptio non acquirit dominium directum, sed tantum utile.
- 6 Praescribens longi temporis praescriptione decem, vel viinti annorum habet directum dominium, & dicitur verus Dominus.
- 7 Thesaurus inventus in loco praescripto, pro dimidia parte spectat ad praesribentem tanquam ad loci Dominum.
- 8 Praescribens habet verum, ac perfectum dominium.
- 9 Dominium utile, quoad acquisitionem Thesauri preferatur directo.
- 10 Praescribens quando non posset petere fundum, si a possessione caderet.
- 11 Thesaurus repertus in loco pra-

*præscriptio spectat ad præscribentem.*

- 12 *Praescribens, qui utile dominium adeptus fuit, donec possidet, directo domino præfertur.*
- 13 *Praescribens habens utile dominium, quando, ex quo valeat avocare.*
- 14 *Si priusquam bona fidei possessor præscripferit, adversus ipsum agat, ex obtineat verus dominus, quid sentendum.*
- 15 *Thesaurus non est in fructu.*
- 16 *Intellectus §. Peclndum, Institut. de Rer. divis.*
- 17 *Et quid si reperiatur Thesaurus in fundo, vel domo reddititia:*
- 18 *Bona censualia sunt in totali dominio ejus, qui censem, persolvit.*

*Inveniens Thesaurum in loco, quem ipse inveniens præscripsit, sive longi temporis possessione illius loci Dominus factus est: an prout Dominus totum Thesaurum acquirere?*

**S**uperficiarii, usufructuarii, emphyteutæ, & feudatarii exaratis percunctationibus, ei, qui præscriptione, vel longi temporis possessione dominium loci acquisivit, proximum locum tribuendum existimavit Bitschius, cum præscribens inter utiles quoque Dominos numeretur. Accursii, Bartolique scholam stantes utile dominium non unius generis; sed multiplex esse scripserunt, & subdividi in subalternum, quod dominio directo prout superiori subest, veluti, quod habent usufructarius, emphyteuta, & vassallus. Et adversarium, à quo directum dominium nequamquam recognoscitur tanquam superius, sed potius opponitur, ut passim invenimus communiter apud Doctores in *Auctent. Trienale, C. de Bon. mastern. Bartol. Zasius, Alciatus, & alii in l. 17. §. 1. ff. de Acquir. possess. Scheneidevinus in Rubric. Institut. de Viscapion. num. 20. ex in §. Singulorum, num. 5. Institut. de Rer. divis. Corras lib. 5. Miscellan. cap. 20. num. 2. quo circa nunc percūtatur, an Thesaurus, quem quis in loco suo invenerit fiat totus inventoris; quamvis hic præscriptione, vel longi temporis possessione ejus loci Domini*

*mi-*

minus factus sit, vel clariūs dubitationis scopus sic propo-nendus, scilicet, si quis præ-scripserit fundum, in quo re-peritur Thesaurus, cui debeatur dimidia pars, quam leges Domino loci deferunt, an Do-mino, an vero præscribenti? Dubitationis ratio increbre-scit, ex quo juxta communem Doctorum sententiam per præ-scriptionem nō acquiritur do-minium directum, sed tantum nanciscimur dominium utile, argument.text.in l. i. §. ultim. ff.de Aquapluvia arcend.l.13. S. I. ff.de Jur.juran. Glos. in l. 20.verb.Ufucap.C.de Pact. & in l.8.pr.verb.Alienam, C.de Prescript.30.ann. DD. in dict. l.17.S. I. ff.de Acquir.possessff. Angel.Aretin.ad Rubr. Institut.de Ufucap.num.7. Scheneidevv. dict. S. Singulorum,num.5. In-stitut.de Rer.divis. & dict. ru-bric.Institut. de Vfucap. num. 62.Balbus in tract.de Prescrip. part.2.princip.quest.1.per tot.

6 Favet ex adverso præscri-benti, siquidem qui longi tem-poris præscriptione, nimirūm decem, vel viginti annorum loci, sive fundus Dominus faetus est, is non solūm utile do-minium, sed quoque habet di-rectum, sive verum, propriū, plenum, ac perfectum domi-nium, & verè Dominus dici-tur, ut elicimus ex princip.In-stitut.de Vfucapion. §. ultim.In-stitut.de Vfucap. & habitat. S. Sin-

gulorum, i i. Institut.de Rer.divis.l.12.ff.de Reivindicat.l.28. ff.de Regul.jur. l.20.ff.Ex qui-bus caus.major.l.20.C.de Pact. l. i. §. ultim. ff.de Public. L.10. §. 2.ff.de Rer.divis.l.7. §. ultim. ff. Pro emptor. ut quoque se-quuntur, & vidēdum est apud Bachovium ad Treutlerum. volum.2.disput.22.thes7.lit.B Corras.lib.6.Miscellan cap.20 num.3.& seqq. Duaren.ad tit. de Vsurpat.cap.5. Mynsinger ad rubric. Institut. de Vfucap. num.7.8. & 9. Fachinæum lib.1. Controv.cap.70. Donell.lib.5. Comm. cap.29. Obrecht. dict. disput. de Dominio, cap.33. & 29 prolixius disput. de usucap. et seqq. Pinell.in Authent.Nisi triennale, C.de Bon. matern. num.36. & seqq. Gilken.in tra-ctat.de Prescript.part.1.cap.3. Parladorium lib.1.Rer. quotidi- cap.1: §.2. Bachovium in Not. & animadv.ad Treutl.vol. 2. disput. 22.lit.B. Colleg.Jur.Ar-gent.lib.41.tit.1. in fin. & tit.3. Unde in quæstione, quod vi-7 delicet, qui ex præscriptione, vel potiūs ex longi temporis posses-sione, sive ex usucapio-ne loci, in quo reperitur The-saurus præscribens Dominus sit, Thesauri partem, quam le-ges inventoribus tribuunt, suā faciet. Qui favore præscriben-tis resolvunt, absolute fundan-tur in eo, quod præscribens 8 habet verum, plenum, ac per-P p etum

fectum dominium : Quidam  
verò è conversò nituntur eo,  
scilicet, præscriptionem utile  
dominium tribuere , & utile,  
directo in Thesauri acquisitio-  
ne præferri voluerunt Gloss.  
marginal.in §. *Thesauros*, In-  
stitut.de Rer.divis. Angel. A-  
retin. in dict. §. num. 5. Faber  
ibid.num. 3. Mynsinger. ibid.  
num. 8. Sibi contrarius in Ru-  
bric. Institut.de Viscapion. nu-  
m. 7. Bursat. consil. 209. num. 15.  
lib. 2. Lagus dict. part. 2. cap. 28.  
num. 11. Farinacius in *Prax.*  
*criminal.* de var. & divers.  
quest. 104. num. 17.

10 Nonnulli non absolutè fa-  
vore præscribentis decernūt,  
sed distinctione utuntur , ut  
sunt Angelus , & Aretinus in  
§. *Thesauros*, Institut. de Rer.  
divis. Videlicet si præscriptio  
facta fuit sine titulo, & sic per  
triginta annos, & dominus fü-  
di possidet ; præscibens illam  
petere nequit, sicut non posset  
petere fundum , si à possessio-  
ne caderet , ut in l. *Si quis em-  
ptionis titulo* , §. final. *C.de*  
*Præscript. trigint. vel quadrag.*

11 *annor.* Sin autem bona fide  
præscripsit , tunc Thesaurus  
pertinebit ad præscribentem,  
cum habeat actionem ad fun-  
dum ; secus verò si malam fi-  
dem habuit , ut sectanter An-  
gel. & Aretin. in §. *Thesaures*,  
num. 5. Institut. de Rer. division.  
Luc. de Penna. in l. unic. nu. 16.

*C.de Thesauris* , & ibi Platea-  
num. 3. versic. Et ideo præscri-  
bens. Bursatus consil. 209. num.  
15. lib. 2. Farinac. part. 3. *Prax.*  
*criminal.* quest. 104. num. 17.  
Quippè præscribens, qui utile 12  
dominium adeptus fuit, donec  
possidet, præfertur directo do-  
mino; & si possideret extraneus  
possit Dominus directus vin-  
dicare rem tanquam suam , &  
per consequens Thesaurum  
ibi inventum, dict. l. *Si quis em-  
ptionis titulo*, §. penult. & final.  
*C.de Præscript. trigint. vel qua-  
drag. annor.* Et præscribens 13  
habens utile Dominium, poten-  
tit ab eo avocare ; quoniam uti-  
lis actio , præscriptione ade-  
pta, adversùs dominum etiam  
conceditur , ut amplectitur  
Guidius lib 3. de Minerat. tit.  
10. quest. 9. num. 12.

Quid verò dicendum si 14  
priusquam bonæ fidei posses-  
sor præscripsit, adversùs ipsu-  
agat, & obtineat verus Domi-  
nus: an tunc bonæ fidei posses-  
sor Thesaurum inventum re-  
stituere teneatur? Affirmat Fa-  
ber in §. *Thesauros*, Institut.  
de Rer. divis. ductus ea ratio-  
ne , quoniam Thesaurus non 15  
est in fructu , ut habemus in  
l. *Divortio*, §. *Si fundum ff. Sol-*  
*lut. matrim.* ideoque restituat 16  
Thesaurum inventum , sicut  
de partu statuit Justinianus in  
§. *Pecadum* , Institut. de Rer.  
divis. & sequitur Guidius lib. 3:  
de

de Mineral. tit. 10. quest. 10.  
17 num. 14. Hic annexendum est  
pro hujs Capitis coronide,  
quod si reperiatur Thesaurus  
in fundo, vel in domo redditio-  
nia; videlicet si reddit quotan-  
nis nummum Sempronio, vel  
aliquid aliud, Sempronius ex-  
cluditur, quoniam medietas  
Thesauri pertinebit ad Domi-  
nus, alia medietas ad invento-  
rem; & sic judicatum fuisse  
attestatur Moles in quest. 10.  
part. 1. Et ratio decisionis tra-  
ditur à Mōtano de Regal. ver-  
sic. Dimidium Thesauri, nu. 7.  
18 in fin. Quoniam bona censua-  
lia sunt in totali dominio ejus,  
qui censum persolvit, ut de-  
promitur quoque ex cap. Con-  
stitutus, de Religiosis domibus.

## SUMMARIUM.

- 1 Expenditur text. in l. Divor-  
tio, §. Si fundum, ff. Solut.  
matrim.
- 2 Thesaurus inventus in fundo  
dotali non acquiritur ma-  
rito.
- 3 Maritus inveniens in fundo  
dotali, non dicitur in suo  
invenire.
- 4 Maritus dicitur Dominus  
rei dotalis.
- 5 Maritus constante matrimo-  
nio, an dicatur Dominus  
rei dotalis.
- 6 Quomodo intelligendus §. Si  
fundus, ff. Solut: matrim. l. 8.
- 7 Maritus restituere debet do-  
tem soluto matrimonio.
- 8 Possessor bona fide tenetur re-  
stituere fructus extantes.
- 9 Species textus in dict. §. Si fu-  
dum, proponitur.
- 10 Particula, Quasi, veritatem  
importat, ex interdum fi-  
ctionem.
- 11 Quid percunctetur in dicto  
§. Si fundum?
- 12 Aliquid esse nostrum quo-  
modis intelligatur.
- 13 Proprij, ex alieni nomen quid  
importet.
- 14 Omnes scire debent quod suum  
non est, hoc ad alios modis  
omnibus pertinere.
- 15 Vnusquisque est rerum sua-  
rum moderator, ex arbiter.
- 16 Cui tota administratio dem-  
pta est, is in bonis nihil ha-  
bet.
- 17 Pupilli, donec sunt sub Tuto-  
rum potestate, non sunt Do-  
miniuarum rerum.
- 18 Pupilli nihil differunt à ser-  
vis.
- 19 Tutores, ex Curatores loca  
Dominorum habentur.
- 20 Quod nostrum est sine facto  
nostro ad alium transferri  
nequit, nisi sit restitutioni  
obnoxium.
- 21 Quod est in are alieno, non  
dicitur nostrum.
- 22 Spes aliena quid faciat.
- 23 Heredes sui, vivente patre,  
dicuntur paternorum bono-  
rum Domini.

- 24 *Hereditas paterna debetur heredibus suis.*
- 25 *Expenditur Ulpianus lib. 6. Regul. tit. 20.*
- 26 *Res dotales soluto matrimonio ad mulierem revertuntur.*
- 27 *Nec pacto fieri potest, ut dos soluto matrimonio remaneat apud heredes viri.*
- 28 *Dos, quo pacto detur marito.*
- 29 *Res dotales quo pacto dicantur viri.*
- 30 *Res dotales quomodo sint conjugum.*
- 31 *Dominium rerum dotalium est apud maritum sicut et apud uxorem propriè.*
- 32 *Fictio cedit veritati.*
- 33 *Thefaurus inventus in loca dotali spectat ad uxorem.*
- 34 *Dominium rerum dotalium quomodo sit apud virum.*
- 35 *Maritus est dominus artifcialis rerum dotalium.*
- 36 *Causa dotis, ex qua dominium transfertur, est juris civili.*
- 37 *Maritus inveniens Thesaurum in funda dotali dimidiam partem sibi jure inventionis debitam retinet; alteram vero dimidiam post solatum matrimonium restituit uxori; et referuntur Doctores hanc opinionem sectantes.*
- 38 *Pars Thesauri inventi in fundo dotali pertinet ad uxorem quoad dominium.*
- 39 *Thefaurus non numeratur inter fructus fundi.*
- 40 *Thefaurus inventus in fundo dotali spectat ad uxorem tanquam ad Dominum loci.*
- 41 *Thefaurus soluto matrimonio debetur uxori.*
- 42 *Maritus acquirit Thesauri partem debitam inventori.*
- 43 *Pars Thesauri inventi à marito restitui debet uxori soluto matrimonio.*
- 44 *Acquisitio Thesauri regulatur à vero Dominio.*
- 45 *Maritus habet portionē Thesauri spectantis ad uxorem, quando sustinet onera matrimonij.*
- 46 *Dos ibi debet esse ubi est onus matrimonij.*
- 47 *Maritus quando non debet babere administrationem rerum dotalium.*
- 48 *Quid quoties fundus dotalis estimatus datus est marito in datem.*
- 49 *Maritus quando consequatur rei dominium.*
- 50 *Thefauri pars, qua Dominus fundi debetur, non ad uxorem, sed ad maritum tanquam ad Dominum attinet: secus erit si electio fuerit uxori servata.*
- 51 *Maritus ipse inveniens Thesaurum in fundo dotali, habet dimidium tamquam inventor.*
- 52 *Inventori debetur dimidia pars Thesauri.*

53 Extraneus inveniens Thesaurum in fundo dotali, pars, quæ debetur Domino loci est apud virum constante matrimonio; eo sploto, uxori restituenda est.

Ad quem pertineat Thesaurus inventus à marito in fundo dotali.


## C A P. XX.

- 1 **A**mbigendi ratio in hoc jacto themate, subordinatur ex text. in *I. Divortio*, §. Si fundum, ff. Solat. matrim. ubi habemus hæc verba: *Si Thesaurus fuerit inventus* (scilicet à marito in fundo dotali), *in fructu non computabitur*: *sed pars ejus dimidiare restitueretur* (nempe uxori) *quasi in alieno inventi*. Ex quibus verbis dignoscitur non acquiriri Thesaurum illum marito. Et ideo etiam ratio dicendi contraria adfertur, quod si maritus non in suo, sed alieno invenerit, atque sic statuerunt. Glossa in *I. unic. vers. Nam in suis*, C. de *Thesaur.* Castrensi in d. S. Si fundum, num. 4. in fin. Iason ibi num. 5. Zasius ibidem num. 6. Wesselbicus in §. *Tbesauros*, verb. *Alieno loco*; *Instit. de Rer. divis.* Donell. lib. 14. *Comm. cap. 4.* Garzia de *Expensis*, et meliorat. cap. 13.

num. 3. et 6. *Lagus in Method. jur. civil. part. 2. cap. 28. in fin.* ubi & hanc communem opinionem esse scribit Sixtinus lib. 2. *de Regalib. col. ult. num. 49.* quamvis ambiguè loquantur Farinac. d. *quæst. 104. num. 16.* Leoninus. d. lib. 1. *Emend. cap. 5. num. 11.* Rosenthal. d. cap. 6. *de Feud. conclus. 93. num. 3. sub glos. 6. et num. 5. & idem Garzia d. tract. cap. 22. num. 59.* ut creditit Bitschius.

Quod maritus in fundo dotali invenit, id propriè loquendo non in alieno, sed in suo dicitur invenisse. Siquidem maritus dicitur Dominus rei dotalis per text. in *I. 75. ff. de Jur. dotium*, *I. 7. §. ultim. l. 69. §. 8. ff. eod. l. 23. C. eod. l. 13. §. 2. ff. de fund. dotal. l. 21. §. 4. ff. ad Municipal. l. 9. C. de Reivindicat.*

Ast an maritus constante matrimonio dicatur Dominus rei dotalis, hic à nobis ad majorem rei enodationem prolixè indagandum est: at interim de hacce quæstione inspicio. Ossualdum ad Donell. lib. 14. cap. 4. lit. F. Pinellum in *I. 1. C. de Bonis matern. part. 3. nu. 12. Giur. bam ad Consuet. Meßanens. cap. 1. glos. 2. Gam. decif. 187. 207. 314. et 318. Lyklaman. lib. 7. Membran. eclog. 25. Costam in *I. Cum cali*, §. Si Arbitratu, num. 21 ff. de Condit. et demonstrat. Valasc. consultat. 105. Antunez de Donat. part. 3. cap.*



- cap.13. num.20. Amatum resol.*  
*13.n.29. Bachovium ad Treut-*  
*lerum vol.2. disput. 7. thes.6:*  
*Cui haud refragari cernitur*  
*text.in l. Divortio, §. Si fundum,*  
*ff. Solut. matrim. quoniam licet*
- 6 *ibi dicatur dimidiam partem*  
*Thesauri restituendam esse,*  
*non ideo infertur, maritum*  
*non esse Dominum illius par-*  
*tis restituendæ, nec jure domi-*  
*nii, prout in loco suo inven-*  
*tam retinere, donec existit*  
*matrimonium.*
- 7 *Hoc patet siquidem maritus*  
*quoque restituit ipsum fundū,*  
*soluto matrimonio; & tamen*  
*interim Dominus est. Idem de*
- 8 *bonæ fidei possessore asseren-*  
*dum. Nam is, postquam fun-*  
*dus evictus est, fructus extan-*  
*tes restituere tenetur; & tamē*  
*donec possidebat Dominus di-*  
*ccebat, text.in l.48. ff.de Ac-*  
*quir.rer domin. Eadem ratio-*  
*ne, quæ ex causa fideicommis-*  
*si quis recepit, restituere de-*  
*bet, & tamen donec retinet*  
*Dominus dicitur, nec proprie-*  
*tate caret, text. in l.54. ff.ad*  
*Leg.Falcidiam, text.in l.final.*  
*ff.de Usufruct.ear.rer.*
- 9 *Conducit, quod haud de*  
*substantia acquisitionis, sed de*  
*lucro rei acquisitæ quæstio est*  
*in dicto §. Si fundum, scilicet,*  
*utrum arbores cæsæ, & The-*  
*saurus marito in fructum ce-*  
*dant, aut in fructum compu-*  
*tari debeant. Quod enim ibi*
- legimus, nempe Thesauri par-  
tem restituendam esse, prout  
in alieno inventi, non urget  
juxta sensum Bitschii, quia am-  
biguum est, & non unum sen-  
sum habet. Zeno in l. penul. §. 2  
*(de Ædific.privat. statuit am-*  
*biguitatem gignere illa verba*  
*æquivoca quasi, & alieno. Et*  
*quod attinet ad particulam, 10*  
*quasi, licet sæpenumero veri-*  
*tatem importet, secundum*  
*Trottum ad Bartol. in l. i. ff. de*  
*Transact. quandoquidem ex*  
*natura sua fictionem denotat,*  
*quæ veritati adversatur, ut in*  
*l. 2. §. ult. ff. Solut. matrim. in-*  
*terdum similitudinem ostendit,*  
*ut in l. II. ff. eod. text. in §. Si*  
*quis, 9 ff. de Fideicomm. bared.*  
*ac proinde accipi potest hæc*  
*particula, ut fictionem impor-*  
*tet juxta Glossam, vel simili-*  
*tudinem secundum Dynum, &*  
*Bartolum. Unde in dicto §. Si*  
*fundum non queritur cui re- 11*  
*stituendus sit Thesaurus, sed à*  
*quo restitui debeat. Verbum*  
*autem, in alieno, quādoquidem*  
*non absolutè, sed secundum*  
*quid usurpari solet.*
- Quoties aliquid nostrū esse, 12  
vel nostrū fieri, sive acquiri af-  
seritur, aut simpliciter, & abso-  
lutè, sive pure, ut in l. fin. §. 2. (:
- Comm.de legat. Perfectè, ut in*  
*l. 38. §. 3. de Solut. l. Omnes, 139.*  
*(al. 181. §. 1.) ff. de Reg. Jur. In-*  
*plenum, l. 63. ff. de Cond. indeb.*  
*Plenissimè, & irrevocabiliter,*  
*l. 3.*

l.3. §.3. in fin. C. de Jur. domin. pleno jure, l.28. pr. ff. de Vsur..  
 impetr. τελειως Nov 108. cap. I. l.29. §.1. ff. Qui, & à quib.  
 In perpetuum §.3. Institut. de man. t. II. C. de Act. empt. & per-  
 Noxal. act. Aut secundūm perfecte argum. l.42. pr. versic.  
 quid, & certo respectu, adeo- Numquid, ibi: Quae dominio  
 que non purè d. l.ult. §.2. C. translato. pridem perfecta est,  
 Comm. de legat. Non perfecte ff. Mort. caus. donas. Nam non  
 d.l.139. §.1. de R.J. argument. ideo, minùs recte quid nostrū  
 dict. l.38. §.3. de Solut. Non in esse vindicabimus, quòd abire  
 plenum d.l.63. de Cond. indeb. à nobis dominiū speratur, l.66.  
 Non plenissimè, & irrevoca- ff. de R.V. nec quod conditio  
 biliter, argum. d.l.3. §.3. C. de existens efficit, ut servi desināt  
 Jur. dom. impetr. τελειως argu- hæreditis esse, facit non videan-  
 ment. d. Nov. 108. cap. I. Non tur interim ejus esse, d.l.1. §.4.  
 in perpetuum, argum. d. §.3. ff. ad S.C. Syllan. Alieni verò  
 Institut. de Noxal. action. Inter- potestate, & ratione futuri tē-  
 rim, l.48. pr. ff. de Acqu. rer. do- poris: quatenus exitus, sive evē-  
 min. l.13. §.2. ff. Famil. ercisc. istius acquisitionis, adeoque  
 l.12. §.5. (al.l.14. ff. de Vsur.) defectus, istius puritatis, ac  
 Medio tempore, l.1. §.4. ff. ad perfectionis, ac τοῦ ἀλλοτρίου με-  
 S.C. Syllan. l.9. ff. de Statu lib. l. deis, argum. d.l.139. §.1. ff. de  
 Vbi autem, 4. (al.l. Si ex duobus R.J. d.l.3. §.2. C. Comm. de le-  
 .6) §. Sed, & Marcellus, ff. de- gat. spectatur; cum enim hac  
 in diem add. & quæ hoc poste- ratione nos non beat, adeoque  
 riore modo nostra sunt, quasi in bonis nostris non sit, argum  
 13 beant: Propriū scilicet, & Ali- l.49. ff. de V.S. alieni naturam, 14.  
 ni: Propriū, sive Nostri; actu, & respectum habeat, necesse  
 & ratione præsentis temporis: est. Omnes enim seire debent,  
 (argum. verb. Interim, & ver- quod suum nō est, hoc ad alios  
 bo, Medio tempore) quatenus modis omnibus pertinere, l.ult.  
 substantiam cepit acquisitionis. C.Vnde vi. Adde Colleg. jur.  
 pri. ibi: Quamvis ipfis sit, In- Argent. lib. 22. tit. I. vers. T er-  
 stit. Quib. al. lic. l.23. ibi: Rei ti- tio si evinceretur, & lib. 21. tit.  
 bi quæsit a dominium, C. de Jur. 2. Thes. 6. num. 22.  
 dot. cum concord. d.l.1.2. §.2. ff. Cum unusquisque sit re- 15:  
 Fam. ercisc. d.l.1. §.4. ff. ad S.C. rum suarum moderator, & ar-  
 Syllan. &c. Et quidem etiam biter, text. in l.21. C. Mandat.  
 15

text. in §.2. versic. Dominorū, 16  
 Institut. de His, qui sui, vel  
 alien. jur. Unde cui tota admis- ni.

nistratio adempta est; is in bonis nihil habet, text. in l. 10. ff.  
*de Curat. furios.* & Dominus  
 17 rerum suarum non dicitur, ut  
 pupilli, & adolescentes donec  
 sub tutorum, & curatorum  
 potestate manent. Quippe li-  
 18 cèt sint Domini omnium; ta-  
 men à servis nihil differunt,  
 text. in §. 3. *Institut.* Per quas  
 person. nobis acquirit. & Tu-  
 19 tores, & Curatores ab ejus, &  
 potestatem administrandi res  
 eorum, quorum curam gerūt,  
 loco dominorum habentur, &  
 eorum personam sustinent,  
 text. in l. 7. §. 3. ff. *Praeemptore,*  
 text. in l. *Ade ea, ff. de Regul. Jur.*  
 text. in l. 56. §. penult. ff. *de Fur-*  
*tis.* Siquidem extimatur ex eo,  
 si significanter dominium à  
 nobis speratur abire, si haud  
 certum sit, nobis rem remane-  
 re, text. in l. 98. ff. *de Solut.* Si  
 res nobis ex casu auferri queat;  
 si eam nō irrevocabiliter pos-  
 sidemus, text. in l. 3. §. 3. *C. de*  
*Jur. domin. impetr.* Si alijs spem  
 in ea habentibus à nobis, vel  
 ab hæredibus nostris, etiam  
 invitis interdum restitui de-  
 bet, text. in l. 3. §. 2. *C. Commun.*  
 deleg. text. in l. 1. § 4. ff. *ad Se-*  
*nat. Consult. Syllan.* text. in l. 21.  
 ff. *de Hæredit. vel action. vedit.*  
 20 Ratio est, quia quod nostrū  
 est, sine facto nostro ad alium  
 transferri non potest, text. in  
 l. 11. ff. *de Regul. Jur.* Sed res,  
 quæ sunt restitutioni obnoxiae,

sine facto nostro ad alium  
 transferri possunt; igitur, &c.  
 Quod habetur in ære alieno, 21  
 non nostrum, sed alienum di-  
 citur, & proprium ejus, cui de-  
 betur, & ideo æs alienum nun-  
 cupatur in l. 213. ff. *de Verbor.*  
*significat.* & creditor suum re-  
 cipere dicitur in l. 44. ff. *de Con-*  
*dit. indeb.* quod respectu resti-  
 tutionis facienda, ratione do-  
 minij à nobis habituri, alienū  
 dicitur: id rectè spe, non re di-  
 citur alienū in l. 3. §. 2. *C. Cōm.*  
*deleg.* text. in l. 66. ff. *de Reivin-*  
*dicat.* text. in l. *Is damnum, ff. de*  
*Regul. jur.* ubi Faber in *Com-*  
*mentar.* aliud rem esse, aliud  
 spem explicuit. Spes aliena 22  
 non facit, ut interim donec ha-  
 beat dominium penes speran-  
 tem, & non apud possidentem  
 sit. Hoc modo statu liber, spem  
 libertatis habet, & libertatem  
 sperat, & prærogativa liberta-  
 tis sperandæ fruitur, text. in  
 l. 9. ff. *de Statu liber.* l. 8. §. 1. l. 14.  
 ff. *de Quest.* Et tamen interim  
 non est statu liber, ut docet Cu-  
 jacius ad African. *tract. 8. §. fi-*  
*nal.* ff. *de Furt.* sed servus no-  
 ster dicitur per text. in l. 12. ff.  
*Famil. erciscund.* & prout no-  
 strū vindicare possumus, text.  
 in l. 66. ff. *de Rei vindic.*

Eodem modo sui hæredes, 23  
 vivente patre, paternorum bo-  
 norum dicuntur Domini, ut  
 scripsit Lactantius Firmianus  
*lib. 4. Divinar. institut. cap. 29.*

Et

Et in jure nostro est text. in l.ii.  
ff. de Liber. & posthum. text. in  
§. Sui, Institut. de Rer. qualis.  
text. in l. i: §. 12. ff. de Success.  
edict. text. in §. Sui, 3: Institut.  
de Haredit. que ab intest. de-  
fer. Huc spectat, quod affatus  
fuit Chremes de filio suo apud  
Terentium in Heautontimor.  
act. I. scen. 1:

*Nisi ubi ille huc salvus re-  
dierit meus particeps.*

Ex spe, & voto parentum.  
text. in l.7. §. 1: ff. Si tabul. te-  
stam. null. extiter. donec non  
modo non aliena, sed ne qui-  
dem speranda bona illos ca-  
pessere scripsit Plinius ratione  
spei incertioris, quæ de facile  
fallere potest; sicut hæc non  
est, quam decipere parentes,  
nec volunt facile, nec possunt

24 temere: & tamen hæreditas  
paterna eis debetur, text. in  
l.7 ff. de Bonis damnat. text. in  
l.36. §. 2. C. de Inoffic. testament.  
l. final. §. 2. C. de Codicill. Et non  
sine periculo exhortationis,  
vel diminutionis usque ad le-  
gitimam. Et verum filius fami-  
lias, qua talis, nihil suum habe-

25 re potest, Ulpian. in Fragm.  
lib. regul. tit. 20. v. 9. l. 28. ff. de  
Vulgar. & pupillar. substit.  
versic. Quanquam, Institut.  
Quib. non est permitt. fac. test.  
Theoph. § penult. Institut. Quod  
cum eo. Sic denique in condi-  
tionali obligatione spes quidō  
est debitum iri, §. 4. Institut. de

V.O. & quis spem habet, ut  
actio competit, l. 54. ff. de V.S.  
eamque ipsam spem etiam in  
hæredem transmittit d. §. 4. ac  
ratione ejus spei pro creditore  
habetur, l. 10. & dict. l. 54. de  
V.S. sed tamen re ipsa non dum  
actio competit, dict. l. 54. nec  
incepit deberi l. 213. pr. d. i. sed  
tantum spes est debitum iri,  
dict. §. 4.

Res dotales soluto matri- 26.  
monio mulieri restitui debent,  
& earum dominium ipso jure  
ad eam revertitar, text. in l.30.  
C. de Jur. dot. Nec pacto fieri 27.  
potest, ut dos soluto matrimo-  
nio apud viri hæredes rema-  
neat, text. in l.2. de Pact. dotal.  
nè quominus dos mulieri red-  
datur, text. in l.16. de Pact. do-  
tal. cum dos eo voto detur, ut 28.  
semper apud maritum sit, text.  
in l.1. ff. de Jur. dot. & eo voto  
matrimonium contrahitur, ut  
individuum sit, text. in §. 1. In-  
stitut. de Patr. potest. Res dota-  
lis. marito dicitur aliena, & 29.  
uxori sua, sive propria: mari-  
tum respectu ad præsens tem-  
pus habito; adeoque re ipsa, &  
actu; uxorem vero respectu  
exitus, sive futuri temporis,  
adeoque spe tantum, & spore-  
state per anticipationem do-  
minium dotis habere dicitur.  
Unde res dotales, constante 30  
matrimonio, marito, spe, & po-  
testate alienas; re vero, & actu  
proprias esse, ut tradunt Za-

sius lib.2. Singul.intellect.cap.5.  
num. 6. Mejer. lib.2, Institut.  
quest.38. Antunez, cum ibi re-  
latis, de *Donationibus* part.3.  
cap.13.num.31.

31 Verum quidem est, rei ve-  
ritate inspecta, dotalium rerū  
dominium uxoris esse, teste  
Montano de *Regalib. versic.* Et  
dimidium *T hesauri*, num.6.  
fictione verò juris mariti; ideo-  
que maritus fictitius Dominus  
dici potest, uxor verà domina-  
dotis, ut probatur ex text. in  
l.30.C. de *Jur. dot.* ubi res dota-  
les ab initio uxoris fuisse, & na-  
turaliter in ejus permanisse  
dominio; non enim quod legū  
subtilitate transitus earum in  
patrimonium mariti videatur  
fieri, ideo rei veritas delecta,  
vel confusa est, & diserte ita  
statuit Cujacius lib.10.obsr.32.  
& in Mercatore lib.3. cap.9. Cū  
32 itaque rationi consentaneum  
sit, ut fictio veritati cedat, quod  
etiam in specie dict. l.30. Justi-  
nianus sancivit, & verus Da-  
minus fictitio præferatur; id  
circò etiam Thesaurus in fun-  
do dotali inventus non ad ma-  
ritum, tanquam ad fictitium,  
sed ad uxorem tanquam ad ve-  
ram fundi Dominam pertine-  
re videtur.

33 Verum hic primò non sim-  
pliciter concéendum est, ma-  
ritum esse fictitium Dominū,  
aut nuda fictione juris, res do-  
tales in dominio mariti esse, id

quod etiam in dict. l.30. non  
dicitur, potest autem admitti  
ea significatione, si fictitium  
non pro simulato, aut falso; sed  
pro factitio, sive artificiali ac-  
cipiamus: & non tam ei, quod  
verum, quam ei, quod natura-  
le est, opponamus, argum. i. i.  
ff. de *Adopt.* & §.4. *Instit. eod.*  
Juncto Aristotele lib.2. *Physic.*  
cap 2. & lib.4. *Meteor.* cap.3.  
Est enim maritus verè quidem 31  
Dominus rei dotalis, non ta-  
men naturalis, sive naturali ac-  
quirendi modo dominus effe-  
ctus; sed artificialis, & ficti-  
tius; ex legum subtilitate, sive  
invento juris civilis, argumen-  
t. u. s. i. C. de *Legitim. hered.*  
l. u. s. C. de *Testam.* itemque ar-  
gum. textuum, & παραπάτως  
Theophili in §.1. *Institut. de*  
*Tutel.* §.11. *Institut. de Rer. di-*  
*vis.* & §.2. de *V夫fr.* Cum caū-  
sa dotis, ex qua dominium 36  
transfertur non juris naturalis,  
sed civilis sit. Colleg. Jurid. Ar-  
gent. dict. lib.23. tit.3. thes.18.  
Deinde etiam neganda venit  
consequentia. Utique enim fi-  
ctiones legum in omnibus iis  
casibus, in quibus locum ha-  
bent, & propter quos introdu-  
cta sunt, veritati præferuntur;  
cum vel ideo introductæ sint,  
ut in possessionem veritatis ve-  
nirent, & effectus illos conse-  
querentur exemplo Adoptio-  
nis, Postliminii Publicianaæ  
actionis, &c.

37 Ex quibus omnibus conclu-  
dendum est, quod si maritus  
inveniat Thesaurum in fundo  
dotali, dimidiam partem sibi,  
jure inventionis debitam reti-  
nebit: alteram verò dimidiam  
soluto matrimonio, uxori re-  
stituet, ut per text. in l. Divor-  
tio, §. Si fundum, ff. Solut. ma-  
trimonio, sequuntur, & am-  
pleteuntur Glossa in l. unic. ver-  
bo, Nam in suis, C. de Thesaur.  
Navarr. Manual. cap. 17. num.  
173. Aretin. in §. Thesauros,  
num. 8. Institut. de Rer. divis.  
Bursat. conf. 209. num. 8. lib. 2.  
Bitschius opusc. de Thesauris,  
part. 1. cap. 8. §. 189. Rosenthal.  
de Feud. cap. 5. conclus. 93. nu. 5.  
Farinacius Prax. crimin. part. 3.  
quest. 104. num. 110. Antonell.  
lib. 2. de Loc. legal. cap. 30. num.  
19. Luc. de Penn. in l. unic. num.  
16. Platea num. 3. C. de Thesaur.  
Diana tom. 6. Oper. moral. tract.  
q. resol. 7. Cardinal. de Luc. de  
Dot. discurs. 160. num. 28. Hun-  
nius ad Treutler. vol. 2. disput.  
18. thes. 2. quest. 17. Molin. di-  
sput. 56. Turrian. tom. 2. disp. 43.  
dub. 2. num. 33: Garzia de Ex-  
pens. cap. 22. num. 49. Klochius.  
lib. 2. de Ærar. cap. 16. num. 20.  
Gutierrez lib. 4. Practicar. qua-  
stion. 36: num. 36. & 37. & de  
Tutel. part. 3. cap. 26. num. 13.  
& 15. Lagunez de Fructibus,  
part. 3. cap. 11. num. 37. Barbosa  
in l. Divortio, §. Si fundum,  
num. 23. & 24. ff. Solut. matri-

mon. Barbat. de Divis. fruct.  
part. 1. cap. 17. num. 66. Molina  
lib. 2. de Primogen. cap. 23. nu. 6.  
Guid. lib. 2. de Mineral. tit. 10.  
num. 22. & doctissimus Consi-  
liarius Altimar. tom. 3. de Nulli-  
tat. contract. rub. 1. sect. 2. sup-  
plem. quest. 35. num. 134. versic.  
Thesaurus; licet adversùs hāc  
communissimam sententiam  
minus tutè cōtrarium ample-  
ctatur Antunez de Donat. par.  
3. cap. 13. num. 39. versic. Cum  
igitur.

Pars enim Thesauri inven- 38  
ti, quæ à legibus defertur Do-  
minis loci, pertinet ad uxorem,  
quo ad dominium, ut habemus  
in dicta l. Divortio, §. Si fun-  
dum, ff. Solut. matrim. quoniam  
ut asleverat Hunnius ad Treut-  
lerum vol. 2. disput. 18. thes. 2:  
quest. 17. Molina de Justit. ex  
jure disput. 56. Molin. de Pri-  
mogen. lib. 1. cap. 23. Gutierrez  
de Tutel. part. 3. cap. 20. nu. 15:  
Thesaurus non connumeratur  
inter fructus terræ, ut latè  
probat Lagunez de Fruct. par.  
3. cap. 11. Quocirca rectè Di-  
castill lib. 2. de Justit. ex jur. tra-  
ctat. 2. disput. 9. dub. 15. nu. 417.  
colligit Thesaurum invētum 40  
in fundo dotali, spectare ad  
uxorem, quò ad eam partem,  
quæ Domino fundi debetur. Et  
licet fundus dotalis pertineat  
ad virum, quò ad usumfructū;  
simpliciter tamen est uxorius:  
Siquidèm Thesaurus, ut sàpè

relatum est, non computatur inter fructus agri. Ideoque so-  
 41 luto matrimonio debetur uxori, vel facto divorcio, quod ad eam partem. Id ipsum insequitur Guidius lib. 3. *de Mineral.*  
*tit. 10. nu. 22.* ubi sectatur, quod  
 42 maritus acquirit dimidiā partem Thesauri debitam inventori. Alia verò dimidia, quæ ratione rei debetur, est uxoris.  
 43 quam tenetur maritus ipsi restituere, soluto matrimonio. Ita dicit Bart. in *I. Divortia*, §. Si fundum, ff. Solut. matrim. & ibi Ias. in *ultim. nos.* & Angel. Aretin in §. *Thefauros*, *Instit.* de *Rer. divisi.* & ita concordan-  
 tur *Glossa de Thefaurois*, & in dict. §. *Thefauros*, & idem di-  
 cit Platea in dict. *I. in fin. 1. col.*  
 44 Et ratio est, quia acquisitione Thesauri causatur, & regulatur à vero dominio non commutabili, non autem à domi-  
 nio commutabili, prout est in viro, qui dominus est fundi-  
 dotalis commutabilitè, ut in *I. Doce ancillam*, C. *de Rei vin- dic.* & ideo restituet Thesaurū, soluto matrimonio, pro dimidiā, tanquam inventum in alieno, d. §. Si fundum. Quæ omnia ex Theologis docent Filiuc. tom. 2. tractat. 31. cap. 6. nu. 138. Molina de *Justis*. tom. 1. disput. 50. & Trullench. in *Decal.* tom. 1. lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 5. cum Dicastillo lib. 2. tractat. 2. disput. 9. dub. 15. num. 207. & Rebellio

part. 1. lib. 1. qu. 15. sect. 2. n. 13.

Sed hæc sententia admitti potest cum Megala in p. 2. lib. 24. quæst. 2. num. 20. cum duabus limitationibus. Primò, ut tunc tantum maritus constante matrimonio, habeat usum, & administrationem portionis Thesauri, qui pertinet ad dominum, quando substinet onera matrimonij: nam dum dos ibi esse debet, ubi sunt onera matrimonij, ut habetur in *I. Si is, qui, ff. de Fur. dat.* Sicut maritus tunc dotis, usum, & admini- 47 strationem habere nō debet per dictam *I. Si is, qui, & per dicta à Paulo de Castro in I. De divisione*, num. 13. ff. Solut. ma- trim. & à Ias. ibi in num. 2. ita nec etiam habere debet admini- strationem portionis dicti Thesauri, quæ ratione ipsius dotis ad ipsum spectat. Secun- dò limitatur, non habere locū 48 in casu, quo dotalis fundus ita estimatus marito in dote da- tus esset, ut in casu restitutionis dotis, sit in electione illius, an velit fundum, vel pretium ejus restituere: Antunez *part. 3. de Donat*, cap. 13. Nam cum talis estimatio faciat emptionem, 49 & maritus rei dominium per illam consequatur, ut ex *I. Quo- ties*, & ibi *Salycketus*, C. *de Jur.* dos. portio illa, quæ fundi Domino debetur, non ad uxorē, 50 sed ad maritum, tanquam ad verum Dominum, pertinere.

debet. Sed secus erit, si electio uxori servata sit, cum tunc non transferatur dominium, ut in 1. Quoties, & in l. Si inter virum, C. de Jur. dot. & in l. i. C. de Fund. dot. Platea in l. i. n. 6. ad finem, versic. Quare aliquis fodit pecuniam, C. de Thesaur. lib. 10. Aret. in §. Thesauros, nu. 2. Institut. de Rer. divis. Peregrin. de Jur. Fisci lib. 4. tit. 2. rubr. de Thesaur. & metalli. nu. 10. in 8. conclus. Bursat. dict. conf. 209. num. 12. ad med. Vasc. de Jur. empbyt. d. quast. 15. num. 8. in fin.

51. Quæ hactenus dicta sunt intelligi debent, quoties maritus ipse invenit Thesaurum in fundo dotali, quo in casu efficitur Dominus illius pro parte dimidia, tanquam si eum inventisset in fundo prorsus alieno. Quippe dimidia pars illa tribuitur illi, ratione inventionis, & apprehensionis; sicuti cuilibet alteri extraneo daretur; non vero ratione alicujus dominij, ut ex Glossa in l. unic. C. de Thesauris, Barbosa in l. Divortio, §. Si fundum, num. 23. ff. Solut. matrim. tradidit Gutierrez lib. 4. Practic. quast. 36. num. 37.

52. Sin autem Thesaurus reperiatur ab aliquo tertio in fundo dotali, dimidia pars, quæ Domino soli competit, apud virum esse debet, constate matrimonio: eo vero soluto; vel

divortio facto, uxori restituenda est, ut sectansur Gutierrez ubi supra num. 36. Salon. de Justit. & jur. quast. 66. art. 5. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 23. num. 2. & 6. Alter Molina de Justit. & jur. disput. 56. & in hoc sensu intelligendi sunt Doctores, quos supra retulimus.

## SUMMARIUM.

1. Species questionis proponitur.
2. Textus in l. Divortio, §. Si fundum, ff. Solut. matrim. loquitur de fundo dotali.
3. Ponderatio Tiraquelli; ejus perplexitas.
4. Venditori recrabenti debetur dimidia pars Thesauri inventi in fundo obnoxio retrovenditioni.
5. Fundus retrovenditioni obnoxius est in pleno dominio emptoris.
6. Conducit ad probationem Faber.
7. Quid si venditor hac lege, quam venditioni sua dixerat utatur, & emptor fundum ei redimenti restituere teneatur, an dimidiam Thesauri partem eidem, prout in alieno inventi restituere teneatur.
8. Fundus retrovenditioni obnoxius ad priorem Dominum, à quo abierat, reverti debet.

- 9 Bitschij opinio refertur.
- 10 Acquirens Thesaurum de eo alteri restituendo non tene-  
tur.
- 11 Pars Thesauri iuventi in-  
fundo retrovenditioni obno-  
xio, restituenda non est.
- 12 Idem dicendum est de in diē  
adjectionem.
- 13 Soccini exemplificatio tra-  
ditur.
- 14 Bellaperticæ opinio refertur.
- 15 In pacto adjectionis in diem  
est in potestate empiroris fa-  
cere, ne res ab eo avoce-  
tur.
- 16 Creditor, invito debitore, pi-  
gnus retinere non potest.
- 17 Thesaurus debet esse primi  
venditoris, ac si semper pos-  
sedisset.
- 18 Thesaurus inventus in loco  
suo, totus inventor cedit,  
licet eum sub lege in diem  
adjectionis, purè tamen  
emercatus fuerit.

Thesaurus repertus in lo-  
core retrovenditioni ob-  
noxio, ad quem  
spectet?

## C A P. X X I.

**C**apitis hujus quæsitus  
hoc modo debet intel-  
ligi; videlicet si quis inveniat  
Thesaurum in loco suo, an ac-

quiratur inventor, etiam si in-  
ventor eum locum cum pacto  
de retrovendendo emerit; ita-  
ut non absolute, sed cum onere  
retrovenditionis dominus fa-  
ctus sit, de quo pacto habemus  
textum in l. 2. E<sup>7</sup> 7. C. de Pact.  
inter emptor. quamquam l. 7. nō  
paetum de retrovendendo, sed  
aliquid affine esse contendat  
Faber de Error. pragmat. de-  
cad. 22. error. 2.

In hoc dubio dubitandi ra-  
tio eadem est, quam in præce-  
denti Capite de fundo dotali  
perpendimus; solum enim dif-  
fert, quoniam text. in l. Divor-  
tio, §. Si fundum, ff. Solut. ma-  
trimon. loquitur de fundo do-  
tali, secus verò de fundo retro-  
venditioni obnoxio: quam am-  
bigendi rationem, pro ratione  
decidendi ponderat Tiraquel-  
lus de retract. conventional. ad  
fin. tit. num. 97. quamvis aperte  
resolutionem non proferat: sed  
solum ex adductis locis deci-  
sionem agnosci posse hariole-  
tur: & indecisam reliquerunt  
Wessembecius in §. Thesauros,  
verb. Loco suo, Institut. de Rer.  
divis. Urſill. ad Afflict. decis.  
321. num. 9. Sed decisit expre-  
sè Pegius lib. Singul. de pact. re-  
trovend. cap. 23. afferens ven-  
ditori retrahenti dimidiam 4  
partem Thesauri inventi in fū-  
do retrovenditioni obnoxio ad-  
judicandam esse; quoniam talis  
fundus verè, & pleno jure est  
in

in dominio emptoris, text. in l. 7. C. de Pact. inter emptorem, argum. text. in l. Penult. §. ult. ff. de Contrabend. empr. & con-  
6 ducit, ac congruit Faber de error. Pragm. decis. 22. cap. 1. & licet ab eo dominium spere-  
tur. Attamen interim dominiū ejus est; text. in l. 1. §. 4. ff. ad Se-  
nat. Consule. Syllaniani. text. in l. 66. ff. de Rei vindic. & ample-  
ctitur Bitschius cap. 8. §. 192.  
part. 2.

7 Quid si venditor hac lege, quam venditioni suæ dixerat utatur, & i. l. eo. emptor fundum ei redimenter restituere tenea-  
tur: utrum dimidiam partem Thesauri interim inventi ei-  
dem, prout in alieno inventi restituere debeat? & pro resti-  
tutione faciunt, quæ exemplo creditoris tradidit Bitschius dict. cap. 8. §. 137. & exemplo mariti §. 189. Siquidem talis  
8 fundus non solum est restitu-  
tioni obnoxius; & ideo perfe-  
ctè, ac purè non est in bonis  
emptoris; sed ad priorem ipsū Dominū, à quo abierat reverti  
debet, ut in fundo dotali, & pi-  
gnorato peropertatur, argum.  
text. in l. 30. C. de Jur. dot. text.  
in l. 10. §. 1. ff. Quib. mod. pign.  
solvas. text. in l. 3. §. 2. C. de Jur.  
domin. impetrant. text. in l. 23.  
ff. de Liber. & posthum.

9 Sed pro adversa opinione, nempe non debere restituere, priorem Bitschium inspi-

cio, disparitatis rationem assi-  
gnantem; cum in casu nostro  
non idem favor, qui in debito-  
re pignum recuperante, tex.  
in l. 3. §. 2. C de Jur. domin. impe-  
trant. & uxore dotem repe-  
rente, text. in l. 1. ff. Solut. matri-  
mon. text. in l. 2. & l. 70 ff. de  
Jur. dot. consideretur. Quippe 10  
regulariter qui aliquid adipi-  
scitur, id plenissimè nancisi  
dicitur, & in specie acquirens  
Thesaurum de eo alteri resti-  
tuendo non tenetur; & in em-  
ptore fundi cum pacto de re-  
trovendendo, non ut in credi-  
tore, & marito demonstratur  
exceptio. Quocirca partem 11  
Thesauri inventi in fundo re-  
trovenditioni obnoxio resti-  
tuendam non esse ex Vigelio  
in Rat. eleg. jur. controv. lib. 1.  
concludit Bitschius cap. 8. §.  
193. in fin. part. 2. quod porri-  
git, & extendit, sive jus istuc  
ex statuto, consuetudine, con-  
ventione, aut ultima defuncti  
voluntate nobis competat, ut  
antea se etatus fuit Tiraquell.  
de Retract. conventional. in fi-  
ne, num. 97. tom. 3.

Id ipsum progreditur de 12  
cernendum de in diem adje-  
ctione, ea videlicet, qua res  
alicui ita venditur, ut si intra  
certum tempus melior condi-  
tio afferatur, recedatur ab em-  
ptione, ut videre est in tot. tit.  
de in diem adjection. & conclu-  
sionis rationem assignat; quo-  
niam

niam medio tempore emptor dicitur Dominus, per text.in. l.4 s.3. ff. de Indiem adjectio[n]em. text.in l.41: ff de Reivindicat. Cum non intersit utrum meliore conditione adveniente, dominium rei ipso jure revertatur ad venditorem: an vero traditione sit opus, Colleg.Jur. Argentorat. lib.18.tit.2.thes.16.

13 In hac nostra quæstione Socinus hoc modo ponit exemplum: Emi prædium tuum cū paeto apposito, quod si alius infra annum meliorem conditionem attulerit, quod illi sit venditum. Pone ergo; quod post factam vèditionem infra tempus anni, & antequam alias afficerat meliorem conditionem, Thesaurus sit repertus, cuius debet esse iste Thesaurus, &

14 dicit, quod Bellapertica scribit, quod si alius nō attulit meliorem conditionem, Thesaurus erit mei emptoris. Si vero fuit allata, tunc secus. Subdit tamen idem Bellapertica, quod hic casus non est usquequaque similis præcedenti, de quo in quæstione proxima, quia in pa-

15 éto adjectio[n]is in diem in potestate emptoris est facere, quod res ab eo non avocetur, quia ipse met potest plus offerre, quam ille tertius, qui meliorem attulit conditionem; secus

16 est in creditore, in cuius potestate non est retinere pignus, invito debitore volente satisfa-

cere infra tempus à lege concessum. Sed ut animadvirtit Socinus Bellapertica non decidit, quando tertius afferet melior[em] conditionem, cuius debeat esse Thesaurus repertus. Unde Socinus decidendo hanc quæstionem, dicit, se arbitrari, quod debeat esse primi venditoris, ac si semper possidisset ipse venditor, tanquam suum, ex quo resolutum est jus ipsius emptoris primi. Unde Bitschius cap.8. §.195. part.2. in fin. concludit, Thesaurum, quē quis in loco suo invenerit, totum inventori cedere, quamvis is cum sub lege in diem adjectio[n]is, purè tamen emeratus fuerit; concordat quoque Guidius lib.3. de Mineral. tit. 10. num.14. quæst.11.

## SVMMARIVM.

- 1 Hujus capitinis quæstio quomodo intelligatur.
- 2 Thesaurus in domo venditas inventus, videtur à majoribus Domini loci ibi repositus.
- 3 Sed hujusmodi præsumptio nō videtur sufficiens:
- 4 Empor dicitur Dominus rei empia.
- 5 Distinctio querundam Doctorum.
- 6 Empor quando dicatur inventisse Thesaurum.
- 7 Hothomannus duas inven-

- tionis Thesauri partes affiguntur.
- Apprehendens Thesaurum, quoad acquisitionem prefariantienti.
- Bitschius Hothomani placitum refellit.
- Emenagrum scieris ibi latere Thesaurum, est facere prudentem negotiationem.
- Referuntur verba h. Matthei in cap. 13. vers. 44.
- Horatii coenaria afferuntur.
- Remedium l. 2. C. de Rescindendian detur venditori, si in re vendita injunctus sit magna quantitas Thesaurus.
- Negatione respondunt omnes Doctores.
- Sensuia est licet finita probatio.
- Venditori quando detur remedium dicta l. 2. C. de Rescind. vend. secundum Alciatum.
- Qua singula per se non valent, nec per coacervationem virescunt.
- Thesaurus inventus sitare vendita per errorem, juxta aliquos debetur venditori.
- Contractus emptionis, & venditionis est bona fidei.
- Rescissioni contractus venditionis quando detur locas per inventionem Thesauri.
- Venditare, non presumitur venditum, quod erat in ea, venditore ignorans.
- Venditorem agri presumitur ignorasse Thesaurum in cœlatensem.
- Tactare res suas nemo presumitur.
- Thesaurus in adibus venditis inventus debetur venditori.
- Mercenarius x opicione domus venditare, si inventor Thesaurum, debet cum venditoris restituere.
- Thesaurus inventus ex re vendita debetur emptori remissive.
- Afferuntur Doctores hanc opinionem insequentes.
- Proponitur species rottus in la Ture, ff. de Re vindicta.
- Dominium rei empte transfertur in empforem.
- Thesaurus dicitur donum Dei, & debetur inventari.
- Venditor non potest dici laesus per inventionem Thesauri in re vendita.
- Privatio presupponit habitu.
- Possidens fundum, non possidet Thesaurum sibi latenter.
- Post perfectam emptionem ad empforem spectat omne commodum, & incommodum.
- Empor si in domo emptas Thesaurum inventas, non debet partiri cum cum venditore.
- Phraotes Orientalis India Rex inventori Thesaurum concessit.
- Pecunia castodia, vel metus causa abscondita non dici.

314 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

- sur Thesaurus.
38. Quando ex imagine pecunia inventa digoscatur non esse Thesaurus.
- 39 Opinio Additionatarum Paponij.
- 40 Thesaurus quando spectet status ad inventorem.
- 41 Thesaurus inventus in loco publico cui debeatur.
- 42 Thesaurus inventus in loco sacro, totus ad pauperes, ad Ecclesiam pertinet.
- 43 Satisfit rationibus favore videris allegatis.
- 44 Venditor, si in re vendita inventatur Thesaurus, quare non possit dici Iesus ultra dividium.
- 45 Thesaurus repertus in re vendita, non auget premium.
- 46 Vendita re, non profumitur venditum, quod in ea inventur.
- 47 Et ubi locum habeat:
- 48 Romani argumenta non obstante.
- 49 Venditor quando non possit uti remedio l.2. C. de Rescind. vendit.
- 50 Thesaurus inventus in fundo vendito, non fuit in dominio venditoris.
- 51 Venditor, ob Thesaurum inventum, nequit pretendere rescissionem venditionis, nec pretij incrementum.
- 52 Refellitur opinio Romani.
- 53 Thesaurus quare sis emptoris.
- 54 Romanus male loquitur.
- 55 Deterioratio rei empta post perfectam venditionem, cedit emptori.
- 56 Melioratio, & lucrum cedit emptori.
- 57 Fundus, si ob alluvionem decresceret emptori, non videnti decreceret.
- 58 Glossa in §. Vis major, non facit Romano.
- 59 Merces minuitur ob modicatem fructuum.
- 60 Premium augeri non debet per inventionem Thesauri.
- 61 Quoad remedium l.2. C. de Rescind. vend. non habetur ratio Thesauri.
- 62 Alciatus quare confutetur à Gutierrez.
- 63 Pecunia perdita, & in re vendita inventa, spectat ad videntorem.
- 64 Pecunia in muro recondita non est Thesaurus.
- 65 Casus propositus à Soccino refertur.
- 66 Quando Thesaurus inventur absque scientia emptoris, sunc ad ipsum spectat.
- 67 Emptor si scit in fundo emptor latere Thesaurum, an fiat ejus, vel venditoris.
- 68 Alciatus favore videntoris resolvit, & quare.
- 69 Thesaurus, juxta Gutierrez, attinet ad emporem, quamvis sciverit in fundo latere.
- 70 Christi Domini nostri parabula adducitur.

- 71 *Opinio Navarri.*
- 72 *Emper non tenetur Thesau-  
rum restituere venditori.*
- 73 *Medietatem Thesauri dan-  
dam esse venditori, asseve-  
rat Sotus.*
- 74 *Emptio agri, in quo latebat  
Thesaurus, fuit à Christo  
Domino approbata.*
- 75 *Thesaurus inventus in fundo  
emptio debetur emptori.*
- 76 *Sciens latere Thesaurum in-  
fido, potest cum emere cur-  
renti pretio, & Thesaurum  
sibi acquirere; & adducun-  
tur Doctores hanc opinio-  
nem tenentes.*
- 77 *Thesaurus ignotus non auget  
moralem valorem rei ven-  
dita.*
- 78 *Thesaurus ignotus, in nullius  
bonis esse dicitur.*
- 79 *Dolus tunc legibus vindica-  
tur quando alteri damno-  
fus est.*
- 80 *Auctoris distinctio.*
- 81 *Emptor, si ignorabat Thesau-  
rum esse in re empta, acqui-  
rit Thesaurum.*
- 82 *Venditor, si ignorabat The-  
saurum in re vendita, tunc  
dividitur inter emptorem,  
& venditorem; & referun-  
tur Doctores hāc distinctio-  
nem sequentes.*
- 83 *Connani sensus.*
- 84 *Emptor quo tempore censa-  
tur invenisse Thesaurum:*
- 85 *Aequitas in omnibus rebus re-  
quiritur.*
- 86 *Emptoris callidum factum si-  
bi prodesse non debet.*
- 87 *Quid si quis inveniat The-  
saurum in funda vendito;  
sed non tradito.*
- 88 *Dominus intelligitur, qui ex  
omni parte Dominus est.*
- 89 *Venditor rem emptam jure  
pignoris retinet.*
- 90 *Res perit suo Domino.*
- 91 *Res ante traditionem perit  
empatori.*
- 92 *Thesaurus inventus in re re-  
cens vendita, pertinet ad  
emptorem.*
- 93 *Commoda sequuntur eum,  
quem sequuntur incommo-  
da.*
- 94 *Quidquid rei empta accedit  
empatori accedit.*
- 95 *Thesaurus debet ur. Domino-  
loci.*
- 96 *Venditor est Dominus rei ven-  
dita ante traditionem.*
- 97 *Et quidem pleno jure:*
- 98 *Jura Domino loci Thesauri  
partem attribuunt.*
- 99 *Et de quibus Dominis id in-  
telligatur.*
- 100 *Partem Thesauri quando-  
que Fisco applicatam fui-  
scē.*
- 101 *Emptor citra cōtraversiam  
non est Dominus rei empta.*
- 102 *Nec venditor talis est ple-  
nē.*
- 103 *Venditor pleno jure est Do-  
minus, & potest seruo liber-  
tatem dare.*
- 104 *Qua adversus venditorem*

*dicuntur, inter se implicare  
videntur.*

105 *Venditor rem loco pignoris  
babet.*

106 *Fallacia consequentis de-  
monstratur.*

107 *Explicatur text. in l.67. ff.  
de Rei vindic.*

108 *Argumentum ab equitate  
in jure fallax est:*

109 *Thesaurus non est de nume-  
ro earum rerum, quae rei vē-  
dita accedunt.*

110 *Non sufficit dicere ad ostē-  
dendum dominium empto-  
ris, ad eum pertinere com-  
moda, & incommoda.*

111 *Ad acquirendum dominium  
Thesauri non sufficit se pro  
Domino qualitercumque  
haberi.*

112 *Tutores, & Curatores, licet pro  
Dominis habeantur: at-  
tamen non acquirunt Thes-  
aurum, sed recte pupilla.*

113 *Vsfructarius, licet pro  
Domino habeatur: tamen,  
non acquirit Thesaurum:*

114 *Vsfructarius non acqui-  
rit usumfructum Thesauri  
inventi in fudo fructuario:*

*Thesaurus inventus in  
Domo, vel fundo ven-  
dito: an pertineat ad  
Emptorem, vel potius  
ad Venditorem.*

**H**oc propositum thema, 1  
non solum ad domum,  
fundumque venditum restrin-  
gendum est, sed ad quamlibet  
aliam rem venditam porrigi  
debet; ut si in ea Thesaurus in-  
veniatur, an emptoris, vel ven-  
ditoris esse sciscitur? Pars  
enim dimidia Thesauri, que  
de jure Domino loci defertur,  
videtur in emptore cessare. Si-  
quidem præsumitur, Thesaurū 2  
in domo, vel in fundo inven-  
tum verisimiliter à majoribus  
Domini loci ibi conditum fuis-  
se; quam præsumptionem in-  
emptore locum non habere  
tradidit Nebelkra Lib. singul.  
dec.9. quò respexit Alciatus  
lib.7. Parergon. jur. cap.1. Sed 3  
cum in ea juris ratione, præci-  
piè si pro causa absolutè præ-  
sumatur, principium quæra-  
tur, & fas sit à causa juris con-  
stituti, ad jus constitutum ar-  
guere; non sufficit causa: qua-  
re in specie hac regulam hanc  
potius vitiari, & officium suū  
mittere, quam validam esse,  
& officium suum retinere:  
Quippe cum liqueat empo- 4  
rem Dominum esse, juxta text.  
in l.31. ff. de Acquir.rer.domin.  
text.in §. Per traditionem, Insti-  
tut.de Rer.divis.& docent etiā  
Divus Chrysostomus, attestan-  
te Riteshusio, in §. Thesauros  
in fin. ibique Wesembecius

*Institut. de Rer. divis. vers. Ad emptorem, Arumæus lib. i. De cisi. Januensi. i. num. 13.*

- 5 Quidam inter emptorem, scientem, & ignorantem Thesaurum latere in re empta, discrimen constituunt: nempe Connanus, Hothomanus, Valscus, Farinacius, & Angelus.
- 6 Nituntur ea ratione; quoniam hujusmodi emptor non videatur invenisse Thesaurum, cum effoderet, tempore quo fundi Dominus factus erat; sed tempore, quo Thesaurum ibi latere scire cœpisset, quoniam tunc fundus venditoris adhuc erat.
- 7 Hothomanus duas inventionis Thesauri partes assignat, scientiam, & apprehensionem; & regula in hac materia est, ut quod in nullius bonis est inventor, si sit recte docuit omnisciens Caramuel: ita ut si unus sciverit in quodam loco Thesaurum esse, alter vero apprehenderit, scienti apprehendens præferri debeat. Sed cum in causa nostro apprehendens, & sciens sit eadem persona, apprehensionis principium emptorem habuisse videtur a tempore, quo scientiam habuit.
- 8 Bitschius hoc Hothomani placitum, quod scientia Thesauri sit inventionis pars, & apprehensionis initium, merā principii petitionem hariolatur, cum eodem modo se habeat. Thesaurus respectu ap-

prehensionis, sicuti codiciliorum confirmatio ad eorum cōfessionem. Unde non de æquitate adversus jus scriptum, sed potius ab ipso jure scripto de promeretur decisio secundum Heigium lib. i. quast. jur. 13. num. 62. Barbos in l. Divortio, §. Si fundum, num. 32. ff. Solut: matrim. Hujusmodi emendi agrum, in quo emens scit late- 10 re Thesaurum, species, ut prudentis negotiationis comprobatur ex S. Matthæo cap. 13. vers. 44. ubi qui Thesaurum in alieno agro absconditum esse scivit, id occultavit, & pretio, ex omnibus bonis suis venditis redacto, agrum illum emercatus fuit, his verbis: *Simile est II. Regnum Cœlorum Thesauro abscondito in agro: quem, qui invenit homo abscondit, et pre gaudio illius quadit, et vendit universa, quæ habet, et emit agrum illum.* Huc pertinent illa carmina Horat. lib. 2. Sat. 6. 12.

*O si urnam argenti fors, qua  
mibi mostret; ut illi  
Thesauro invento, qui mer-  
carius agrum  
Illum ipsum mercatus, ara-  
vit dives amico.*

*Hercule.*

Quidam an saltem venditori 13 detur conductio ex l. 2. C. de Rescind. vendio. Si forsan Thesaurus tantus sit, ut estimatione ejus cum justo fundi pretio cōjuncta venditor ultra dimidiū de-

deceptus comprehendatur per-  
cūctatur? Romanus in l. Si quis  
cum aliter, 36. ff. de Verb. oblig.  
assentitur, & ita se in Curia Ro-  
mana obtinuisse in facti con-  
tingentia refert. Ast commu-  
nis Scribentium cohors con-  
trarium decernit, ex quorum  
numero sunt Zasius in l. 3. §. Ne-  
rarius, num. 15. Iason num. 8.  
ff. de Acquir. possēs. Mantica  
lib. 4. de Tacit. & ambig. con-  
vent. tit. 13. num. 52. Parisius  
conf. 16. num. 84. vol. 2. Nebel-  
kra decis. 9. ver. 8. Soccin. consil.  
48. num. 3. vol. 4. Arumæus lib. 1.  
decis. 1. num. 20. Bursat. consil.  
209. num. 6. Sixti us lib. 2. de  
Regal. cap. final. num. 44. Ho-  
thoman. conf. 23. num. 17. Bar-  
bos. in l. Divortio, §. Si fundum  
num. 31. & 32. ff. Solut. matrim.  
Fachinæus lib. 2. controv. 20.  
versic. Quartò controvertitur,  
Bitschius §. 203. quo Romanus  
sjactantem contrarium in Cu-  
ria obtinuisse respuit; quoniam  
sententia potest dici litiæ fini-  
tæ probatio. Ast non semper  
probatio veritatis dici potest;  
quippe ut scripsit Zasius in l. 3.  
§. jurare, num. 14. ff. de Jur. jur.  
si quereretur: Unde causæ ve-  
ritas cognoscatur? malè respōs.  
detur: Quia per sententiam ita  
decisum fuit. Et eximius Juris.  
consultus Paulus in causa, cui  
patrocinabatur, non obtinuisse  
facetur in l. 78. §. 6. ff. de Le-  
gat. 3. cum merito obtinere de-

buisset, ut scripsit Cujacius lib.  
12. observ. 9.

Ista duo non singula, sed cō- 16  
juncta sumit Alciatus lib. 7. Pa-  
rerg. jur. cap. 1. videlicet, ut tunc  
venditori detur remedium in  
l. 2. C. de Rescind. vend. si em-  
ptor sciens ibi latere Thesau-  
rum ab eo ignorante fundum  
emerit; itaut fundus propter  
Thesaurum ibi invēttum supra  
dimidium ejus pretii soluti ab  
emptore valuerit. Sed quæ sin- 17  
gula imperfecta, & invalida  
sunt, ea neque turba, seu acer-  
vo valent, argum. text. in l. 1. ff.  
de Vacat. muner, l. un. C. Qui  
num. tutel. l. 5. §. 11. ff. de Excus.

Nonnulli absolute favore 18  
venditoris resolvunt, scilicet  
ad eum spectare Thesaurum  
repertum in re vendita, quoties  
quis vendidit domum per er-  
torem, nesciens ibi esse The-  
saurum, quo in casu inventus  
Thesaurus venditori restituendus est, ut ex Bart. Aretin. Pla-  
tea, Mynsinger. Nicas. Glosa,  
Navarr. Chaffanæo, Alvarott.  
& Cardin. Alexandrin. refert  
Farinacius part. 3. Prax. crim.  
quæst. 104. num. 2. Adebet favore  
venditoris id, quod cum con- 19  
tractus emptionis, & venditio-  
nis sit bonæ fidei, in eo bona fi-  
des servari debet, text. in l. Bon-  
nam fidem, 4. ff. de Obligat. &  
action. l. 6. C. de Contrahend.  
empt. At nihil tam bona fidei  
refragari cernitur, quam tam  
int.

immensa re venditoris emptorem locupletari, text. in l. Si quis cum aliter, ff. de Verbor.

20 obligat. Si domus, vel fundo vendito respectu Thesauri postea ibi inventi, vilissimo pretio vendita sit, videtur locum fore contractus rescissioni ex l. Si voluntate, & l. ad rescindendam, C. de Rescind. vendit. maximè cum in l. 2. d. sit. C. de Rescind. vend. constitutum sit venditori ultra dimidium justi pretij læso succurrendum esse, ut vel emptor restituat rem, vel justum premium suppleat. Quapropter cum in praedicto casu non solùm ultra dimidiū, sed in immensum venditor læsus sit, cum domum vendiderit pone quadrigentis aureis, & eam demoliens, invenerit in ea quinque millia; ac sic vel pecuniam, quæ in re vendita fuit restituere, vel id, quod justo pretio, quod jam per inventiōnem Thesauri certum est, debet, supplere cogendus sit, d l. Si voluntate, 8. in fin. Unde cū 21 in dubio quis non intelligat cū re vendita venditum esse, quod in ea venditor esse ignorabat, l. In l. fundi, ff. de Contrah. empt. & vēditor præsumatur se igno- 22 rasse Thesaurum in domo vēdita fuisse, quod facile præsumendum est ob exiguitatem pretii, Fabian. de Mōte 6. quast. princ. num. 35. de Empt. & vē-

23 dit. nē alias suarum rerum pro-

digis, easdem præsumatur ja-  
ctare, contra l. Cum de inde-  
bito, 25. ff. de probat. ac proinde  
Ludov. Roman. in l. Si quis cū 24  
aliter, de Verb. obligat. vult,  
Thesaurum inventum in ædi-  
bus emptis cedere debere vē-  
ditori, dicēs se ita in Curia Ro-  
mana obtinuisse in facti con-  
tingentia. Et de Plat. in l. i. nu. 3.  
C. de Thesaur. dicit, quod si mer-  
cenarius reficiens domum à se 25  
emptam reperit in parietis fo-  
ramine, vel solo pecuniam in-  
sacculo, vel vase repositam, te-  
neri restituere venditori: & idē  
judicare videtur Alciat. 7. Pa-  
rerg. l. vers. sc. Alter est. Et quā-  
vis non nulli Thesaurum ad 26.  
venditorem spectare secten-  
tūr; attamen contraria opinio  
amplectenda est, prout com-  
munior, & majori Doctorum  
calculo comprobata, scilicet  
Thesaurum ad emptorem, non  
ad venditorem attinere.

Hujus conclusionis sectato- 27  
res sunt Christinaus decif. Bel-  
gic. 399. vol. 1. & dec. 16. num. 2.  
vol. 5. Guidius lib. 3. de Minerat.  
tit. 10. quast. 20. num. 24. Ama-  
ya in l. unic. num. 29. C. de The-  
saur. Connarus lib. 3. Commēt.  
jur. civil. cap. 4. num. 4. Calvin.  
lib. 2. de Æquitat. cap. 94. nu. 6.  
Gutierrez lib. 4. Pract. quast.  
36. num. 13. Antonell. lib. 2. de  
Loc. legat. cap. 30. num. 11. Bit-  
schius cap. 8. §. 203. part. 2.

Cujus opinionis præcipiuū 28  
fun-

fundamen de promitut ex quo-  
dam Scevola responso in *l. A.*  
*Tutore*, *ff. de Rei-vindicat.*  
ubi ait: *Tutore auctore pupilli*:  
domum mercatus ad ejus refe-  
tione fabrum induxit, is pe-  
cuniam invenit, quærebatur  
ad quem pertineat; & Scevola  
respondit: *Si non Thesauri fue-*  
*rint, sed pecunia fortè perditā,*  
vel per errorem ab eo, ad quē  
pertinebat non ablata, nihilo-  
minus ejus eam esse, cujus fue-  
rat. Quapropter cum in dicto  
casu venditor probare non po-  
tuerit, quod pecunia inventa  
perdita, vel per errorem à se,  
vel suis neglecta fuisset, & si  
vulgi sermonibus spargeretur,  
eandem ante annos plurimos  
memoriam hominum excedē-  
tes depositam fuisse, & sic pro  
Thesauro eam habendam esse,  
dicendum erit ex dicti Scevo-  
la responso eūdem ad empto-  
rem pertinere, non obstante  
Romani doctrina, & aliorum.  
29 Certum enim est ex ejusdem  
responso, ejusdem dominium  
in emptorem transferri, cum  
id, quod nullius in dominio est,  
occupanti ratione naturali cō-  
cedatur, *l. Quod enim*, *3. ff. de*  
*Acquir. rer. domin.* teltante  
subtilissimo Caramuele; & sic  
Thesaurus, qui nullius in do-  
minio est, cum non extat me-  
moria temporis, in quo recon-  
ditus fuit, & ignoratur quis sit  
illius Dominus, cedere debet

ei, cui usi voluit. Molina *de*  
*Hispanorum primogenijs* 33.  
*num. 4.* Deus domum ejusmodi  
concessit, Arnisæus *lib. 3. de Jur.*  
*Majest. cap. 6. num. 22.* Ziegler  
*rus lib. 2. de Jur. Majestat. cap.*  
*20.* & cujus tempore, potius  
quam alio Thesaurum inveni-  
ri voluit, prout etiam firmat  
Gutierrez *part. 3. de T. utel. Ca-*  
*carat. cap. 26. num. 11.* Neque  
venditor potest dici lœsus, cum 31  
ad hoc necessè sit, ut inspiciat  
tempus contractus, dicta  
*l. Si voluntate*, *G. de Rescindi*  
*vendit.* & *l. 3. §. Divi fratres,*  
*de Jur. Fisc. Connan. lib. 3. Cōm-*  
*jur. civil. cap. 4. num. 4.* Quare  
cum tempore contractus cele-  
brati Thesaurus defassus fue-  
rit; nec de eo quidquam con-  
stabat, venditor non potest di- 32  
ci lœsus, cum privatio præsup-  
ponit habitum, argum. *l. Si de-*  
*cem, de Verb. obligat.* Et sic cū  
qui fundum possidet, non possit 33  
deat Thesaurum. ibi latenter,  
secundum *l. Possideri*, *3. §. Ne-*  
*ratius, ff. de Acquirend. posse.*  
ad emptorem pertinere debet  
omne commodum, & incom- 34  
modū post perfectam emptionem, *l. 8. ff. de Pericul.* & com-  
mod. rei vend. Id quod in suo  
invenit, id ei omni iure cedere  
debet, *§. Thesauros, Institut. de*  
*Rer. divis.* Quapropter cum 35  
in domo sua Thesaurum inve-  
nit emptor, nullatenus vendi-  
tor eum cogere potest, ut in  
par:

partem inventi Thesauri vocaret eundem venditorem, prout docent Gabriel lib.3. cōclus. i. de Empt. & vend. num. 111. Tiraquell. tit. de Retract. convention. sub fin. num. 97. Menoch. consil. 649. Farinac. Variar: quest. 104. num. 1. Barbos. in dict. l.8. §. Si fundum, num. 31. ff. Solut. matrim. & Costa cētur. i. distinct. 60. de Sciēt. & ignor. Et fuit judicatum, eūdem Thesaurum ad inventorem Dominum in totum pertinere; & ita quondam Phrao-

36 tes Orientalis Indiæ Rex in proposita quæstione ex Apollonii sapientis consilio cum emptori addixit, uti ait idem Tiraquellus dicto tractat. n. 16. Rectius, distinctiusque respōdisse inquit dicto loco Scævola in predicta l. à Tutorē, dū

37 respondit, si non Thesaurus fuerit, sed metu insidiantiū, magistratusve, aut custodiæ causa, vel alio consilio pecunia recondita proponatur, quæ ob infirmitatē memorie, juxta ea, quæ habentur in l. Peregrè, 44. ff. de Acquirend. possess. vel fati præoccupationem ab eo, ad quem pertinebat nō ablata sit. interesse proinde putat, quæ imagine, vel forma, aut epigraphæ pecunia signata sit, Arniseus lib. 3. de Jur. Majest. cap. 6. num. 22. Nam si novi, asperivè

38 nummi fuerint, aut postea cu- si, quām ædificium in dominio,

& possessione venditoris, majo- rumve ejus continuasset; tunc sanè non videri Thesaurum es- se, sed posse vindicari à vendi- torē: dicens se sic aliquando ju- dicatum legisse, licet contra- rium referat Paponius lib. 13. tit. 7. arrest. i. quod dicit non. 39, omnibus placere, & proinde. Additionatores ibidem dicunt eandem decisionem non habe- re vim, & auctoritatem legis, & arresti, ac si judicio contra- dictorio data fuisset. Et proin- de ad illam materiam melius 40 resolvendam, dicunt sequentē distinctionem notandam veni- re: Si Thesaurus, scilicet, è no- stro fundo, sive loco profano, sive religioso inveniatur, totus ad inventorem spectat. Si verò in loco, & fundo alterius fortui- tò inveniatur, dimidia pars ad unum, & altera dimidia ad al- terum pertinet. In loco publi- 41 co dimidia pars ad Principem, dimidia ad inventorem. Si de- niq[ue] in loco sacro inveniatur, 42 totus ad pauperes, & ad Eccle- siam pertinet. Proinde in præ- dicto casu, cum vetustiores nummi fuerint, à venditore li- quidò probādum erat eosdem suos esse, vel à majoribus suis ibi reconditos, & ob id alias di- cendum Thesaurum fore, & conseq[ue]nter ad emptorem spec- tare, tanquam in suo re- pertos. Nec prædictæ senten- 43 tiæ officiunt rationes pro ven-

ditore allegatæ: Nam quò ad primam non ex re venditoris emptor, sed occasione rei propriæ dictatus est; Thesaurus enim inventus est in domo sua, quam emerat, & ob id conqueri non potest, e. ipso rem sua dictatum esse, ut proponere potest justa ratione vili pretio eam venditam fuisse, cum in incunda estimatione domus attendendum sit tempus contractus dict. l. Si voluntate, Amaya in l. unic. num. 26. Cde Thesaur. Gutierrez lib. 4. Pract. quæst. 36. num. 3. Quare cū 44 tempore contractus Thesaurus latuerit, venditaque domus judicio venditoris, ac communii omnium estimari non potuerit à majore pretio; non potest dici tempore contractus venditor læsus; & inde etiam inferri non potest ipsum ultradimidium justi pretii fuisse lasum, & eum quasi deceptum, uti posse remedio dict. l. 2. 45 quia emptor non habet Thesaurum ratione venditionis, sed ratione inventionis; & sic ex titulo diverso, adeoque non posse augere estimationem studi, cū effossio ejusdem habeatur loco cuiusdam nascentis emolumenti, quod non proficiscitur à jure, quod venditor transtulit, sed novo fortune beneficio, l. 2. C. Theodosian. de Thesaur. Bitschius cap. 4. §. 44. pars. 1. argument. l. Si is qui, §. 1.

*de Acquir. rer. dom.* Objectio-  
nis alterius, qua dicitur in du-  
bio non intelligi, cum re ven-  
dita id simul venditum esse,  
quod in ea esse ignorat vendi-  
tor resolutio haberi potest ex  
*L. à Tutori, de Rei vindicat.*  
scilicet eam procedere in ijs 47.  
rebus, aut pecunia, que The-  
sauri nomen assumere nequit,  
cujus exemplum habetur apud  
Iason, in dict. l. 3. §. Narrat. s.  
num. 7. *de Acquirend possession.*

Neque etiam urgent argu-  
menta Romani, uti videre li-  
cet ex traditis à Fachinæ lib.  
2. *Controvers cap. 30. vers. Argumen ta Romani nihil obstat,*  
& à Bitschio cap. 8. § 203. par. 2.  
& pro hac opinione favore,  
emptoris, præter supra relatios,  
habemus Guidelin. *de Jur. no-*  
*vis. lib. 2. cap. 2. in princ. &c lib. 5*  
*cap. 3. vers. 6. Sextum locum.*  
Diodor. Tuld. in suis Commēt.  
ad C. sit. de Rescind. vend. n. 6.  
Bacq. sit. des Justic. cap. 32. v. 29.  
Molin. ad Consuet. Parif. sit. 1.  
§. 55. glof. 1; num. 48. in noviss.  
Argentr. ad Cons. Brit. art. 53.  
nos. 2. Gregor. Tholosan. in suo  
*Syntagm. juris univers. lib. 3.*  
*cap. 11. Gratian. Discept. forēf.*  
*som 3. cap. 453; Tusch. Pract.*  
*concl. jur. som. 8. lit. T. conclus.*  
300. Borcholthen. & Schneid.  
ad §. Thesauros, Institut. de Rer.  
divis. Rosenthal. in sua *Synopsi*  
feudor. cap. 5. concl. 92. & 93. Pe-  
regrin. de Jur. fisc. lib. 4. sit. 2.

49 Quo in casu venditor non potest uti remedio text. in l. 2. C. de Rescind. vendit. quoniam remedium illud tunc haberet locum, quoties læsio in pretio intercesserit, & propter Thesaurum in fundo vendito inventum, fundum minoris vēgo ditum dici nequit, quia Thesaurus ille non fuit in potestate, nec dominio venditoris, qui eum ignorabat, juxta text. in l. 3. §. Neratius, ff. de Acquir. possess. Nec prædij venditi valorem augebat, cum antequam effodiatur non sit in consideratione; quoniam neficitur postquam fuerit inventus, ratione inventionis non venditori adquiritur; ut attestatur Amany in l. unic. num. 29. C. de Thesauris. Guidius lib. 3. de Mineral. tit. 10. quest. 20. num: 25. & ideo non potest prætendere 5: rescissionem venditionis, nec incrementum pretij, ut existimat Romanus in l. Si quis cum aliter, ff. de Verbor. obligat. ubi asseverat premium augendum esse, prout dicitur in locatore enormiter læso propter magnam quantitatem fructuum, præter id, quod consuetum sit quæsitorum cōductori allegat Gloss. in l. Si merces, §. Vis major, ff. Locat. & ita dicit de facto Romæ consuluisse, & obtinuisse, ut ibi etiam refert Philippus Lucensis. Sed contrariū tenent ibi Perusini, ut ibi refert

Soccin. vers. Decimosexto fal-  
lis. qui dicunt adhuc animad- 41  
vertendum esse. Primo, quod Romanus male loquitur, qua-  
tenus sentit, quod si ante tradi-  
tionem, & post venditionem  
inveniatur Thesaurus in re vē-  
dita, efficiatur emptoris. Quia  
ex quo vēditor invenit in suo,  
quia dominium rei non erat  
adhuc translatum in emptore,  
juxta notata in l. Traditioni-  
bus, C. de Pact. Ideo succedit  
regula §. Thesauros, Institut.  
de Rer. divisi. quod Thesaurus  
efficitur Domini soli, & ideo  
Thesaurus dicitur esse empto-  
ris invenientis post traditionē,  
quia est Dominus. & habet jus  
in re. Facit text in l. Nave, ff.  
de Eviction. Secundò, quatenus  
Romanus dicit non posse con- 54  
tractum rescindi, sed premium  
augeri, videtur etiam male lo-  
qui, quia ex quo omnis dete-  
rioratio post venditionem cō-  
tingens in ipsa re ante tradi- 55  
tionem sine culpa venditoris,  
cedit periculo emptoris, & ejus  
damno: nec propterea releva-  
tur in pretio, text. in l. Quod si  
pendente, ff. de Peric. & com-  
mod. rei vend. pari ratione di-  
cendum est, quod melioratio, 56  
& lucrum cedat in commodū  
emptoris, text. in l. Secundum  
naturam, ff. de Regul. jur. hoc  
autem non esset, si deberet au-  
geri premium propter ipsum  
commodum; & ideo si propter

Ss z al-

alluvionem fluminis augeatur fundus post venditionem, totum id cedit commodo emptoris, §. Sed si post, *Instit. de Empt. & vendit.* Nam si propter alluvionem decresceret, suo incommodo cederet, & sic servatur æqualitas. Facit text. in, 58 *I. Julianus*, §. *I dem Celsus, ff. de Actio. empti.* & text. in simili *in I. Si socius, ff. Pro soc.* Unde pro Romano non facit Glossa *in dict. §. Vis major*, quia illud procedit, ut servetur æqualitas; 59 Nam cum propter modicita-  
tē fructuum extenuetur mer-  
ces, eadem ratione debet auger-  
i propter abundantiam, *I. Qui domum, ff. Loca.* Et propterea 60 non debet augeri pretium, propter Thesaurum invētum, cum nullum damnum possit contingere vēditori in re ipsa, vel pretio. *Quam opinionem.*, 61 quòd non habeatur ratio The-  
sauri postea inventi, quò ad re-  
medium *I. 2. C. de Rescind. ven-*  
*dit.* tenet Petrus de Ancharan. refert Soccin. *in loco præallega-*  
*to in cap. Cum causam, de em-*  
*ption. & vendit.* per id, quod habetur in *I.* *Et in lege Putilia,*  
*ff. de Contrah. emption. & sequi-*  
*tur Imol.* *in dict. cap. Cum cau-*  
*sam, & contra Romanum te-*  
*net Aretin. & Claud. de Seysel-*  
*lis in dict. I.* *Si quis cum aliter,*  
*versic. Unum etiam casum.*

62 Et quamvis Alciatus lib. 7. *Parergon. cap. 1. resolvat hujus-*

modi Thesaurum pertinere ad venditorem, secus ad emptorem, confutatur à Gutierrez lib. 4. *Practic. quest. 3. 6. num. 12. 13. & 14.* Sin autem non sit propriè Thesaurus, sed pecunia fortè perdita, vel terræ cre-  
dita, vel per errorem à vendi-  
tore non ablata; tunc non fiet emptoris, sed venditori resti. 63 tuenda est, ut tradunt Padilla *in I. 2. num. 67. C. de Rescind. vendit.* *Navarr. Manual. cap. 17. num. 175. versic. Queritur tertio.* Gutierrez lib. 4. *Practic. quest. 3. 6. num. 16.* Guidius lib. 3. *de Mineral. sit. 10. quest. 20. num. 52.* Siquidem tunc non di-  
citur propriè Thesaurus secū-  
dūm text. *in I. à Tuiore, ff. de Rei-vindicat.* ubi Baldus scri-  
bit, quòd pecunia, quæ reperi- 64  
tur murata in muro pertinet ad emptorem, si est Thesaurus, ut dixit Angel. Aret. *in §. The- sauros, Institut. de Rer. divis.* Quòd si recondis pecuniam in muro, postea vendis domum, illa pecunia in domo recondita, non est emptoris, sed venditoris, & postea vendentis do-  
mum; nec vendita domo, cen-  
setur alienata pecunia, ut est catus singularis *in dict. I. à Tu-*  
*tore*, secundūm Bartolum, & Baldum, quod dicit notandum, quia illo anno habuit de facto; & idem determinat Soccinus 65 *in dicta quest. 5. vers. Duodeci-*  
*mus casus*, dicens, quod si ven-  
di-

didisti mihi domum, in qua postea reperio pecuniam absconditam per te, vel per patrem tuum, & sic non est propriè Thesaurus, quòd pertinet ad venditorem dicta pecunia, si hoc fecit per errorem, ut dictal. Tutor. Secus si ex certa scientia vendidisset, & nihil excepisset, quia tunc videtur omnia transtulisse, l.1. C.de Codis.indebis. & l.Campanus. ff.de Oper.liber. & ita tenet Alvaror. & Cardin. Alexandrin. in cap. i. Quæ sunt regal.

66. Quæ hucusque dicta sunt, procedunt quando emptor nescit Thesaurum latere in domo, vel in fundo vendito, quo in casu Thesaurus debetur emptori, ut est ferè communior. Doctorum opinio, præter omnes, quos supra reculimus. Nuc 67 videndum est, quoties emptor scit Thesaurum latere in fundo, vel in domo vendita: aut tunc ad venditorem, vel ad emptorem pertinere debeat Thesaurus? Et Alciatus favore vedoris resolvit, nempe, ut ad venditorem pertineat Thesaurus, ex remedio. l.2. C.de Rescind.vendit. quia deceptus fundum illum vendidit, cum adsit manifestus dolus, quia emptor sciebat in fundo esse Thesaurum, & venditor ignorabat, ideoque venditori cedere debere autumavit. Ast hanc Al 69 ciati opinionem refellit Gu-

tierrez; quoniam etiam hoc in casu emptor factus est Dominus Thesauri insolitum, ut patet ex parabola Christi Domini nostri apud Matth. 13. ubi qui sciens absconditum esse Thesaurum in agro, vedit omnia bona sua, ut illum fundum emeret, & sic totum Thesaurum obtineret, ut inquit Divus Thomas 2.2.quest.66. artic.5. ad secundum, & Nicolaus de Lyra ibi dicit super illum locum Matthæi in fine; ideo meritò Navarrus in Manual.cap. 175. in fin. quòd qui emit aliquod prædium, sive urbanum, & sive rusticum, in quo postea Thesaurus invenit, nihil tenetur restituere venditori, quamvis sciens in eis Thesaurum 72. esse, emit ab eo, qui id ignorabat, juxta Divum Thomam ubi supra, & tenuit Sylvester in Summ. verb. Inventum, num. 14. Rodriguez in sua Summa 1.tom.cap.145. in tertia conclus. Aragon.de Justit. & jur. quest. 66.art.5.pag.428. col. 1. ad fin. Molina Theologus de Justit. & jur. 1.part. disput. 56.col. 367. in princip. ubi eum bene probat; & quamvis Sotus lib. 5. de Ju 73. stit. & jur. quest. 3. artic. 3. probet in hac specie, quòd inventor Thesauri teneatur dare medietatem ejus illi, à quo sciēter emit fundum; paucissimi eum sequuntur, & nostra conclusio supra posita, quòd nihil te-

teneatur emptor venditori restituere, cum D.Thoma, & reliquis est communis inter Doctores, & eam tenent omnes recentiores, secundum Salomon de Justit. & Jur. quæst. 66. art. 5. super D.Thom. 103 1. ubi, & in column. seq. eam latè probat, responspōdēns fundāmentis pro Soto adductis, ut enim observat D.Thomas in illa parabola Evangelica Matthæi 13. de emēte agrum, in quo erat Thesaurus absconditus, non solum approbatur à Christo emptio agriculti fine; verūm etiam effectus subsequutus, nempe, ut Thesaurus ille totus cedat in commodum ementis.

75 Unde idem à fortiori venit proculdubio probandum, quādo emptor ignorans Thesaurum esse in fundo, eum fidum emit, & in eo Thesaurum inventit, quia is Thesaurus proculdubio pertinebit ad ipsum emptorem, qui per venditionem erat effectus Dominus fundi, ut probatur clare ex l. à Tute, 67. ff. de Rei vindicat. in quo omnes conveniunt secundum Barbosam ubi supra n. 3 1. alios allegantem, & sequitur Molina Theologus ubi supra dicit. col. 367. ad fin. vers. Primis; & hoc est certius, ut cum aliis contra Romanum affirmat Padiilla in l. 2. nu. 67. C. de Rescind. vend.

76 Non desunt, qui existimāt

scientem latere Thesaurum in domo, vel in agro, posse illum emere currenti pretio, & totum Thesaurum ibi inventum retinere, ut ex Soto, Molina, Salón. Aragon. Navarro, Rebello, Lessio, & Valentia, amplectitur Caramuel lib. 2. Theolog. moral. intention. part. 1. artic. 2. lib. 2. num. 307. docent Vasquez, Becanus, Hurtado. Lugo tom. 1. disp. 6. sect. 11. nu. 26. Berlich. part. 3. concl. 66. num 5. Sixtin. lib. 2. de Regalib. cap. fin. num. 93. Dicastill. lib. 2. tract. 2. disput 9. dub. 15. num. 413. Maderus tract. 1. cap. 7. dub. 2. Layman. lib. 3. Theolog. moral. tract. 1. cap. 5. num. 23. Turrian. tom. 2. in 2. 2. D.Thom. disputas. 43. dub. 2. Rodriguez in Summa. part. 2. cap. 160. nu. 4. eandemque tradidit Antonell. lib. 2. de Loc. legal. lib. 2. cap. 30. num 11. ex D.Thoma 2. 2. quæst. 66. artic. 5. Cujus rationem assignat, 77 quia Thesaurus ignotus, cum probari non possit, humanitas dici nequit; ideoque non auget moralem valorem rei venditæ, & scientia emptoris non debet prodesse eam non habeti; nec habenti nocere, ut nititur probare Caramuel loc. cit. Venditor, aut Dominus rei vēditæ nulla re sua fraudatus dici potest; quoniam Thesaurus, quem ignorabat, suus non erat nec quod ad dominium, nec quod ad possessionem: quia Thesaurus

rus in nullius bonis est, text. in l. Nunquam, §. Thesaurus, ff. de Acquir. rer. domin. cum ne-  
79 sciret in re empta latere, text. in l. 3. ff. de Acquir. possess. & do-  
lus tunc legibus vindicatur, quories alteri damnosus est, text. in l. Juris gentium, ff. de  
Pact. Sed venditor dolum em-  
ptori objicere nequit, cum tali  
dolo non sit aliqua ex parte bo-  
nis ejus imminutus.

80. Sed huic opinioni nequa-  
quam complaudo: & distin-  
guendum mihi videtur inter-  
emptorem scientem, & ignoran-  
tem: videlicet, quando emptor  
ignorabat Thesaurum esse in-  
re vendita, licet venditor quo-  
que ignorasset, tunc Thesaurus.

81 pertinet ad emptorem. Quo-  
ties autem emptor sciebat  
Thesaurum esse, & venditor  
ignorabat, tunc Thesaurus di-  
videndus erit inter emptorem,

82 & venditorem. Quam distin-  
ctionem sequuntur Sayrus lib.  
9. cap. 9. num. 19. vers. Alii, in  
fine, ubi sic opiniones Docto-  
rum conciliandas existimat.  
Diana tom. 6. tractas. 6. resolut.

16. §. 4. Valasc. de Jur. emphyc.  
quast. 15. num. 6. Hothoman.  
in §. Thesauros, verb. Dimi-  
dium Domino soli, Institut. de

Rer. divis. Angel. in Summa,  
verb. Emptio, num. 24. Barbos.  
in l. Divorsio, §. Si fundum,  
num. 23. ff. Solvit. matrim. Fari-  
nac. Prax. crimin. part. 3. quast:

104. num. 20. vers. Addo ad  
pramissa, Calvin. de æquitat.  
lib. 2. cap. 94. num. 9. Bitschius.  
cap. 8. §. 199. part. 2. Connarus.  
lib. 3. Comment. jur. civil. cap. 4.  
num. 4. ubi tanquam æquitati  
congruam hanc distinctionem 83,  
commendat, & si hujusmodi  
incideret controversia, se ita in  
hac disceptatione forensi judi-  
caturum confitetur. Ratio est,  
quia cum emptor ante contra-  
ctum venditionis, Thesauri ha-  
buerit notitiam, censetur in-  
venisse eo tempore, quo fun-  
dus non erat suus, & illo perli-  
brato tempore, Domino dimi-  
dia pars Thesauri debetur, tan-  
quam si Thesaurus fuisset in-  
ventus in alieno fudo, ut dixit  
Antonellus loco citat. & secun-  
dum æquitatem, quæ in omni- 85,  
bus rebus perquiritur, ut inter  
homines agatur sine fraude,  
callidum emptoris factum sibi  
prodesse non debet, & perinde  
habendum est, ac si in alieno lo- 86.  
co. invenisset, cum adhuc res  
vendita, venditoris dicaretur,  
quamvis postea agro compa-  
rato, illum deprehenderit em-  
ptor, ut recte concludunt Cō-  
nanus, Antonellus, Farinacius,  
Calvinus, & Hothomanus, locis  
supra relatis.

Quid dicendum si quis in- 87  
veniat Thesaurum in fundo  
jam alteri vendito, sed non  
dum tradito: an tunc ad empto-  
rem, vel venditorem pertineat  
The-

Thesaurus? Cui interrogatio-  
ni, ut satis eam , sciendum est,  
quod jura , quibus Thesaurus  
Domino loci, vel in totum, vel  
pro parte attribuitur, de eo do-  
mino accipi debent, qui plenè,  
& ex omni parte Dominus sit:  
qualis non est iste venditor; id-  
que propterea , quia adversus  
venditorem actio eo nomine  
emotori competit; at qui actio-  
nem habet , rem ipsam habere  
videtur, l.143.de V.S.l.15.de  
Regul.jur.l.52.ff.de Aquir.rer:  
89 domin. quia venditor rem vē-  
ditam pignoris jure teneat, l.13.  
§.8.ff.de Act.empt. l.31.§.8. ff.  
de Aedilicē edict. l.22.ff.de Ha-  
red, vel act.vend. At quod pi-  
gnoris jure tenemus , ejus do-  
mini non sumus, l.45.pr. ff.de  
Regul.jur. quia res perit suo  
Domino, non alii, §.2.3.4. In-  
stitut. Quib.mod.re contr. obl.  
l.9. C.de Pign.action. l.5. §.4.  
l.18.ff.Commod. l.1.C.eod. l.5.  
ff.de Reb.cred. l.23. in fin. de  
Regul.jur.l.1.§.4 ff.de O.E.A.  
l.11 & ibi DD. C.Si certum pe-  
titat. At qui res vendit, etiam  
ante traditionem venditori nō  
perit, sed emotori , §.Cum au-  
tem , 3. Institut.de Empt. &  
vendit. l.7. l.8. ff.de Peric. &  
commod.rei vend. l.1.l.5.C.eod:  
92 Pertinet enim ad emptorem  
Thesaurus inventus in re recēs  
vendita , ut deponitur ex fa-  
eti specie text in l.67. ff.de Rei  
vindic. Igitur ei dispositioni

tanquam regulæ standum est,  
donec probetur exceptio; & cū  
ad emptorem omne periculū, 93  
& incommodum pertineat,  
æquitas illa naturalis suadet,  
ut commodum quoque The-  
sauri inventi ad eum spectet,  
text.in l.10.ff.de Regul.jur.Ma-  
xime quia quicquid rei vendi- 94  
tæ accedit, ad emptoris com-  
modum pertinet , l.7. ff.de Pe-  
ric. & commod.rei vend. Ergo  
& Thesauri commodum, quia  
emotor quoad commodum, &  
incommodum pro Domino  
habetur. Atqui Thesaurus est 95  
commodum , & Domino loci  
defertur ; atque ita statuerunt  
Wessembechius ad dict. §.The-  
sauros, verb. Loco suo, Institut.  
de Rer. divis. sola ratione po-  
strema subnixus ; & Nebelkra  
lib. Singul.decis.9.per tot. ratio-  
nibus istis omnibus adductis  
fretus, & præcipue illa unica  
Wessembechii in decis.10. §.De-  
nique pro causa.

Decidendi verò ratio nobis 96  
est, quia ante traditionē nō em-  
ptor , sed adhuc ipse venditor  
Dominus est, ut disertè ait Im-  
perator Justinianus §.3. in fine,  
Institut.de Emption. & ven-  
dit. & quidem pleno jure , ut 97  
iterum disertè rescripsérūt Iul-  
per.Diocletianus, & Maximia-  
nus in l.11.C.de Act.empt. Adde  
l.6. C.de Hared. vel act. vend.  
l.14.l.80.ff.de Furt.l.8.§.12. ff.  
Quib.mod.pign.solv. Atqui ei,  
qui

98 qui Dominus loci est, attribuunt  
jura Thesauri inventi partem,  
propter ipsum dominium,  
*dicit. §. Thesauros, cum concordan-*  
t. nec ullibi exceptionem  
in venditore, qui fundum, in  
quo Thesaurus inventus est,  
non dum tradiderit, ponunt.  
Ergo. &c. Reliqua argumenta,  
quæ pro hac sententia adduci  
possunt, pete apud Nebelkram  
*decis. 9. §. Posit.*

99 Jura, Domino loci Thesau-  
rum attribuentia, nonnisi de-  
eo Domino accipi debent, qui  
plenè, & ex omni parte Domi-  
nus est; id enim nusquam in ju-  
re nostro traditur: & plerisque  
100 in speiebus partem eam  
Thesauri aut vacuā relinque-  
ret, & Fisco deferret: aut inter  
duas diversas personas, de uno,  
eodemque dominio participa-  
tes, distribuendam esse effice-  
ret. Atque etiam in hac ipsa  
105 specie argumētum *autri spēcū*  
~~est~~ deprehenditur; cum ipse  
quoque emptor citra contro-  
versiam non sit plenè, & ex  
omni parte Dominus.

110 Sed neque concedimus, ni-  
si commoda interpretatione  
adhibita, venditorem talem  
non esse plenè, & ex omni par-  
te Dominum. Est enim utique  
115 pleno jure Dominus, text. in  
*L. 1. de Act. empt.* adeò, ut  
alienare rem & servo plenissi-  
mam libertatem d'are possit,  
*dicit. L. 1. in cta L. 29. ff. Qui, &*

*quibus man. dict. l. 6. C. de Ha-*  
*red. vel act. vend.* nec ulla pars  
rei dici potest, cuius ipse Do-  
minus non sit. Et quæ adversus  
ejus dominium dicuntur, iis 104  
partim fallacia à dicto secun-  
dum quid implicari videntur:  
veluti quod rem in bonis suis  
habere videatur, qui actionem  
ad eam consequendam habet,  
quod ipsum etiam verbis fi-  
ctionem significamus (intelli-  
gitur, & videtur) proponitur, 105  
& quod venditor rem eam pi-  
gnoris jure detineat. Dicunt  
enim leges pignoris loco, *dict.*  
*L. 2. 2. 3. 1. de Aēdil. edit. pignoris*  
*nomine, dict. L. 2. 2. ff. de Hared.*  
*vend.* imò quasi pignus, *dict.*  
*L. 1. 3. de Act. empt.* ut scilicet co-  
lor iste retentionem rei tuae  
tur, exēplo *L. 1. 5. in fin. ibi: Qua-*  
*si pignoris loco, ff. de Furt.* Un-  
de etiam intelligitur, id non ad  
quæstionem de exceptione ad-  
versus actionem empti, vel de  
deneganda traditione, & ut  
morari non committere vi-  
deatur venditor pertinere. Par-  
tim verò consequentis fallacia  
intervenire videtur. Quippe 106  
cum perire alicui, accidēs qui-  
dem dominii, sed non ejusmo-  
di aliquod proprium *πάδος*, sit  
ut eum, cui res perit, dominus  
esse: cui non perit, dominum  
non esse oporteat: nec usquam  
id pronunciatum in jure habe-  
tur, cui res perit, is ejus est Do-  
minus, & si extaret maximè,

Tt non

non tamen sine exceptione es-  
set.

107 Ad posterioris verò gene-  
ris rationes responderetur in di-  
cta l.67. de Rei vindicat. non  
proponi regulam ad empto-  
rem pertinere Thesaurum in-  
ea re inventum; sed tantum de  
facti specie ibi proposita, in  
qua utique traditio fuerat se-  
quuta responderi, Thesaurum  
emptoris esse. Ergo nè quidem  
exceptionis probatione opus  
est: cum regula non extet à qua  
excipi oporteat. Argumentum

108 illud ab æquitate petitum, &  
fallax est, & ad quæstionem de  
jure constituendo, non de jure  
constituto pertinet. Thesaurus

109 non est ex numero earum re-  
rum, quæ rei venditæ acce-  
dunt, sed prorsùs diversum, &  
singulare aliquid, l.3. §.3. ff. de  
Acquir. possess. Unde tam va-  
riæ de Thesauris constitutio-  
nes pro voluntate, & arbitrio  
constituëtium refert Bitschius  
cap.4. §.76 part.1. Neque tu-

110 cum, & à petitione principii  
imimmune est dicere, emptorem,  
quo ad commodum, & incom-  
modum pro Domino haberi.

111 Sed neque satis est ad acqui-  
rendum Thesaurum pro Do-  
mino qualitercumque haberi.  
Sed oportet, re vera Dominum  
esse, vel certè in hac ipsa re  
pro Domino haberi. Unde li-  
112 cèt Tutores, & Curatores  
pro Dominis habeantur, non

tamen ipsis acquiritur Thesau-  
rus, sed pupillis, & adolescen-  
tibus; & usufructuarius licet 113  
pro Domino habeatur, quo ad  
ipsum commodum rei, l.8. ff.  
de Reb. auct. Jud. poss l.18. in fin.  
prff. de Verb. oblig. l.4. ff. de  
Vsufuct. l.22 ff. de Ag. & ag.  
pl. §.1. Inst. de Vsuf., & habit.  
non tamen propter Thesaurū  
acquirit, imò nè usumfru- 114  
Etum quidem ejus consequi-  
tur, ut probat Bitschius de  
Thesaur. cap. 8. §.139. part.2.

### SUMMARIUM.

- 1 Res quomodo possint esse resti-  
tutioni subjecta.
- 2 Quæ primogenitis assignatae  
sunt, alienari non possunt.
- 3 Majoratus parum à fideicō-  
missis differt.
- 4 Fundus restitutioni subj. Etus  
ex parte est in possessore do-  
minio.
- 5 Aff. etio restitutionis domi-  
nium non mutat.
- 6 Dies restitutionis dum non  
venerit, res est in dominio  
eius, qui restituere debet.
- 7 Et quidem pleno iure.
- 8 Quamvis possessor fructua-  
rius appelletur.
- 9 Ususfructus vocabulo quid  
intelligatur.
- 10 Majoratus possessori debetur  
pars Thesauri, Domino loci  
debita.
- 11 Reprobatur sententia Bal-  
duini.  
Ex-

- 12 Expenditur textus in l. 3. § 2.  
C. Comm. de legat.
- 13 Adverbium purè, non est intentio negationis.
- 14 Trutinantur text in l. 9. §. 1.  
ff Si quis caut. l. 9. ff de Spōf.  
l. 47. de Leg. 2. 18. §. 7. ff. de  
Fideicom.
- 15 Possebōri dominium quibus verbis non denegetur.
- 16 Causa accidentaria, & ex transfeca nec dominium, nec semi dominium efficere potest.
- 17 Quod alijs debemus, id nostrū non est.
- 18 Debemus cuius dominium ad alios transferre debemus.
- 19 Restitutio est salutio.
- 20 Res, qua debent restituī, nūcupantur aliena.
- 21 Thesaurus, quem quis in loco suo invenerit, totus fit inventoris, licet de industria invenerit.
- 22 Nisi arte magica, vel opera illicita inventus sit.
- 23 Eisco debentur Thesauri inventi artibus illicitis, ac magicis.

**D**iversis modis res possunt esse restitutioni subiectæ, veluti lege, sive jure civili communi, prout si in pignore jus dominij recens impetratum sit, si fundus in dotem sit datus, si quid nobis donatum sit ante susceptos liberos à donatore, juxta l. 8. C. de Revoc. donation. vel ultima voluntate, sive sub certa die, vel conditione fidus relictus sit, vel substitutioni pupillari suppositus, text. in l. 3. §. 2. C. Commun. de legat. quod fieri potest non solum expressè, sed etiam interpretativè, ut si Testator vetus sit hæredi fundum alienare, sed perpetuò in familia manere, text. in l. 54. ff. ad Leg. Falci-diam: de quibus prohibitionibus, & fideicommissis agunt Gilmanus lib. 1. Rer. judicat. Camer. Imper. decis. 7. num. 14. Wehnerus in Observat. pract. Petra de Fideicomiss. & Peregrin. artic. 14. Rittershusius in Novell. part. 6. cap 9. Fachinaeus lib. 4. conirov. 49. & 50. Fiunt quoque cōtractu, pacto, seu conventione inter vivos, Peregrin. & Petra, Gait. lib. 2. observ. 137. Borcholt. lib. 1. cōf. 4. Huc spectant pacta familiarū de successionibus certis, de quibus Bersius de Statutis, pact: & consuetud. familiar. Heigius lib. 1. quest. 23. & quæ pri-

2 mogenitis assignata sunt, quæ alienari non possunt; sed ad successores debent transferri. Quod Jus majoratus, sive Primogenituræ vocatur, & parvum à fideicommisso differre ase-  
3 verant Molina de Prim. Hispan. lib. 1. cap. 1. n. 7. Betsius ubi supra, & de variis alienationibus, & prohibitionibus peragunt Gail. lib. 2. obseru. 16. Wil. lib. 2. decis. Spiræ. 203. Gilmanus 10. 3. Synphoren. verb. consuetudo. Tilemann. in apostol. Syndr. pent. 4. obseruat. 39. Rungenerus lib. 5. obser. 8. Kellerus lib. 2. de offic. juridic. polit. cap. 10.

4 Crebrescit ergo dubitatio proposita, ex quo fundus restitutio*n*i subiectus, vel nullo modo, vel tantum ex parte in possessoris dominio est. In l. 3. §. 2. Cod. Commun. de legat. habemus: rem, quam in bonis suis pure non possidet, & sic ex vi postpositæ negationis dominium in universum difficitur; vel saltem non pure, & absolutum; Et ideo nec totale videtur concedere ad hoc, ut ad possessorem dimidia pars thesauri spectare debeat.

5 Sed ex adverso perpenditur, quod affectio illa restitutio*n*is, quamvis, rem onerosam reddat; tamen dominium non mutet; & nihilominus restitutio*n*is obnoxia, interim dum dies, aut conditio restitutio*n*is pendet in dominiq

ejus est, qui restituere debet 6 nō cui restituenda est, aut restitu debere speratur, text. in l. 26. ff. de usu, & usufruct. leg. l. 45. §. 1. ff. de legal. 2. l. 18. ff. de legat. 1. l. 9. §. 5. ff. de pecul. l. 66. ff. R. V. cum similibus, & quidem ple no jure, text. in l. 29. in fin. ff. qui, & à quibus man. Menoch. lib. 3. præsumpt. 115. num. 70. Zas. lib. 1. consil. 1. num. 12. 13. 45. 46. Bald. in l. voluntas. 4. nu. 10. C. de Fideicom. & in l. 3. §. 2. C. comm. de legat. Tiraquell. de retract. convent. §. 2. glos. un. num. 38. Gail. lib. 2. obs. 137 num. 5. 6. 7. Cothman. lib. 3. & esp. 11. num. 30 & resp. 55. num. 86. Peregrin. de Fideicom. art. 3. num. 94. & art. 40. num. 69. Idque etiā licet talis possessor fructarius 8 appelletur, & in dispositione dicatur, quod res illæ utendæ fruendæ concedantur. Non enim proprie*t*à verus, & ut vocant, formalis usufructua rius est: sed potius proprietarius, & verus dominus, ut re cte docet Zasius in l. Centurio, num. 57. ff. de vulg. & pupill. substit. per textum elegantissimū in l. Proculus, 19 ff. de usufr. cui addi potest l. ult. ff. de usufr. car. rer. Ubi dicetur, ob id ipsū, quod res alteri restituenda est, usus mentionem fieri: & l. Spes, 15. ff. de aur. & arg. leg. Ubi vocabulo ususfructus usus est restator, significaturus se proprietatem rei legare cum one re

re fideicommisi: Quem usum-  
fructum vulgo causalem vo-  
cant; quippe causa dominii  
competentem. Et sic Majora-  
tus possessori proculdubio de-  
10 ferendam esse eam dimidiā  
partem Thesauri; quæ domi-  
no fundi, & jure soli competit:  
eo quod Majoratus possessor  
verus, & plenus dominus fit,  
decidunt recte Molina in tra-  
ctat. de Primigen. Hispan. l.1.  
c. 23. num. 3. Garzia de expens.  
& meliorat. cap. 22. num. 50.  
Barbosa in d. l.8. §. Si fundum  
num. 36. ff. folius. matrim. Gu-  
tierrez de tavel. & cur. cap. 26.  
num. 11. Quod & probat Eller-  
tus Leoninus lib. 1. emend. & ob-  
seru. cap. 13. num. 11. Minime ve-  
11 rò probatur, quod scribit Bal-  
duinus in §. T belauros, verb. in  
loco suo, quem intelligi inve-  
nisse Thesaurum, cum ejus loci  
proprietatem habeat certam,  
& quod subaudiri vult, perpe-  
tuam alioquin enim ubi ea es-  
set restituenda non nisi dimi-  
diā partem Thesauri, ut in  
alieno inventè liceret jure in-  
ventionis retinere. Et quæ pro-  
exemplis adducit, ea nec om-  
ninò ita sese habent, nec spe-  
cialitate carent; veluti si mari-  
tus in dotali funda Thesaurum  
invenerit, de quo jam latè egi-  
mus, aut creditor in fundo, cu-  
jus dominii jus quidem impe-  
travit; sed non dum pérempta  
luendi facultate.

Nec obstat dubitandi ratio 12  
supra adducta. Nā quod in d.l.  
3. §. 2. Comm. de legat. is, qui  
restituere rem tenetur eam in  
bonis suis purè non possidere  
dicitur: id primò non omnima-  
do, & universim dominiū pos-  
sidenti denegat. Quippe Ad-  
verbium purè, non est intentio 13  
negationis, quod dicit, omninò  
non, vel, nullo modo; sed est  
determinatio prædicati nega-  
tivi; quomodo scilicet eam rē  
non possideat in bonis suis: ni-  
mirum ratione puri sive meri,  
& absoluti dominii, ut sic ne-  
gatio referenda sit non ad que-  
stionem, An in bonis suis pos-  
sideat: Quomodo in l.9. §. 1 ff.  
Si quis caus. dicitur omnes sta-  
tos non esse, id est, non omnes  
statos esse, & in l.9 ff. de Spons.  
Hoc ipso, quod in domum  
deducta est, non videri sponsa-  
lia facta. & in l.47 ff. de legat. 2.  
Vtrumque legatum nullo mo-  
do debetur, hoc est, nullo mo-  
do utrumque, sed alterutrum  
duntaxat debetur: & in l.8. §. 7.  
ff. de fidei juss. placuit eos omninò  
non obligari. ( de quo tamen  
maximè controvertitur ) non  
omninò obligari, & in l.6. C. de  
ll. Quibusdam casibus ad laiso-  
nem eorum volumus inventum  
videri; nimirum, non quibus-  
dam casibus volumus: & apud  
Ciceronem lib. 2. de Offic. Cum  
omnes non possint, ne multi qui-  
dem esse Juris-periti: aut di-  
ser-

*serti: nempè non omnes pos-*  
*sint . Et apud Quintil. lib. 12.*  
*Institut.orat.c.9. Cum protinus*  
*respondendum est omnia para-*  
*ri non possunt , videlicet, non*  
*omnia possunt parari.*

- 15 Deinde ne pro parte qui-  
 dèm dominiū possessori dene-  
 gatur . Nam quod non purè  
 dominus est fiduciarius ; vel  
 quicunque restituere rei te-  
 netur; id non ad causam mate-  
 rialem, sed formalem pertinet,  
 & quidèm ad formam accidé-  
 tariam,& extrinsecam:quæ ne-  
 16 que non dominum , neque se-  
 midominum , ex domino effi-  
 cit; sed eum pleno jure domi-  
 num esse sinit . Teste Bitschio  
 cap.8. §.182. part.2. & elegan-  
 ter in l.54 ff.ad l.Falcid. posse-  
 forem res restitutioni obnoxias  
 17 in are alieno habere:æs autem  
 alienum est, quod nos aliis de-  
 bemus, text.in l.213. §.1. ff. de  
 Verbor.signific. debemus autē  
 18 propriè id, quod dare, sive cu-  
 jus dominium transferre, nos  
 oportet : adeoque , quod jam  
 non est ejus,cui debemus, text.  
 in l.27. §.2.l.34.pr. ff.de aur.arg.  
 19 leg. §.13. Instit. de action. & resti-  
 tutio est solutio,l.38. ff. ad S.C.  
 Trebell. ubi non pro tantum,  
 vel non solum , ut alias sèpè  
 quomodo,& editio Haloandri-  
 20 na expressè habet . Atque sic  
 etiam Cothmannus, res patri-  
 moniales ex statuto alienari  
 prohibitas , æs alienum esse di-

eit, & debitum statutarium,cō-  
 suetudinarium , & legitimum  
 appellat,lib.3.respons.44.num:  
 81.89.97.

Thesaurorum enim , quem 21  
 quis in loco suo invenerit , to-  
 tum inventoris fieri , quamvis  
 hic non fortuito, sed data ope-  
 ra , & de industria invenerit,  
 docemur ex text.in §.Thefa-  
 ros,Instit. de Rer. divis. text.in l.  
 unic.C.de Thesaur. nisi opera il-  
 licita, veluti arte magica adhi- 22  
 bita invenerit: quo in casu the-  
 saurus non fiet inventoris, loci-  
 que domini; sed Fisco adquiri-  
 tur , ut docuerunt Amaya in l. 23  
 unic.C.de Thesaur.Cujacius in  
 cap.unic.Qua sint regalia, Ob-  
 recthtus de Regal. disput. 115.  
 Vultejus lib.1. de Feud. cap.5.  
 num.7.Sixtin. lib.2. de Regal.  
 cap.ult.num.31.Peregrin. lib.4:  
 de Iur.Fiscis tit.2.num.2.Rosen-  
 thal.de Feud. cap.5.conclus.92.

#### SVMMARIVM.

- 1 *Thesaurus inventus per eos,*  
*quos quis habet in potestate,*  
*inventori acquiritur.*
- 2 *Servus communis , dominis*  
*pro parte thesauro acqui-*  
*rit.*
- 3 *Licet servius fructus apud*  
*alterum sit.*
- 4 *Thesaurum inventum per*  
*servum , seu filium acquiri*  
*domino , vel patri de jure*  
*Digestorum, secundum Gui-*  
*dium.*

5 Cas

- 5 *Castreria, et quasi castreria non acquiruntur patri.*
- 6 *Inventio Thesauri efficit peculum adventitium.*
- 7 *Proprietas Thesauri remanet venes filii, et patri usus fructus adquiritur.*
- 8 *Frater post mortem patris non tenetur communicare Thesaurum.*
- 9 *Filius acquirit proprietatem Thesauri, et patri remanet quo ad usumfructum.*
- 10 *Thesaurus inventus a servo communi, cui debeatur?*
- 11 *Pars Thesauri debita domino loci, an sit dividenda inter Dominos servi.*
- 12 *Referuntur verba text. in lls qui, ff de Acquir.rer.domin. et interpretantur.*
- 13 *Servus quidquid acquirit, Domino acquirit.*
- 14 *Opinio Cardinalis de Lugo traditur.*
- 15 *Servus communis omnibus Dominis pro rata dominij acquirit.*
- 16 *Mercenarius, si inveniat Thesaurum laborando, debet Thesauri partem habere.*
- 17 *Lucrum servi omnibus Dominis ex aequo acquiritur.*
- 18 *Sensus Guidii.*
- 19 *Thesaurus inventus a servo communi in fundo unus ex dominis, cui debeatur?*
- 20 *Intellectus Azorii.*
- 21 *Pars Thesauri, que debere-*
- 22 *etur servo, si esset liber, debetur Dominis.*
- 23 *Servus fodiendo in agro usufructuarium, si inveniat Thesaurum, debeatur usufructuari.*
- 24 *Thesaurus repertus in loco habente plures Dominos, cui acquiratur.*
- 25 *Proponitur difficultatis casus.*
- 26 *Differentia inter causas partiales partialitate objecti, et partialitate effectus.*
- 27 *Thesaurus inventus in domo duorum Dominorum, cui acquiratur.*
- 28 *Thesaurus inventus in loco communitalis, cui acquiratur.*
- 29 *Thesaurus inventus in loco Tuij, et Sempronij, cui vindicetur.*
- 30 *Fit divisio Thesauri.*
- 31 *Thesaurus inventus in domo Petri, cui debeatur.*
- 32 *Caramuelis decisio.*
- 33 *Ponitur exemplifica Thesauri numeratio.*
- 34 *Si Antonius in fundo suo Thesaurum reperiret, in scio Frisco, cui debeatur.*
- 35 *Modus sapit naturam rei.*
- 36 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
- 37 *Thesaurum acquirere possumus per filium, et servum.*
- 38 *Quarere Thesauros in alieno loco non licet, nec etiam cum*

- cum voluntate Domini.
39. Mercenarius arando, si fortuitò Thesaurum inveniat, eum promedietate acquirit.
40. Mercenarii, servorum loco habentur.
41. Mercenarii servientes, potius quam servi dicuntur.
42. Mercenarius quidquid acquirit, sibi acquirit.
43. Thesaurus non acquiritur ex operis servi, sed ex fortunae dono.
44. Omnia, que fortuitò inveniuntur, si afferore careant, fiunt invenientis.
45. Thesaurus in visceribus terra latitat.
46. Fodere fūdūm alienum absq; Domini licentia, non licet.
47. Arans, si in Thesaurum fortuitò incidat, domino loci partem dare tenetur.
48. Investigans Thesaurum in loco alieno, nihil lucratur.
49. Qua projiciuntur in mare nō fiunt capientis, sed prioris Domini.
50. Referuntur verba Justiniani in §.48. Institut. de Rer. divis.
51. Inveniens rem desperitam, si offerens redditurus vero Domino, non videtur habere animum defraudandi.
52. Thesaurus, uti & res desperitate, non fiunt inventoris, sed Dii consulendi, secundūm Platonem, cuius verba referuntur.

53. Si in alieno fundo cum servo communi quis Thesaurum inveniat, quomodo dividendus.
54. Thesaurus inventus in fundo Titiū sociū mei, cuius sit.
55. Ponuntur rationes conclusio- nis.

Ad quem pertineat Thesaurus inventus à Filio familias, vel à Seruo.

#### C A P. XXIV.

**R**egula est iuxta Bitschiū, 1 Thesaurum, quem quis invenerit in loco suo sive per se, sive per eos, quos habet in potestate sua, veluti filium familias, & servum, ipsi inventori acquiri, secundūm text. in l.63. ff. de Acquir. rer. domin. Synops. Basilic. lib.50. tit.1. cap 68. Harmenop. lib.2. tit.6. Diana tom.6. tractat.4. resolut.8. Guid. lib.3 de Mineral. tit.10 quast.32. num.38. Quod extendunt, ut procedat quoque in casu, quo servus non insolidum ipsius sit, sed pro parte tantūm, tanquam si solius ejus Domini nomine cuius est, invenerit, quasi si nominatim ei stipulatus esset, text. in l.63. §.2. & l.37. §.3 ff. de Acquir. rer. domin. Quod notatu dignum existimat Azo in Summa, C. de Thesaur. num.4. & comprobat

Sixt.

- Sixtinus lib. 2. de Regal. cap fin.  
 3 num. 12. hoc procedere retur Bitschius etiam, si illius servus ususfructus apud alterum sit, d.l. 63: §. 3.
- 4 Hæc enim conclusio præferens Thesaurum inventum per servum, vel filium familias Domino, vel patri acquiri, de jure Digestorum procedere existimat Guidius. Ex quorum juribus omnia acquisita per filium, exceptis castrenisibus, & quasi castrenisibus acquirebantur patri, per text. in l. Placet, ff. de Acquir. heredit.
- 5 6 De jure vero Codicis aliter asseverandum est, siquidem hujusmodi Thesaurorum inventio, peculium adventitium efficit, secus vero profectitum.
- 7 Idcirco hic Thesaurus tantum acquiretur pro parte, pro quo filio per inventionem acquiritur, & sic proprietas Thesauri remanet filio, & patri quo ad usumfructum tantum acquiritur, toto tit. Cod. de Bonis, qua liberis, & C. de Bonis matern. & hanc novissimam, & singularem considerationem dicit Guidius lib. 3. de Mineral. tit. 10. quæst. 32. num. 34. cui assentitur Diana tom. 6 tract. 4. ref. 8. Bitschius de Thesauris cap. 8. §. 223. part. 2. Et ratio est, quia hujusmodi inventor post mortem patris non tenetur fratri eius Thesaurum illum cōmubcare, ut concludunt Guidius,

& Diana ubi supra, per text. in l. final. C. de Collat. quorum placito quodammodo blandiri videtur Calvinus lib. 2. de Aequitate cap. 94. num. 46. quo amplitutur filium familias inventem Thesaurum ejus proprietatem sibi acquiri, patri vero usumfructum; quod & mihi quoque arrideret.

Quid vero dicendum, quod 10. tñs Thesaurus inventur à servo? Hanc sciscitationem examinat Turrian. in 2. 2. tom. 2. disput. 43. dub. 2. num. 23. qui ex text. in l. ls, qui, ff. de Acquir. rer. domin. ponit dubium, quid faciendum, quando servus aliquorum inventus Thesaurum in agro unius illorum Dominorum, & non ambigitur pars, quæ cedit Domino, esse illius, cuius est fundus.

Sed prior difficultas consistit: utrum pars, quæ per leges defertur inventor, sit dividenda inter omnes Dominos servi illius; quod certè non videretur definire Jurisconsultus in dict. l. ls, qui, dum ait: Verum an 12. ali quid ferat alter socius, vindendum est, & num quid simile sit, atque cum stipulatur servus jussu unius Domini, aut per traditionem aliquid accipit, vel nominatim alteri, quod magis dici poterit. Quæ omnia verba aliqui putant per interrogationem legenda. Dubia ergo videtur mansisse mens

Vv con-

consulti Glossa quidem ibi, utraque sententiam sub disjunctione videtur tradere, & videbitur alicui solo considerato jure naturali, ad tradita per Connanum lib.3. *Comment. jur. civil. cap. 4.* Caramuel. lib.2. *Theolog. moral. artic. 2.* dicendum partem inventoris dividendam esse inter Dominos illius, eò quod bona servi planè 13 sint Domini, quia quidquid servus acquirit, Domino acquirit; si unus tantum sit Dominus, vel Dominorum si plures sint, secundum sensum Turriani loco citato.

14 Sed Cardinalis de Lugo *de Justit. tom. I. disput. 6. sect. II. num. 124.* dissentit à Turriano, & docet, partem illam inventori obvenientem omnibus acquiri; quia, quod servus acquirit, Domino acquirit. Si autem plures sint Domini, omnibus acquirit: neque enim in illa inventione censemur magis nomine illius, quam illorum invenisse, cum non ad inveniendum Thesaurum, sed ad laborandum destinatus fuerit à Dominino illo. Quare non est, sicut si ejus iussu, & nomine stipulatus fuisset; sed sicut si missus ab eodem Domino ad aliquem locum in ipso itinere gemmam invenisset, vel donum magni pretii, quod certè omnibus acquireret, cum non fuisset ad illum lucrum ab illo Domino

deputatus; sed ad aliud negotium peragendum. Quod autem ea fossio, vel iter occasio lucri fuerit, nihil refert: nam si mercenarius iussu Domini laboret in agro, & ibi casu Thesaurum invenisset, dimidia pars inventori respondens, nō agri Domino, cuius iussu ibi laborabat, sed mercenario cōpeteret, testante Bitschio *de Thesauris cap. 8. §. 225. part. 2.* Antunez *part. 3. cap. 13.* Quod verò ager sit illius Domini, facit, quod dimidia pars ei correspondeat, non verò quod inventio, vel portio inventioni respondens ei competit. Quare illud lucrum quoad eā partem cernitur omnibus Dominis ex æquo acquiri, si ex æquo sint Domini illius servi.

Verùm quidem est utramque sententiam probabilem esse; & ideo Guidius *de Mineralib. lib. 3. tit. 10. quest. 34. num. 42.* voluit, quod si communis servus Thesaurum inveniat in alieno prædio, Thesauri portio, quæ inventori quæritur omnibus Dominis pro ea parte, pro qua quisque Dominus est, acquiritur, text. *in l. Si is, qui, §. 1. ff. de Acquir. rer. domin.* Si verò servus communis in fundo unius ex Dominis Thesaurum invenerit, totus acquiritur illi Domino, in cuius fundo Thesaurus est inventus, ut in d. l. *Si is, qui, §. Si com-*

*munis*

*munis servus*, secundum intellectum Glossæ, qui fuit intellectus Azorij in *Summa*, C. de *Thesaur.* lib. 10. in fin. Qui vult,

20 quod si duorum servus in fundo unius ex Dominis Thesaurum invenerit, totus Domini fundi sit, & sic intelligit illam literam, licet ambiguam. Sed

21 secundum intellectum Alder. ut ibi refert Gloss. pro ea parte, pro qua quisque est dominus servi. Et hæc opinio videtur satis rationabilis, ut dicit Marianus Soccinus in quest. 2. sed quidam, ut ipse dicit, tenent præcedentem opinionem. Idem Guidius postea num. 43. querit etiam: Quid si aliquis sit

22 servus, & unus in eo habeat usumfructum, alter proprietatem, & ipse Thesaurum inventiat, cui queratur? Et respondent ex Soccino, quod si jussu usufructuarij fodiendo in agro

23 usufructuarij, Thesaurum invenerit, totus erit usufructuarij: sed autem non data ad id opera Thesaurum repererit, una pars ad usufructuarium: alia ad proprietarium: dicta l. is qui, §. quod servus. ff. de Acquir. rar. domin. ut tradunt Cardinal. Lugo de Iust. & jur. 10. 1. disput. 6. secl. i. n. 125. Turrian. 2. 2. disput. 43. dub. 2. num. 25. Diana tract. 4. resol. 9.

24 Hæc enim de Thesauris repertis in loco habente unum determinatum dominū; quid

de Thesauro invento in loco duos, aut plures dominos legitimos habente? Nempè si quædam domus ad Petrum, & Paulum jure æquali pertineat totaliter objecti, ita ut uterque sit totius domus dominus. Et licet aliqui Jurisconsulti casum negent, attamen ut dicit Caranuelis videntur laborare ignorantia naturalis Philosophiæ, & fundus ille ad Fran-25 ciscum, & Antonium spectat partialitate objecti; ita ut alter sit mediæ partis, & alter alterius mediæ partis dominus, nō damp bonorum distinctione instituta. Hanc moralem hypothesisin, facili negotio concedent 26 universi Philosophi, scientes dari causas partiales partialitate causæ, quarum singulæ ad totum effectum concurrant; & dari partiales partialitate effectus, quarum alteri pars effectus respondeat alteri, altera pars.

Unde si tu invenisti fortui-27 tò Thesaurum in domo Petri, & Pauli, & ad quem pertinet inquiris.

Responderetur, ediam partē ad te, totā alteram medium ad Petrum, totam ad Paulum spectare. Nam altera media pars ad illum spectat, ad quem dominus. Atqui hæc tota spectat ad Petrum, tota ad Paulum. Ergo illa Thesauri pars eodem profus modo ad eosdem spectat. 28

Vv 2 Hinc

Hi nc patet, quid dicendum sit de Thesauro reperto in loco ad secularem aliquam Communiam pertinente: media enim pars ad Inventorem, media altera pertinebit ad communiam, eadem integratē dominii, qua pertinet ipsemet locus. Tunc enim beneficio legis media Thesauri pars est, quid accessorium domus, adeoque ad dominum domus spectabit; quia accessorium sequitur suū principale.

29 Quid si invenisti alium Thesaurum in fundo Francisci, & Antonii, & retineas tibi duos quadrantes (hoc est medianam partem), & vide an in fundo possit pars Francisci à parte Antonii distingui. Si distinguuntur alii duo quadrantes debentur domino illius partis, in qua fuit Thesaurus inventus. si non distinguuntur (& hic est casus, qui videtur proponi) 30 attinet unus quadrans Francisco, alter Antonio; tibi enim soli debetur media Thesauri pars; alijs duobus simul alia media, ob eādem rationē; quia domum sequitur, quod accessorium illius est.

31 Sin autem Petrus in sua domo invenit Thesaurum iusicio Paulo; ad quem ergo spectabit? An non poterit dicere Paulus, in ea domo inventus est casu Thesaurus, ergo mihi debetur media pars? Et cur non

Petrus, ego in domo mea inventi thesaūrum; mihi igitur totus debetur? Cui altercationi respondeatur, utrumque verum dicere, & ante Judicis sententiam utramque veritatē stare. Sed quam feret integer, & probus Judex secundū Caramuelē debet ad proportionem recurrere. Crassius loquendo 32 possit aliquis dicere, medium partem cesuram Petro soli inventionis titulo; & medium alteram utriusque communī dominio ratione communis proprietatis.

Et hæc videretur non esse 33 condemnanda sententia, præcipue si pars adquiesceret; non enim Judices tenentur Arithmeticam scire: At stando rigori supponatur Thesaurum valere 1000. aureis, & sic enumerat Caramuel.

Petrus sibi soli prætendit, & justè mille aureos, Paulus sibi, & Petro prætendit, & justè quingentos: prætendantur igitur justè aurei 1500. & non sunt nisi 1000. Ergo instituatur Analogia si 1500. ab utroque prætensi respiciunt 1000 tunc 1000. à Petro prætensi respicient 666. & 500. à Paulo prætensi respicient 333 ÷ Ergo 666. erunt solius Petri: & 333 ÷ Petri simul, & Pauli, secundū distinctionem ejusdem Caramuelis.

Si vero Antonius in suo fun-34  
do

do Thesaurum opulentum inventum, inscio Francisco, ad quem ille spectabit; & videtur tres quadrantes pertinere ad Antonium, & unus ad Franciscum. Ratio est, quia Antonio inventionis titulo debetur media pars, & quia sunt fundi domini, Antonio, & Francisco altera media, hoc est quadrans. Francisco, & Antonio alter quadrans. Ergo tres quadrantes Antonio, unus Francisco. Omnes istae resolutiones fundantur illo principio physico: Modus sapit naturam rei. Et illo Morali: Accessorium naturam sequi coegerit principalis. Unde illa media pars, quae domino fundi debetur, sapiet natu ram domus; si haec sit unius domini debebitur uni, multis, si multorum haec sit. Si haec duorum sit indivisibiliter, etiam illa erit eorumdem indivisibiliter, & erit divisibiliter, si & domus.

37. Poteſt enim acquiri Thesaurus, non ſolum per filium, ſervumque: ſed quoque per liberam personam nostro nomine quaerentem; videlicet per mercenarium ad hoc ſpecialiter conductum. Hoc etiam illi concedunt, qui nec cum domini voluntate, Thesaurum in alieno loco perſcrutari poſſunt, Caffanæus ad Cofus et Bur gunt. §. i. verb. cypaves n. 17. Angelus in §. Thesauros n. 2.

Faber num. 4. Institut. de Rer. divis. Platea in l. unic. num. 4. C. de Thesauris, Sixtinus lib. 2. de regal. cap. fin. num 23. Valasc. de fur. emphytic. quest. 15. num. 3. Amaja in l. unic. C. de Thesaur. Antunez. de Donationib. part 3. Aliter porrò aſſerendum eſſet, ſi mercenarius, non ad hoc co ductus, nec noſtro nomine, Thesaurū repererit, ſed aliud agens in Thesaurū incederit: ſi forte vel arando, vel aliās terrā alienam colendo, & ſic intelligendi text. in d. t. unic. C. de Thes. & l. 63. §. 3. ff. de acquir. rer. domin. Glos. in §. Thesau ros. verbo Suo. Institut. de rer. divis. cum cæteris ſupra relatis. Quamvis mercenarii, ſervorū 40 loco videantur eſſe text. in l. i. §. 18. 20. ff. de Vi, & vi armata. text. in l. 4. ff. de Vſu, & habitat. juncta παραφρασι. Theophili ad §. i. Institut. d. t. & in illis ipſa merces auctoramentum ſervitutis ſit Cicero. lib. 1. Offi cior. ſub fin. Non tamen ſunt servi εὐχήσει, ſed tārum εὐποταξει, ut Stoici diſtinixerunt, teste Diogene Laertio lib 7. in vita Zenonis, ſive non perpetui mercenarij, ſed temporales: ut Sene ca diſtinguere videtur. lib. 3. de benef. cap. 2. Et ſervientes po 41 tiūs, quam ſervi. Cujac. lib. 1. de feud. in princip. & recitat ad tit. C. de ingen. & man. & ad l. 40. ff. V. S. Gothofred. ad dict. l. 1. §. 18 ff. de Vi, & vi armat.

ac-

42. Ac proinde non quicquid illi  
acquirunt, id nobis acquirunt.  
Neque per eum, quem bona  
fide possidemus, de quo *l. i. §. 18.*  
*C. 20. ff. de Vi, C. vi armat. &*  
*l. 4 ff. de Uſu, C. habit.* sumpſit  
Frherus *lib. 1. parergon, cap.*  
*12.* Thesauros fortuitò inve-  
nientem nanciscimur; nisi  
partem, quæ à legibus nobis  
defertur, quia Thesaurus non  
43 acquiritur ex operis servi; sed  
ex fortunæ dono, ut existi-  
mat Vandergraef. *Syntagm. jur.*  
*public. cap. 47. num. 7.* Ideoqué,  
vel ad ipsum, si liber est, vel ad  
dominum, cuius est servus. spe-  
ctat. *Text. in §. 4. ver. 1. Idem pla-*  
*cet. Institut. Per quas person.*  
*nobis acquirit.*

44 Hinc quædam, quæ ad ca-  
put undecimum attinebant, *anne*ctere necessum est, nè ali-  
quid ditissimæ Thesaurorum  
materiæ, detrahatur. Nempè  
omnia, quæ fortuitò reperiun-  
tur, si assertore careant, inve-  
nientis fieri; quamvis in alic-  
no reperta, ut de feris bestiis di-  
citur in *tit. de rer. divis.* Nec in  
illis locum habet Edictum Di-  
vi Adriani, ut partem eorum  
loci dominus sibi vindicare de-  
beat; alia enim horum ratio est,  
alia Thesauri. Thesaurus in vi-  
45 scribus agri latet, & ei loca,  
ubi asconditus jacet, quasi de-  
stinatus est: At neque ad eum,  
46 sine effossionibus perveniri  
potest, quas nisi permisso do-

mini non licet facere: Quod 47.  
si fortè fortuna arando, aut co-  
lendo quisquā invenerit, quia  
arat, & colit mandato, aut no-  
mine domini; æquum videtur,  
ut ejus inventi partem domi-  
no concedat, cujus factio, atque  
opera effectum est, quodam-  
modo, ut Thesaurum reperit:  
quod si ignorante domino stu-  
diosè Thesaurum perquisierit; 48  
quia facit, quod non licet face-  
re in alieno, totus Thesaurus  
domini est, ipse sibi nihil habet:  
quin poena dignus est potius,  
quam præmio. Amaja in *l. unic.*  
*de Thesaur.* Gutierrez *lib. 4.*  
*prop. 3. 6.* Antunez *part. 3. de do-*  
*nat. cap. 13.* At quod perditur  
ubi sit ignoratur, & temerè in  
quem locum contigit, ut cade-  
ret relictus est, tolliturque ab  
eo, qui invenit, sine ullo illius  
loci damno, aut, ut sic dicam,  
inuria, nec eum potest vetare  
dominus ne tollat: quamvis po-  
test, si præviderit, prohibe-  
re fundum suum, ne  
ingrediatur: quia tollendo nil  
fundam, neque domino fundi  
nocet. Quare meritò Justinia-  
nus in § 48. *de Rer. divis.* Con-  
fert cum iis, quæ in mare proii-  
ciuntur, ut non fiant invento-  
ris; sed maneat prioris domi-  
ni, qui relinquendi animum  
non habuit: *Qui res, ait, in ma-*  
*re ejectas fluctibus expulsa,*  
*vel etiam in ipso mari nactus*  
*lucrandi animo abstulerit, fur-*  
*tum*

tum committit; nec longè vi-  
 dentur discedere ab ijs, qua de-  
 rheda currente non intelligen-  
 tibus dominis cadunt. Idem di-  
 cit Ulpuiilla l. Falsus, ff. de  
 Furtis; quod in eo verum est,  
 qui inventum celat lucrifaciē-  
 51 di causa. Qui verò ut plerique,  
 inquit, solent facere, libellum  
 proponit continentem inven-  
 nisse se; & redditum ei, qui  
 desideraverit: satis ostendit se  
 non fraudandi animo omnino  
 fecisse. Itaque si nullus eorum  
 dominus reperiatur, haud du-  
 biè fiunt ejus, qui invenit; nec  
 loci dominus potest jure qui-  
 dèm ullam in eis partem sibi  
 vendicare. At Platonii aliter vi-  
 52 sum est, qui nec Thesaurum,  
 nec res quavis alias deperdi-  
 tas, etiam si ignoretur cuius  
 sint, vult inventori cedere. Sed  
 super his oleum consuli scrip-  
 sit. Cujus hæc sunt verba ex  
 lib. 11. de Legib. In summa, hoc  
 à nobis si possum. Rem ullam  
 de bonis meis, quantum fieri po-  
 test nemo me quidem invito at-  
 tingat, aut contrectet, quod  
 ipsum in alienis rebus à me  
 prestabitur diligenter quam-  
 diū mentis composfuerō. Et in  
 primis Thesaurum, quem vo-  
 cant, sibi, suisque reconditum  
 ab eo, cuius non sum bares legi-  
 timus, nec inventum velim  
 attriccare, ut id maximè con-  
 sulant etiam isti, qui vaticina-  
 tores appellansur. Nunquam

enim me tantū fructus ex ac-  
 cepto, quantum ex neglecto vir-  
 tutis. Et gloria consequetur:  
 cum præclarissima sit hæc, cer-  
 tissimaque rerum omnium pos-  
 sessio, ijs bonis, quæ in faculta-  
 tibus esse possunt, potiorem hanc  
 unam semper habere integrita-  
 tis, Et justitia opinionem. Ut  
 quod de multis rebus dicitur,  
 immota ne moveas, de hoc quo-  
 que rectè, Et verè dictum esse  
 putemus: habeamusque non-  
 nullam fidem ijs, qui vulgo fe-  
 runtur sermonibus, ista omnia  
 procreatione liberorum, quo-  
 dammodo nocere. Quod si quæ  
 nec reverentia legis hujus, nec  
 suscipienda prolis amor, Et cura  
 tangit, ut quæ neque ipse, ne-  
 que suorum quisquam posuit,  
 auferat dominio non volente,  
 scias se hanc præterea optimam  
 Et ab Illustrissimo quodam vi-  
 ro positam legem violare, quæ  
 generaliter vetat; quæ non po-  
 fueris, ne tollas. Quid igitur  
 hunc pati dignum est, qui spre-  
 tabarum duarum legum au-  
 thoritate, quod ipse non possit,  
 sibi assumit, neque id parvum  
 quiddam, sed multa magna-  
 que pecunia Thesaurum? quod  
 illum maneat à dijs suppliciū,  
 viderint ipsi: Nos quidem sta-  
 tuimus, ut qui primus viderit,  
 si quidem in Urbe, urbanis si  
 rure, rusticis magistratibus in-  
 dicet. Tum Civitas Delphos  
 mittat consultum ea de re A-  
 pol-

pollinem ex cuius oracula, quid  
 de Thesauro, quid de eo qui  
 amavit, faciendū sit, constituet  
 præmiū indici seruo, libertas; et  
 Civitas: ita ut ejus precium do-  
 mino solvatur ex publico: Non  
 iudicanti, fraus capitalis esto;  
 si liber est ex indicio magna  
 laude virtutis, multoque hono-  
 re à civibus suis afficiatur. Si  
 reticuerit, infamia criminis  
 ignorantiaeque notetur. Et hæc  
 quidem Plato. Si in alieno fun-  
 do inveniam per servum, qui  
 mihi cum Titio communis est,  
 non debetur mihi Thesauri di-  
 midia pars, sed quarta, scilicet  
 dimidia dimidiæ, si The-  
 saurus in fundo alicujus tertii  
 reperiatur. text. in l. 63. §. 1. ff. de  
 54 Acquirend. rer. domin. Vel  
 etiam nihil omnino. Si The-  
 saurus inventus sit in fundo Ti-  
 tii socii mei d. l. 63. §. 2. In pri-  
 mo casu ideo non debetur mi-  
 hi totum id, quod jure inven-  
 tionis dabetur, quoniam non  
 sum solus inventor Thesauri,  
 sed tantummodò proportione  
 dominij, quod in servo habeo  
 invenisse videor insolidum cū  
 socio: in secundo vero casu, nō  
 possum dicere inverile per  
 servum, sed solus socius cuius  
 fundus proprius est attestatur  
 Bitschius cap. 8. § 261. part. 2.

## SUMMARIUM.

1. *Sacra loca olim qua diceban-*  
*tur.*

2. *Religiosa loca qualia.*
3. *Referuntur verba. text. in:*  
*Sacræ Instit. de Rer. divis. &*  
*§. Relig. usum.*
4. *Sepeliendi mos apud Roma-*  
*nos viginis.*
5. *Funeraria actio erat privile-*  
*giata.*
6. *Loca ad sepulturam extra*  
*Urbem destinata erant.*
7. *Cemeteria olim destinata erat*  
*in sepulturam fidelium.*
8. *Clericis, & postea laicis in*  
*Ecclesiam sepeliri concessum*  
*fuit.*
9. *Romani solebant habere loca*  
*sacra in adibus suis.*
10. *Romani locum religiosum ad*  
*sepulturam habebant.*
11. *Loca publicè deputata ad cō-*  
*mīnem adorationem.*
12. *Loca religiosa destinata erat*  
*ad sepulturam eorum, qui*  
*particularia non habebant.*
13. *Ager ad sepulturam peregrini-*  
*norum ex presio servatoris*  
*nostrī emptus fuit.*
14. *Hebraos habebant particula-*  
*ria sepulchra.*
15. *Consecrare sibi locum absque*  
*Pontificis, vel Imperatoris*  
*licentia non erat alim per*  
*missum.*
16. *Thesaurus inventus in loco*  
*factro, vel religioso, sit inven-*  
*toris.*
17. *Thesaurus inventus in loco*  
*nullus, inventoris est.*
18. *Thesaurus inventus in mari*  
*cuius fiat.*
19. *Thez*

- 19 *Thesauri quibus in casibus  
fiant inventorum.*
- 20 *Thesaurus inventus in do-  
mo spectris infesta, cuius sit.*
- 21 *Thesaurus inventus in pla-  
tacis, vel in vicis publicis, cui  
acquiratur.*
- 22 *Thesaurus inventus in loca  
Populi Romani, cui acqui-  
ratur.*
- 23 *Thesaurus in loco Sacro, vel  
Religioso repereus debetur  
fisco.*
- 24 *Occasio violandorum sepul-  
crorum non est aperienda.*
- 25 *Cadavera mortuorum in-  
quiesari non debent.*
- 26 *Verba Pauli Juris consulti.*
- 27 *Distinctio quorundam.*
- 28 *Antinomia inter text. in l. 3:  
§. fin. ff. de Jur. fisc. cum text.  
in §. Thesauros de Rer. di-  
vis. conciliatur.*
- 29 *Monumenta privata Religio-  
sa non sunt.*
- 30 *Dispositio dict. l. 3. §. fin:*
- 31 *Imperatores variarunt circa  
Thesauri acquisitionem*
- 32 *Adriani Imperatoris iusso.*
- 33 *Divorum Fratrum constitu-  
tio.*
- 34 *Monumenta an sint Religio-  
sa.*
- 35 *Justini ani Adriani consti-  
tutionem approbavit.*
- 36 *Graci Adriani constitutio-  
nem ut usitatam reculerunt.*
- 37 *Graci promiscue de loco Re-  
ligioso accipiunt; quam de  
monumenta.*
- 38 *Glossae in cap. Si quid inveni-  
sti 14. quest. 5. opinio.*
- 39 *Constitutio Divorum Fratru-  
m loquitur de locis Religiosis  
et monumentis, non de sa-  
cris.*
- 40 *Connani intellectus.*
- 41 *Marcilii Placitum.*
- 42 *Omnis sacrum dicitur Reli-  
giosum.*
- 43 *Graci quomodo intelligant  
sacra loca.*
- 44 *Opinia Barboae.*
- 45 *Dimidium Thesauri inventi  
in loco Sacro, vel Religioso  
ad Ecclesiam spectat. Et re-  
feruntur Doctores hanc  
opinionem sectantes.*
- 46 *Loca sacra, et Religiosa sunt  
in dominio Ecclesia.*
- 47 *Fallibilitas opinionis posita su-  
per num. 45.*
- 48 *Examinantur Doctorum opi-  
niones.*
- 49 *Thesaurus inventus in loca  
sacro, vel Religioso, cui de-  
beatur.*
- 50 *Thesaurus inventus in loca  
sacro, debetur pauperibus  
Christi.*
- 51 *Vel Summo Pontifici.*
- 52 *Distinctio quadam.*
- 53 *Differentia tradita à Barbo-  
sa.*
- 54 *Thesaurus inventus in locis  
Sacris, vel Religiosis debe-  
tur pro parte fisco.*
- 55 *Thesauri in locis Sacris ren-  
perti pars inventori cedit,  
et pars Ecclesia.*

### 344 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

- 56 Ecclesia domina fundi, ubi invenitur Thesaurus cum vindicabit.
- 57 Dominium rerum Ecclesiasticarum est penes Ecclesias particulares.
- 58 Duplex difficultas proposita à Bitschio.
- 59 Difficultas respectu inventoris.
- 60 Loca Sacra, & Religiosa sunt in dominio Ecclesia.
- 61 Loca Sacra, ac Religiosa sapè profundis Ecclesia accipiuntur.
- 62 Palatia ad Imperatorem, ad Sacerdotem templaque pertinenter.
- 63 Pralatus suam dicit Ecclesiam.
- 64 Alia difficultas proposita à Bitschio.
- 65 Cujus causa est Constantini donatio.
- 66 Res Ecclesiastica non subjacent Imperatori seculari.
- 67 Cavalcani assertio.
- 68 Ecclesia habet bona sua propria, quae non subjacent Imperatori.
- 69 Sed summa Pontifici.
- 70 Leges civiles loquentes de Ecclesiis, & de personis Ecclesiasticis hodie sunt correctae.
- 71 Pars Thesauri debetur Ecclesia.
- 72 Fiscus nil de tali Thesauro pretendere potest.
- 73 Bona Ecclesia non subjacent Principibus secularibus.
- 74 Thesaurus inventus in loco Religioso numeratur inter regalia.
- 75 Et in Italia Imperatori restituta.
- 76 Res donata transit cum onere suo.
- 77 Expeditur text. in l. 3; s. si in locis, ff. de Jur fisc.
- 78 Ejusque dispositio.
- 79 Dispositio text. in s. Thesauros de Re. divis.
- 80 Doctores valde corquentur in conciliandis predictis iuribus.
- 81 Textus in s. Thesauros procedit de aequitate naturali.
- 82 Textus in l. 3. s. si in locis de juris rigore.
- 83 Juris rigor scriptus prefertur aequitati naturali.
- 84 Aequitas non scripta consideranda non est.
- 85 Differentia inter locum Sacrum, & Religiosum.
- 86 Distinctio Barbosæ.
- 87 Thesaurus inventus ab eo, qui habet jus sepultura, sic inventoris.
- 88 Dispositio text. in l. 3. s. fin. ff. de Jur. fisc. quando procedat.
- 89 Ius ad sepulturam non est dominium;
- 90 Dimidia pars Thesauri debetur domino loci, non habenti jus sepulturae.
- 91 Interpretatio Barbosæ divinatoria reicitur.
- 92 Textus in l. 3. s. Si in locis, ff. de Jur.

Jur. fisc. fuit correctus per textum §. Thesauros de Rer. divisi.

93 Leges varia de acquisitione Thesauri promulgata fuerunt.

94 Castillus correctioni assentier.

95 Justinianus discessit à Callistrato.

96 Thesaurus inventus in loco Sacro, vel Religiosa cedit inventor.

97 Accursii, & aliorum intellectus.

98 Qua veterum opinio.

99 Thesaurus repertus in loco Sacro, vel publico queritur fisco pro medietate.

100 Sensus Duaren.

101 Imperator Adrianus quod constituerit circa Thesaurum.

102 Duxi Fratres, quid sanxerint circa acquisitionem thesaurorum.

103 Justinianus constitutioni Adriani adhaerescit.

104 Reiiciuntur Covarruvias, & Barbosa.

105 Responsum Adriani est antiquior, responso Callistrati.

106 Adriani decisioni hodie standum est.

107 Equisas scripta preferuntur rigori.

108 Vera antinomia conciliatio.

109 Correctio legum est vitanda.

110 Explicatio, ac interpretatio tradita à Glossa.

111 Refellitur à Covarruvias.

112 Cantiuncula intellectus.

113 Locus religiosus sit per humanationem corpus.

114 Locus Sacer propria auctoritate fieri non potest.

115 In quo loco sacro precedas textum dicto §. Si in locis.

116 Interpretatio repulsa à Covarruvias, & Barbosa,

117 Connani exposicio.

118 De thesauro in vento in monumento debetur pars fisco.

119 Monumenta dicuntur loca religiosa.

120 Gutierrez respuit Barbosi.

121 Jus sepultura habens in loco inventionis Thesauri, totum Thesaurum acquirit.

122 Thesaurus, quando acquiratur inventor, ex habenti ius sepulchri.

123 Dispicet Gutierrez.

124 Callistratus: dixorum suorum sententiam sequitur.

125 Justinianus sequitur Adriatum.

126 Ecclesia, Prelato, vel Religioni, quando debeatur Thesaurus.

127 Non pugnat §. Thesauros cū §. Si in locis, juxta Vinnium.

128 Textum §. Thesauros quomodo accipiendus.

129 Vestiges loca Sacra, ac Aedicularia habebant.

130 Marcus Aurelius, & Aelius Verus quid de thesauris præstituere.

131 Lex anterior per posteriorem corrigitur.

346 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

- 132 Interpretatio Arnoldi Vini-
- nit.
- 133 Justinianus an aliquid in §.  
Thesausos innovaverit.
- 134 Conciliatio Arnoldi.
- 135 *Eius est Thesaurus, cujus est  
fundus.*
- 136 *Loca Sacra, vel religiosa su-  
jus sint.*
- 137 *Fisco debetur dimidia pars  
Thesauri inventi in locis fi-  
scalibus, religiosis, vel monu-  
mentis.*
- 138 *Fiscus habet jus in locis reli-  
giofis, & publicis.*
- 139 *Fiscus quo iure natatur in lo-  
cis destinatis monumentis.*
- 140 *Sanctitas, vel Religio nil no-  
vi loco superaddit.*
- 141 *Discrimen traditum à Leone  
Imperatore in I.unic. C. de  
Thesaur.*
- 142 *Verba Adriani Imperatoris.*
- 143 *Legum connectio vitanda.*
- 144 *Dispositio text. in cap. unic.  
quæ sint regal.*
- 145 *Decisio Senatus Eusitanie.*
- 146 *Varia de acquisitione The-  
sauri Imperatorum rescrip-  
ta.*
- 147 *Nervæ constitutio.*
- 148 *Adriani promulgatio.*
- 149 *Divorum Fratrum disposi-  
tio*
- 150 Constantini jussio.
- 151 Leonis decilio.
- 152 Federici postrema constitu-  
tio.
- 153 Justiniani sanctio.
- 154 Justinianus in quam partem
- constitucionem divisorum Fra-  
trum approba verit.
- 155 *Correctio legum quando per-  
mittatur.*
- 156 *Distinctio Antunez.*
- 157 *Dispositio §. Thesauros quā-  
do procedar.*
- 158 *Textus in §. Si in locis, ubi  
locum habeat.*
- 159 *Ecclesia quando debeatur  
Thesaurus.*
- 160 *Thesaurus inventus de in-  
dustria in loco Ecclesia, sotus  
Ecclesia debetur.*
- 161 *Res sacra ad Ecclesiam per-  
tinent.*
- 162 *Iura civilia non possunt quo  
ad Thesauri acquisitionem  
Ecclesia prejudicare.*
- 163 *Ecclesia non debet esse pri-  
oris conditionis, quam pri-  
vatus.*
- 164 *Princeps ex defectis potesta-  
tis in Ecclesia prejudicium  
nil statuere potest.*
- 165 *Bona Ecclesiarum dicuntur  
Dei.*
- 166 *Prlati non sunt Domini re-  
rum Ecclesiasticarum, sed  
Dispensatores.*
- 167 *Bona Ecclesia particularis  
sunt in ejus dominio.*
- 168 *Dominium Dei non impedi-  
tur ex quo Ecclesia habeat  
dominium rerum Ecclesiasti-  
carum.*
- 169 *Thesaurus inventus in locis  
sacris, vel religiosis, de jure  
civili est Fisci.*
- 170 *Prälato an acquiratur The-  
saurus.*

- 171 *Thesaurus de industria quae situs, totus Ecclesia debetur:*
- 172 *Thesaurus inventus in Cœmterio Ecclesia ab eis Rectore, dimidia pars ad Ecclesia Fiscum spectat.*
- 173 *Principis secularis ex defectu potestatis nil statuere possunt de Thesauris inventis in locis Sacris, & Religiosis.*
- 174 *Prælati Ecclesia bona vendebant, & dabant pauperibus.*
- 175 *Rex habet jurisdictionem in omnibus locis Regni sui.*
- 176 *Montani solutio.*
- 177 *Fisco debetur dimidia pars Thesauri inventi in Ecclesia.*
- 178 *Leo, & Iustinianus qua jura approbaverint.*
- 179 *Thesaurus, dum est absconditus, non debetur Ecclesia.*
- 180 *Deus est Dominus locorum Sacrorum.*
- 181 *Thesaurus fortuitò ad inventus in locis Sacris, dividitur inter inventorem, & Ecclesiam, excluso Fisco.*
- 182 *Locus sacer, seu Ecclesia non pertinet ad Principem.*
- 183 *Princeps secularis nihil statuere posse in prejudicium Ecclesia.*
- 184 *Principes Catholicæ approbarunt leges eo modo, quo per Gentiles prolatæ erant, quo ad Thesauri acquisitionem.*
- 185 *Reprobantur Barbosa, & Castillus.*
- 186 *Cabedus refellitur.*
- 187 *Feudalis constitutio ad decisionem causarum non feudatum trahenda non est.*
- 188 *Opinio communis in iudicando sequenda est.*
- 189 *Assertio, ac interpretatio Harprecti.*
- 190 *Clericus, si in loco Ecclesia inveniat Thesaurum, ex semisce acquiritur ipsi Ecclesia.*
- 191 *Dummodo non inveniatur artibus illicitis.*
- 192 *Caramuelis sensus.*
- 193 *Communitati quando debetur, dimidia pars Thesauri.*
- 194 *Qua sunt in bonis nullius, inventori cedunt.*
- 195 *Jus civile non immutat dominium bonorum Ecclesiasticorum.*
- 196 *Conclusio Caramuelis.*
- 197 *Thesaurus inventus in loco sacro, vel religioso, totas inventori debetur.*
- 198 *Thesaurus inventus in locis sacris, dividendus inter Ecclesiam, & inventorem.*
- 199 *Bona Ecclesiæ sunt Dei.*
- 200 *Prælati debent esse fideles dispensatores bonorum Ecclesiasticorum.*
- 201 *Ecclesia nomine quid intelligatur.*
- 202 *Res sacra, & religiosa, quæ dicantur.*
- 203 *Thesaurus inventus in loco Ecclesia ad Ecclesiam attinet.*
- 204 *Prio-*

348 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

- 204 *Pejoris conditionis, quam  
privatus Ecclesia esse non de-  
bet.*
- 205 *Thefaurus inventus in loco  
sacro acquiritur inventoris,  
& Prelato.*
- 206 *Thefaurus inventus fortui-  
tò in loco sacra partitur in-  
ter inventorē, & Ecclesiam.*
- 207 *Verba Villalobos recitantur.*
- 208 *Sententia Cardinalis de Lu-  
go.*
- 209 *Interpretatio Megalæ.*
- 210 *Text. in §. Thesauros de  
quibus locis facris loquatur.*
- 211 *Thefaurus inventus in fun-  
do Ecclesia, vel in loco sacro  
spectat pars ad inveniētem,  
& pars ad dominum loci  
sacri.*
- 212 *Si de industria in locis fa-  
cris queratur, nihil inven-  
tori, sed satus Prelato; vel  
domino loci debetur; Et ad-  
ducūtur Doctores hanc op-  
inionem sequentes.*
- 213 *Dominis loci ubi invenitur.  
Thefaurus ipsius Thefauri  
pars debetur.*
- 214 *Quid caveatur in l. Unic. C.  
de Thesaur. Et §. Thesauros.  
de Rer. divisi.*
- 215 *Thefaurus inventus data  
opera, satus acquiritur domi-  
nis locorum.*
- 216 *Ecclesia non debet esse pejo-  
ris conditionis, quam priva-  
ti.*

*Thefaurus inventus in lo-  
co Sacro, vel Religioso,  
vel in fundo Ecclesiæ,  
seu Cæmeterio ad quem  
spectet.*

C A P. XXV:

**D**icebantur quondam loca i  
sacra ea, quæ publica  
authoritate, per Pontifices, id  
est per Imperatores, qui etiam  
Pontifices nuncupabātur, Diis  
erant consecratae. Religiosa ve-  
rò loca appellabantur illa, in  
quibus mortuorum cadavera  
sepelliebantur, ut docet Justi-  
nianus in §. Sacri. Instit. de Rer.  
divisi. ibi: *Sacra res sunt, qua ri-  
tè per Pontifices Deo consecra-  
ta sunt, veluti aedes Sacra, ex-  
donaria, qua ritè ad ministerium  
Dei dedicata sunt. text. in §.  
Religious. Institut. Eod. sit. ibi:  
Religious locum unusquisque  
sua voluntate facit, dum mor-  
tuum infert in locum suum.*

Et licet apud alias nationes, 4  
diverso modo cum defuncto-  
rum corporibus ageretur: ta-  
men apud Romanos, aliasque  
politicas nationes, mos sepel-  
liendi viguit; ideoque actio fu-  
neraria privilegiata erat, ut di-  
gnoscitur ex sit. ff. de Relig.  
sumpt. funer. Quapropter ob-  
vetationem legis duodecim ta-  
bularum extra Urbem desti-  
nata

nata erant loca ad sepulturam Chassan. in *Catal. glor. Mund. 2. part. confid. s. & 6. Rival. de Histor. juris Canon. & Civil. num. 19. Balduin. ad Leg. duod. tabul. cap. 31.* Et eodem modo tempore primitivæ Ecclesiæ arant Cæmeteria destinata in sepulturam fidelium; quia tunc nemo intra Ecclesiā poterat sepeliri, quo usque id Clericis fuit concessum deinde laicis: ut post Magontin. Pelag. & alios Lariza ad *Concil. Brachar. 2. cap. 18. num. 2. Baron. 1. tom. Annal. anno 24. nu. 125.* & faciunt, quæ tradit Covarruv. lib. 1. var. cap. 2. num. 11.

9. Solebant autem Romani à Principe, vel à Pontifice petere, ut sibi aliquis locus consecraretur in propriis ædibus, seu villis, ad particularia Sacrificia. Et etiam aliquando locum religiosum habere solebant in suam, & suorum sepulturam; pro ut benè colligitur ex textu in *I. Familiaria, s. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. & in I. 4. I. Monumenta. C. Eod.*

10. Deinde erant loca publicè Sacra, & in loco publico constituta ad communem omnium adorationem, & Sacrificia. Et insuper erant loca religiosa destinata ad publicam sepulturā eorum, qui particularia non habebant, ut prosequitur Chassan. d. *Confid. s. & 6. Et probatur ex sacra pagina Matth. cap.*

11. Ubi ex pretio venditionis 13 Jesu Christi Domini fuit emptus ager in sepulturam peregrinorum publicam. Item & apud Hæbræos particularia 14 erant sepulcra, ut probatur Joann. *cap. 19. & lib. 1. Macab. cap. 13. Genes. cap. 50.* Ea tamen declaratio, quod sine publica Principis authoritate, vel Pontificis non poterat quis sibi speciale locum consecrare; cum tamen ea interveniente licitū foret, ut colligitur ex text. in d. *Sacra, l. Sacra. ff. de Rer. divis. Alexand. ab Alexandr. Dier. Genial. lib. 2. cap. 8. & lib. 6. cap. 14. Donell. lib. 4. Comment. cap. 1. Balduin. in §. Thesauros. Institut. de Rer. divis.*

12. Thesaurus, quem quis in loco sacro, aut Religioso inventerit, totus inventori acquiritur, per text. in §. *Thesauros. vers. Idemque statuit, Institut. de Rer. divis.* Cujus ratio est naturalis æquitas à qua recedere non debemus. Idem in aliis locis, quæ nullius sunt peræquè obtineat: ita ut Thesaurus Inventus in loco eo, qui nullius proprius sit, totus inventori cedat, ut voluerint. Vultejus in §. *Thesauros. num. 2. Wesembecius in cod. §. verb. Religioſo loco. Institut. de Rer. divis. Bald. in l. Item lapilli num. 14. ff. de Rer. divis. Covarr. in cap. Peccatum, part. 3. §. 2. num. 3. Alvarotus in cap. unic. quæ sint regalia n. 8. Chassaneus*

350 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

in *Consuet. Burg. §. i. verb. Espa-*  
*ves num. 10.* Siquidem naturæ  
 congruum est, ut quod Alter-  
 ius non sit, & in nullius pro-  
 prio loco inventum sit, id ac-  
 quiriri inventor; exemplo alio-  
 rum locorum, quæ nullius pro-  
 pria sunt, v3. Si Thesaurus in  
 mare inventus sit de quo Cinus  
 in l. *Licet. C. de Acquirend. vel*  
*restituend. possess.* quia forsan  
 Thesaurus ibi per urinatores,  
 de quibus mentio fit in l. 4. §. i.  
 ff. ad l. *Rhod. de Jact. Pekhius de*  
*Re Naatica ad dictam l. 4. §. i.*  
 Alexand. ab Alexandr. lib. 2.  
 dier. genial. cap. 21. Vel aqua, si-  
 ve naturali refuxu, sive terræ-  
 motu, de quo Plinius lib. 2. cap.  
 85 Velsi in insula, quæ in ma-  
 ri nata fuerit asconditus inven-  
 tus sit; velsi ponamus locum in  
 quo thesaurus repertus pro-  
 derelicto habitum esse, nec do-  
 minum, aut assertorem habere:  
 veluti si domus in qua thesau-  
 rus inventus deserta, dereli-  
 ctaque fuerit. Duaren. ad l. i. sub  
 fin. *de Acq. pag. 620.* Quod &  
 intra ipsa Urbis mænia con-  
 tingere potest: cujusmodi ferè  
 est, quod de domo spectris in-  
 festa, ac propterea deserta ele-  
 gantissimè scribit Euphormio  
 Lusininus in *Satyr pag. 52.* At-  
 que in ejusmodi domo ob ma-  
 lignorum spirituum intempe-  
 siem deserta (ut forte non pro  
 delicto habita) Thesaurum ab-  
 sconditum, & quæsิตum fuisse

ab ipso conjectore | Thesauri  
 se audivisse scribit Bodinus lib.  
 3. *de Magor. demonoman. cap.*  
 3. Aliud paradigma ponit Pere-  
 grin. lib. 4. *de Jur. Fisci cap. 1.*  
 num. 8. Quando thesaurus re- 21  
 peritur in plateis, vel vijs pu-  
 blicis. Et videtur tunc pro in-  
 ventore respondendū. Siquidē  
 ratio naturalis ei favet: dum  
 quæ in nullius potestate sunt in-  
 ventoribus tribuit. text. in l. 30. §.  
 ult. in l. 31. §. i. ff. *de Acquir. rer.*  
*domin.* Nam, quæ non sunt nul-  
 lius; sed Populi Romani pro- 22  
 pria, & Thesaurus in iis inven-  
 tus pro dimidia parte tantum  
 inventorii acquiritur, juxta ali-  
 quos: licet non desint qui existi-  
 ment, nihil inventorii, & totum  
 thesaurum Fisco cedere, ut in  
 inventore, qui in alieno, data  
 opera, adversus legis tenorem  
 invenerit; qui totum thesaurū  
 domino loci restituere cogitur.  
 text. in l. *unic. C. de Thesauris.*

Ita ob hanc paritatē rationis, 23  
 quidam decernunt thesaurum  
 in loco Sacro, vel religioso re-  
 pertum, totum Fisco deberi, ut  
 est Obreethus *disputat. de Re-*  
*gal. §. 517.* Barbos. in l. *Divort. S.*  
*Si fundum nu. 47. vers. ad com-*  
*plementum, ff. Solut. Matrim.*

Hujus sententiæ ratio juxtā 24  
 Connatum est, nè detur occa-  
 sio violandorum sepulchrorum  
 si quoque studiosè quæsิตum  
 inventumque thesaurum lice-  
 ret inventorii retinere. Confert

text. in l. 39. ff. de Religiosis, &  
 5 sūpt funer. Ubi legitur Divo-  
 rum Fratrum Edictum, nē justæ  
 sepulturæ traditum, nempe  
 terra conditum, corpus inquie-  
 tetur toto tū. ff. & C. de Sepul-  
 chris violatis. Et adeo quoque  
 sententia Jurisconsulti Pauli aje-  
 tis, *Qui corpus perpetua sepul-  
 turæ traditio, vel ad tēpus alicui  
 loco cōmendatum, nudarit, &  
 Solis radiis ostenderit, piaculū  
 committit.* Explicat hoc ipsum  
 Cassiodorus lib. 4. Variar. cap.  
 18. Cujac. lib. 21. Observat. cap.  
 13. Gothofred. in Commentar.  
 ad l. 2. C. Theodof. de Thesau-  
 ris. & C. de Sepulcr. violat.  
 Treherus lib. 1. parergon juris  
 cap. 4.

27 Id juxta nonnullos procedit:  
 nisi locus ille religiosus, priva-  
 tus non sit, sed publicus; hoc  
 est, publica auctoritate, religio-  
 sus factus, & sepulturæ com-  
 muni destinatus; ut dignoscitur  
 ex l. 3. §. penulti. ff. de Jur. Fisci.  
 & tetigit Horatius lib. 1. satyr.  
 8. Cum hac enim distinctione  
 concilianda videtur antino-  
 mia, quæ vertitur inter dicta l.

28 3. §. penulti. ff. de Jur. Fisci, & §.  
 Thesauros verf. Idemque sta-  
 tut, Institut. de Rer. divisi. Huic  
 enim distinctioni favet id,  
 quod in dicta l. 3. §. penul. de  
 monumentis; sive *reveras: 1015* (l. 6.  
 §. 1. l. 42. ff. de Religios.) Idem,  
 quod de ipsis religiosis, quoad  
 Thesauri acquisitionem Divi

Fratres; hoc est Imp. Marcus  
 Aurelius Antoninus, & Verus  
 Cōmodus constituisse dicuntur:  
 at qui cum monumēta ejusmo-  
 di privata religiosa non sint, ex 29  
 eorumdem Principum re-  
 scripto l. 7. ff. de R. D. d. l. 6. §. 1.  
 de Relig. Ac propterea in do-  
 minio, & patrimonio nostro  
 sint consequens est, ut Thesau-  
 rus à domino in his repertus, ip-  
 sius inventoris totus fiat, juxta  
 primam hujus, acquisitionis  
 regulam. Quia verò l. 3. §. Pen. 3. Q  
 tantum dimidiam Thesauri in  
 monumentis inventi partem  
 inventori, & alteram dimi-  
 diam Fisco assignat: idcirco nō  
 de privatis, sed de publicis mo-  
 numenis ea lex accipienda es-  
 se videtur. Einsidel. de Regali-  
 bus, cap. 3. num. 397.

Non admissa autem distin- 31  
 ctione illa, proximum videtur,  
 ut cum Cujacio in Recit. not. ad  
 d. loc. Digest. & in not prior. ad  
 d. §. Thesauros, verb. Idemque  
 statuit: Duarenio in Comm. de  
 Adquir. rer. domin. cap. 4. & in  
 Comment ad l. 7. §. Si fundum  
 12. ff. Sol. Matrim. Donell. lib. 1.  
 Comm. cap. 14. Charonda lib. 1.  
 neidavor cap. 21. & aliis alibi, di-  
 camus variasse Imp. circa ac-  
 quisitionem Thesauri in loco 32  
 religioso inventi: & Adrianum  
 quidem totum inventori, at Di-  
 vos Fratres dimidium Fisco cō-  
 cessisse: Adriani sententiam in 33  
 §. Thesauros referri, non pro-

## 352 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

bari, nec obtinuisse tempore Justiniani; at sententiam Divorum Fratrum *in dicta l.3.§.pen.* & referri, & probari, atque in usu fuisse, ut tempore posteriorem; sicut & probatur ab Imp. Federico *in cap. an. Quae sint Regal.* Et de monumentis quoque idem statuisse Divos Fratres, non quod religiosa nova sint: contra enim rescripsérunt itidem *in dicta l.7. de R. D. & dicta l.6. § 1. de Relig.* Sed quod eodem jure, quoad acquisitionem

**34** Thesauri esse, & pro religiosis eatenus haberi debeant, maximè cum aliis magis placuerit, esse religiosa; *l.6. §. ult. de Rer. div.* aut cum Bocero *in tract. de Regalibus cap. 3. num. 178.*

**35** statuimus Justinianum quidem in Institutionibus constitutionem Adriani approbasse; sed tamen in confirmatione Digestorum paulò post secundum rescriptum Divorum Fratrum *in dicta l.3.§.pen.* non induxit, sed salvum reliquit, ab ista sententia denuò recessisse; id quod primæ regulæ tanquam exceptio subjiciendum

**36** foret. Græci certè non illam Adriani; sed hanc Divorum Fratrum constitutionem, quasi usitatam, & receptam retulerunt: generatim, & indistinctè **37** tam de loco religiosa, quam de monumento loquuti. Sic enim Constantinus Harmenopolus Nomophylax, & Judex

Thessalonicensis *lib. 2. προκείρου κόμων . tit. 6.* εἰν ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἡ Βασιλικὴ ἡ αὐθορισμένη εἰς ταφὴν ἡ μητεῖα, Θυσαυρὸς εὑρεθῆ, τοῦ ἡμίου τῶν δημοσίων δραφέρει. Eodemque modo habet Ecloga, sive Synopsis *βασιλικῶν lib. 15. tit. 2. cap. 67. p. 161.* nisi quod pro verbis, ἡ μητεῖα, idest aut monumenta, habet, ἡ μητεῖα, idest aut monumentum: ut verbum αὐθορισμένω, non tantum ad verba εἰς ταφὴν referatur, & locum religiosum, sive ad sepulturam separatum importet: sed quoque ad verba, ἡ μητεῖα, ut locum monumēto selectum designet. Aliter quidem Theophilus *in παραράξει, Institut. dict. §. Thesauros, ff. de Rer. divisi. Et in §. fin. Institut.* Per quas personas nobis acquiritur. At ut Paraphrastes, secus ut testis juris, vel compilator.

Gloss. *in cap. Si quid inventi.* 38 *fit, 14. quest. 5.* haud Divorum Fratrum, sed Adriani constitutionem, quasi receptam fateatur: quam auctoritatem floccifacit Bitschius *cap. 8. part. 2. Constitutio Divorum Fratrum* 39 loquitur nominatim de locis religiosis, & de monumentis, secus de locis sacris. Unde videtur Imperatoris Adriani placitum, totum Thesaurum in eis inventum inventori cedere, ut sequitur Barbosa *in l. Divortium, §. Si fundum, num. 45. vers. Confirmo, ff. Solut. matrim.*

Connarus lib. 3. Comment.  
 40 jur. civil. cap. 4 num. 2. utroque  
 casu sacrum cum religioso cō-  
 jungit, adhibita distinctione  
 inter publica, & privata, Mar-  
 cilius in §. Thesauros. verf. Re-  
 41 fragari. hujusmodi text. in l. 3.  
 §. penult. ff. de Jur. Fisci. Expli-  
 cavit, tanquam si diceretur re-  
 ligiosum locum abusivè, dici  
 pro sacro; & monumentum  
 pro loco religioso. Quod di-  
 42 splicer Bitschius; quamquā omne  
 sacrum, ut & sanctum, etiam  
 religiosum dici queat, ut tradit  
 Festus de Verb. signific. in verb.  
*Religiosus:* tamen in libris juris  
 nostri illa diligenter distingui;  
 nec confundi solent: quomo-  
 do etiam testamenta non jure  
 facta, seu injusta, & rupta, at-  
 que irrita §. 5. Inst. Qzib.  
 mod. fest. infirm. & Græci reli-  
 43 giosa loca, ibi disertè interpre-  
 tatur νορας αποικους εις ταχινα nec  
 difficile fuisset, vel Imperato-  
 ribus istis, vel juris.composito-  
 ribus isto locorum catalogo  
 etiam sacra loca nominare, si  
 idem de his sensissent; quod fa-  
 cilius concedendum asseverat  
 Bitschius in constitutione Fe-  
 derici in cap. unic. quæ sint re-  
 galia. Nimurum religiosi loci  
 appellationem non ita propriè  
 strictè sumi; sed ampliori si-  
 gnificatione, ut quoque sacrū  
 locum obsepiat. Et farrē om-  
 nes, vel promiscuè; vel con-  
 junctim, de loco sacro, & re-

ligioso loquuntur Barbosa in l. 44

*Divortium. §. Si fundum num.*

45 ff. Solut. Matr. Thesaurum  
 in loco sacro repertū, totum in-  
 ventoris fieri nihilque ad Fiscū  
 pertinere existimavit. Quod  
 placitū foret, quod dicta cōsti-  
 tutio jus ipsū Justinianum in-  
 tuerit: tum quia restrictio con-  
 stitutionis ad naturalem æqui-  
 tam, quæ rem nullius inven-  
 tori adjudicari suadet; magis  
 accedit.

Sed jus istud hodiè ferè ino-  
 kerit, & dimidium illud The-  
 sauri inventi in loco sacro, vel  
 religioso, quem per text. in l. 3.  
 §. penulti. ff. de Jur. Fisci, & per  
 constitutionem Imp. Federici  
 in cap. unic. quæ sint regalia de-  
 bebatur Fisco: Non amplius ad  
 Fiscum secularem pertinere  
 asseverant; sed ad Ecclesiam  
 spectare docuerunt. Fragosus.  
 part. I. lib. 3. de Regimin. Chris-  
 tian. Republic. disputat. 5. §. 2.  
 nu. 19. verf. Secunda propositio.  
 Chasaneus ad Consuetud. Bur-  
 gund. in rubric. de justices num.  
 20. verb. Aut vero Thesaurus.  
 Sixtinus lib. 2. de Regal. cap. fo-  
 nal. num. 38. Faber. in §. The-  
 sauros num. 4. Angelus num 3.  
 verf. Et advertas. Institut. de  
 Rer. divis. Harpprecanus 9. Pla-  
 tea in L. Vnic. num. 6. C. de The-  
 sauris. Barborkin b. Divortio, §.  
 Si fundum. num. 46. ff. Solut.  
 Matrim. Ferrariensis Inform.  
 libellaction. regat. glof. 9. num.

## 354 Don Leonardii Gutierrez dela Huerta

44. Bocerus de *Regalibus* cap. 3. num. 179. Covarruvias in cap. *Peccatum*, part. 3. §. 2. num. 3. Scheneidevinus in §. *Thefauros*, num. 9. & Wesembecius num. 6. *Institut. de Rer. divis.* Alvarot. in cap. *unic. quae sint regalia* num. 8. Lagus in *Metod. jur.* part. 2. cap. 28. num. 6. Gomez, ad II. *Taur.* 45. num. 52. Riccius part. 2. decif. 23. Garzia de *Expensis* cap. 22. num. 51 vers. In *Episcopo. Cavalcan. decif.* 15. part. 2. Chopinus lib. 2. de *Doman. Franc.* i. i. 5. num. 12. Farin. part. 3. *Prax. Crimin. quaest.* 104. num. 12. Bergeronius ad *Paponem* lib. 13. tit. 7. arr. 1. *Peregrin.* lib. 5. de *Jur. Fisci* cap. i. num. 7.
45. Ratio est, quia loca sacra, & religiosa hodiè non sunt in bonis nullius; sed in Ecclesiæ dominio Idcirco jus illud, quo antea loca sacra, & religiosa in nullius bonis erant, hodie cessare videntur: licet me non lateat aliquos dubitanter, non assertivè hanc opinionem sequi,
46. ita ut cogitare ea de re jubeant, ut Angelus, & Alvarotus. Aliis fundamentis, & authoritatibus in utramque partem adductis, controversiam indicant, non tollunt, ut Chassanæus, & Peregrinus; quidam dubitandi verbis utuntur; veluti forte; Ferrariensis opinor. Covarruvias, videtur, vel videretur; Angelus, Platea, Nicasius, Faber, Cæteri dogma illud com-

mune referunt, sed sine approbatione, & ὑπηρίσκει, ut Schneidevinus, Wesembecius, & Bocerus in *disput.* Nonnulli etiā expressè improbant, & refutant, ut idem Bocerus *intra. Etat. de Regal.* Harppreethus, & Barbosa, quorum hic etiam consuetudinem contrarium servare ait. Deinde eandem A8 etiam non uno modo, sed variè proponi. Aliquando enim simpliciter Ecclesiæ assignatur, ut apud Angelum, Aretinum, Nicasium, Chassanæum, Plateam, Lagum, Alvarottum, Garziam, Gomesium (qui ad 49 dit Ecclesiæ, vel loci Religionis) Wesembecium, Farinacium. Interdum Ecclesiæ, ejusque Prælato, vel Prælatis, ut est apud Covarruviam, Barbosam, Sixtinum, Cavalcanum, & Peregrinum; seu Ecclesiæ, aut Rectori ejus, ut Cavalcanus idē. Multoq[ue]ies simpliciter Presbitero, ut apud Ferrariensem. Quandoquidem Ecclesiæ Superiori, ut penes Schneideviniū, vel Catholicæ, ut apud Garziam. Nonnunquam pauperibus Christi, ut apud eundem, vel pauperibus, & Ecclesiæ, ut apud Bergeronium. Rarò Papæ, seu Pontifici Maximo, ut apud Ferrariensem, Garziam. Non semel Chilico, ut apud eundem; vel Deo, ut apud Wesembeciam, & Barbosam.

52 Discrimen equidem assignandum est inter loca sacra, aut religiosa, quæ nullius, sive in bonis nullius, & extra commercium sunt; & inter res Ecclesiæ, quæ sunt in ejus dominio, & non sunt exemptæ commercio, vel distinguendum cū

53 Barbosa in *l. Disputatio*, §. Si fundum, num 46. 47. ff. *Solut. matrim.* inter locum sacrum, aut religiosum, & inter fundum Ecclesiæ deputatum ad Ministeriorum sustentationem; quod discrimen assignat quoque Welsembechius in §. *Sacra*, num. 2. *Institut. de Rer. divis.* Stephanus ad tit. C. *de Sacrosanct. Ec-*

54 *Eccles.* num. 27. Bitschius existimat, Thesaurum inventum in locis sacris, aut religiosis, totū inventori cedere, inspecto jure Justinianeo; vel ex parte dimidia ad inventorem, & ex altera ad Fisçum attinere retur, si in specie ad religiosum locum respiciatur, quod non est à iure canonico derogatum: imò à *Glossa in cap. Si quis invenisti,* 14. *quæst.* 5. *approbatum.*

55 In his si Thesaurus inventatur ex parte dimidia ad inventore, vel ad Ecclesiam, si illius nomine quæsusitus sit; ex altera ad Ecclesiam pertinere videatur; quod non procederet pietatis tantum intuitu, ut censuit Lagus; sed ex ipso jure civili, quod Thesaurum in loco alieno inventum, dimidium inven-

tori, dimidiumque loci domino tribuit. Cum dicitur ad Eccliam pertinere Thesaurum, debet intelligi de illa Ecclesia tantum, quæ est Domina fundi, in quo Thesaurus repertus est. Siquidem dominium rerum Ecclesiasticarū est penes ipsas Ecclesiæ particulares, ut tradunt Sarment. *de Redditib.* part. I. cap. I. num. 15. & 21. Molin. *de Justit.* & *jur. tom. I. disput.* 141. Diana *tom. 6. tract. 6. ref. I 2. §. 3.*

Sed duplēm invenire dif- 58  
ficultatem asserit Bitschius *cap.*  
8. *part. 2. §. 242.* unam respectu  
inventoris, alteram respectu  
Fisci. Respectu inventoris, 59  
quare Thesaurus inventus in  
loco sacro, aut religioso, non  
debeat ei totus, sed pars Ec-  
clesiæ, aut ejus Prælato adjudi-  
cetur: quod causam erroris ha-  
riolatur idem Bitschius; quo-  
niam nonnulli p̄tarunt loca, 60  
sacra, & religiosa non esse nul-  
lius; sed in bonis & patrimonio  
Ecclesiæ existere, ut sunt fun-  
di, & prædia ad Ecclesiam spe-  
ctantia. Id, quod non modo ex  
eo appetet, quod loca sacra, &  
religiosa hodie non sunt nul-  
lius, sed in dominio Ecclesiæ  
manunt, ut scribunt Borgni-  
nus *decis. 15. num. 7.* & Sixtinus  
*lib. 2. cap. ult. num. 39.* Sed etiam  
ex eo, quod loci sacris, atque 61  
religiosis, & in specie Ecclesijs,  
sive Templis, atque Cœmete-  
rijs.

## 356 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

rijs, fundos Ecclesiæ , sive prædia Ecclesiastica plerumque conjungunt, & rursus (non raro enim utraque propositio sillogismi, qui πρῶτον θεως falsa est, Arist. dict. lib. 2. prior. anal. cap. 20.) quod id, quod Ecclesiæ est, adeoque & ipsam Ecclesiæ Prælatorum esse præferunt, quò facit cap. Convenientior. caus. 23. quest. 8. ubi dicitur: Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiæ, idest Templa, cap. Si tibi absenti, de præbendis in 6.

63 ex quo probari putant, Prælatum Ecclesiæ suam dicere posse, quod Bitschio summopè displicet.

64 Respectu verò Fisci, cur se Thesauri dimidium non Fisco Cæsar, vel in genere Fisco sacerulari; sed Ecclesiæ, sive Fisco Ecclesiæ, ut Platea, & Borgninus loquuntur, & hoc amplius Ecclesiæ superiori, ac Pontifici Romano attribuerent: ejus erroris præcipua causa, & quasi πόλις αὐτοποτερον αὐτονομον est; illa celebris Constantini donatio: licet enim plerique hanc non expressè adducant, dicentes:

65 Simpliciter Jure Pontificio, sive per Jura Canonica id sic esse; vel res Ecclesiæ, sive Ecclesiasticas in nullo subesse Imperatori, & Dominis temporalibus, seu in nichilo spectare ad Principem sacerularem allegantes, cap. Qui in Ecclesiam, & cap.

Ecclesia S. Maria, extr. de Constitut. cap. Solicite, extr. de Major. & obed. cap. i. de Sent. & re judic. in sexto, & cap. Convenior, 23. quest. 8. Quibus locis addere plerumque solent, Authenticam Justinianeam, Quomodo oporteat Episcop. id est Novellam sextam in princ. Cavalcanus part. 2. decis. 15. apertè, & palam id, quod alij 67 mussitant eloquitur, asseverās, quòd Ecclesia post donationē factam à Constantino habet 68 bona sua propria, quæ bona nō subjacent jurisdictioni Imperatoris, sed Papæ; & num. 11: post donationem factam à Cōstantino Ecclesiæ Romanæ, Ecclesia cœpit habere propria bona, & bona non subjacent amplius jurisdictioni Imperatoris, sed Papæ. Imò omnes leges, & auctoritates civiles lo- 70 quentes de bonis, & personis Ecclesiasticis sunt cassæ, nullæ, & irritæ; & ideo hac ratione Faber, Aretinus, Nicasius, Por- 71 tius, & Doctores in §. Thesau- ros, Institut. de Rer. divis. com- muniter dixerunt, hodie ad Ecclesiæ pertinere, & non ad sacerularem, hanc Thesauri inventi medietatem. Pariter etiā expressè ad donationem Constantini dogma illud refert, Riccius part. 2. decis. 331. Nec Fiscus secularis, inquit, habet 72 quid in hoc prætendere possit; cum Ecclesia post ipsi factam

- donationem, à Constantino dicatur habere bona propria, &  
 73 nequaquam subiecta jurisdic-  
 tioni Imperatoris. Ideo, quod  
 constitutio Imperatoris Federici in cap. un. Qua sunt regal.  
 74 quò Thesauri in loco religio-  
 so inventi emolumentum in-  
 ter ea regalia jura refertur, quæ  
 cum jam longa tempore de-  
 75 perissent, ab Episcopis, & Pro-  
 céribus, & Civitatibus Italiæ,  
 Imperatori restituta sunt, Cu-  
 jac.lib.5 Feud. Sixtin.de Regal.  
 in proœm.num.6. & seqq.longè  
 si posterior temporibus Impe-  
 ratoris Constantini; adeoque  
 & donatione ejusdem. Imo si-  
 ne hoc quidem esset; tamen  
 cum sub tempus donationis ja-  
 76 Fiscus Cæsaris prævenisset in-  
 jure acquisitionis Thesauri, res  
 illæ donatæ non nisi cum isto  
 onere ad Ecclesiam transibat,  
 ut vult Barbosa num.46. & 47.  
 77 Tonus ferè hujus questionis  
 labor consistit in conciliandis  
 duobus Juris Responsis inter se  
 refragantibus, ac ex diametro  
 pugnantibus, ut agnovit Gutier-  
 rez lib.4. Practic. quæst.36.nu-  
 46. nimitum text.in l.3. §. Si in  
 lacis, ff.de Jur.Fisci, ubi habe-  
 78 mus Thesaurum inventum in  
 loco religioso, vel sacro ad Fi-  
 scum pro parte dimidia specta-  
 re, & pro dimidia altera ad in-  
 79 ventorem. Justinianus verò in  
 §. Thesauros, Institut. de Rer.  
 divis. nihil Fisco, sed totum.

inventori acquiri decernit. In-  
 cuius contrarietatis enodatio-  
 ne valdè torquentur Juris In- 80  
 terpres, ac nimioperè in cō-  
 ciliatione eorum jurium angū-  
 tur, ut inspici potest apud Gu-  
 tierrez lib.4. Practicar.cap.36.  
 num.46. Richardum in §. The-  
 sauros, Institut. de Rer. divis.  
 Barbosam in l. Divortio, §. Si  
 fundum, ff.Solut. matrim. An-  
 tinez part.3. de Donat.cap. I 3:  
 num.54. Covarruviam in cap.  
 Peccatum, part. 3. §. 2. num.3.  
 Sixtinum lib.2.de Regalib. cap.  
 21. num.31. & 38. Garziam de  
 Expensis, cap. 22. num.56. Pe-  
 regrinum lib.4. de Jur. Fisci, sit.  
 22. num.56. Anton. de Augusti-  
 num lib.1. Emendat. cap 3. Mon-  
 tanum de Regal. verb. Et dimi-  
 dium Thesauri, num. 2. versic.  
 Tertius casus, Duarenum in l.  
 Divortio, §. Si fundum, ff.Solut.  
 matrim.

Quidā, ut fuit Donellus l.4. 81  
 Comment. jur.civil.cap. I 4. Fa-  
 rinac.part.3. Prax.crimin. qu.  
 104. nu.8. Accursius in dict. l.3.  
 §. Si in locis, ff.de Jur. Fisc. exi-  
 stimant §. Thesauros procedere  
 secundū naturalem æquita-  
 tem, §. Si in locis de juris rigo- 82  
 re procedere autuant. Ideo-  
 que illius §. dispositio sequen- 83  
 da est; quoniam juris rigor scri-  
 ptus præfertur æquitati natu-  
 rali, text.in l. Bona fides, ff.de  
 Deposito: cum æquitas non scri- 84  
 pta haud consideranda sit, ut

## 358 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

tradunt Heringus de *Fidejus-*  
*sor.* cap. 5. num. 15. Mierez de  
*Majoratibus*, part. 1. quæst. 1.  
 num. 309. Crespi *observat.* 11.  
 num. 23. Fusarius de *Substitu-*  
*tionibus*, quæst. 242. num. 29.  
 Gaill. lib. 2. obser. 23. num. 26.  
 Sed hunc intellectum respuit  
 Antunez ubi supra, num. 57.

85 Barbosa in *I. Divortio*, § *Si*  
*fundum*, num. 44. ff. *Solut. ma-*  
*trim.* distinguit inter Thesaurū  
 inventum in loco sacro, & in-  
 ventum in loco religioso, itaut  
 Thesaurus inventus in loco sa-  
 cro absque dubio totus inven-  
 tori deberi: quam distinctionis  
 partem, licet obscurè more-  
 suo admittit Bitschius *cap. 8.*  
*§. 237. part. 2.* In secunda distin-

86ctionis parte iterum subdistin-  
 guit Barbosa inter locum reli-  
 giosum, in quo habemus sepul-  
 chri ius, & inter locum religio-  
 sum, qui est alterius quo ad usū.

87 Primo casu si Thesaurus inve-  
 niatur ab eo, qui habet ius se-  
 pulturæ, totus fiet inventoris,  
 cum quo ad dominium locus  
 ille non sit in bonis nullius, &  
 in hoc casu procedit dispositio  
 textus in §. *Thesauros, Institut.*  
*de Rer. divis.* juxta eundem  
 Barbosam.

88 In secundo verò subdistin-  
 ctionis membro procedit dis-  
 positio text. in *I. 3.* §. *Si in locis,*  
*ff. de Jure Fisci.* Quippe cum  
 inventor nullum dominium  
 89 habeat, & ius quo ad usum se-

pulturæ dominium non sit, di-  
 midia pars Thesauri debebitur  
 Domino loci; secus verò ha-  
 benti ius ad sepulturam, & Fi- 90  
 sco deferri debet, tanquam si  
 Thesaurus fuisset inventus in  
 loco, cujus dominium vacat.  
 Sed hanc Barbosæ interpreta- 91  
 tionem tanquam divinatioriam  
 rejicit Gutierrez *lib. 4. Practic.*  
 quæst. 36. num. 47. vers. Sed fal-  
 va pace. Amaya in *I. unic. C. de*  
*Thesauris.*

Covarruvias verò in *sap. 92*  
*Peccatum*, part. 3. cap. 3. §. 2.  
 Peregrin. lib. 4. de *Jur. Fisc.* tit. 2  
 num. 8. asseverant text. in §. *Si*  
*in locis*, fuisse correctum à Ju-  
 stiniano in §. *Thesauros*; quip-  
 pe diversis temporibus ab Im- 93  
 peratoribus variæ leges pro-  
 mulgatae fuerunt de acquisitio-  
 ne Thesauri.

Castillus *lib. 6. de Tertiis*, 94  
*cap. 41. num. 111.* Accursii, Al-  
 ciati, Garziæ, Covarruviae, &  
 Pichardi interpretationem se-  
 quitur, scilicet ut correctione  
 potius, quam alia explicatione  
 componenda sit hæc difficul-  
 tas; nimirum, ut affirmemus 95  
 Justinianum à Caillistrati respo-  
 so discessisse, auctoritate legis  
 ab Adriano latæ, quæ licet po-  
 steriorum Divorum Fratrum  
 rescripto esset sublata, ut in §.  
*Si in locis* à Justiniano renova- 96  
 tur, qui naturalem insequutus  
 æquitatem respondit, Thesau-  
 rum repertum in loco sacro,

vel religioso inventori cedere, tanquam si hæc loca essent in bonis nullius.

97. Accursius tam in §. *The sauros*, quām in §. *Si in locis propter utilitatem, quæ in Fisco ver- fatur dispositionem* §. *Si in locis prævalere existimat, cum Isernia in cap. unic. num. 93 qua sunt regalia, Azone in Summa de Rer. divis. num. 56.* quorum placito adstruendus Montanus de *Regalib. verb. Et dimidium Thesauri, num. 2. & Ve-*
- 98 *terum communiores senten- tiam dicit Alciatus lib. 2. Pa- rerg. juris, cap. 1. ad finem, & es- se magis communem opinio- nem ex Jasone profitetur Go- mez in l. 45. Tauri, num. 52. & reffert Barbos in dict. §. *Si fun- dum, num. 42.* ubi citat etiam Villalobos in suo *Ærario com-**
- 99 *mun. opin. num. 117. dicentem, ex hac causa, quod Thesaurus inventus in loco religioso, vel publico, pro dimidia quæritur Fisco, quod etiā tradit Bursatus consil. 209 num. 4. lib. 2. & quod idem sentit Harmenopolus in *Promptuar. lib. 2. tit. dum re- fert decisionē l. 3. §. fin. quasi in Judicis sit servanda. Consonat 100 consideratio Duarenii existi- mantis. lib. 1. Emendar. cap. 3. dict. §. *The sauros. conjungen- dum esse cum l. 3. §. fin.* At sen- 101 sus est, quod Divus Adrianus, naturalem rationem sequutus, constituit Thesaurum in loco**

sacro, vel religioso inventum, in totum acquiri inventori; sed postea Divi Fratres cōstitue- 102 runt, pro dimidia parte acqui- ri Fisco, ut est expressum in dict. §. final. & ita etiam in qui- busdam Institutionibus id re- periri additum decisioni text. in dict. §. *The sauros*, adjungit Gutierrez.

Extollitur quoque hic in- 103 tellectus, quia, ut ex supradi- cīs nitescit ex duabus Juris- cōsultorum responsis contrarijs, Adriani, nempē, & Callistrati Justinianus Novissimus res- ponso Adriani adhærescit, id- que sequutus videtur tacito, atque omisso, & sic rejecto Cal- listri responso. Ergo corre- ctio inducitur.

Neque obstat considera- 104 tio Covarruviae in regul. Pec- catum, 3 part. §. 2. num. 3. de Re- gul. jur. in sexto, & Barbosæ ubi supra dict. num. 42. ad finem, qua nituntur ad reprobandum primum intellectum, & con- cordiam communiter receptā; nempē, quod cum responsum Adriani, de quo in §. *The- 105 sauros*, sic antiquius responso Callistri, de quo in dicta l. 3. §. final. ff. de *Jure Fisci*, non est verisimile Justinianum in suis institutionibus juris principio acciperent falsam, vel jure ci- vili jam derogatam sententiam tradidisse: quoniam consonans videtur, quod cum Justinianus

## 360 Don Leonardii Gutierrez dela Huerta

sciens Divos Fratres constituisse id, quod ex Callistrato referatur in l.3. §.final. & nihilominus recitans Constitutionem Adriani contrariam, satis significaverit jam hodie non esse observandam decisionem dict. l.3. §.final. sed magis standum, iocesse decisioni Adriani relatæ in d. §. *The sauros*; ut ita æquitas scripta præferatur rigori, juxta l. *Placuit*, & ibi Doctores, C. de *Judic.* Atque ita voluit Gloss. in dict. §. *The sauros*, verb. *Religioso*; & ibi sequuntur *Angel. ad finem*, & *Baro*, & *Peregrinus de Jur. Fisc. lib. 4. tom. 2. num. 7.* quos in hoc refert Barbosa ubi *supra num. 43.* Et profectò hic videtur verior sensus Justiniani, & congruentior conciliatio illorum jurium, tametsi ea adhuc improbet Barbosa; tum prædicta ratio; tum, iocet etiam, quia correctio legum est vitanda. Sed responderi potest, hic patere animum Justiniani adhærentis potius responso Adriani, quam Divorum Fratrum, & hoc probat Covarruvias ubi *supradict. num. 3. vers. Fortassis illud.*

110 Prima concordia illorum jurium est ex Glossa in dicta l.3 §.final. quæ intelligit textū illum procedere, quando Thesaurus fuit inventus, data opera. Textus verò in dict. §. *The sauros*, ubi inventio Thesauri fortuitò contingit. Hæcta-

men concordia, licet conuenientiat literæ, dict. §. *The sauros*. Cœterum ad dictum §. final. divinatoria est, & falsa, ut optimè probat Covarruvias ubi *supradict. num. 3.*

Cantiuncul. in §. *The sauros* existimat, quod Justiniani sententia præcedat in Thesau-ro invento in loco sacro, aut religioso, proprio tamen ipsius inventoris; licet enim cuique locum religiosum propria au-toritate facere, inferendo in eum mortui corpus, text. in §. *Religiosum*, Institut. de Rerum divis. l. Cum in diversis ff. de Religios. ex sumpt funer. Sa-cer autem propriæ auctorita-te fieri non pot est, sed ne cessa-ria est auctoritas publica. Sa-cra, Institut. de Rer. divis. eadem que auctoritate publica licebit privato illum locum obti-nens, sicque ob id, quod locus ille sacer, vel religiosus paulo ante privatus fuerat ipsius in-ventoris ab ipsoque possidetur, Thesaurus ibi inventus in to-tum ei cedit; Textus tamen in dict. l.3. §. Si in locis, proce-dat in loco sacro, aut religioso qui inventoris non est, nec an-tea fuerat, nec ab eo detinetur. & fuit potius Alciat. lib. 7. Pa-rerg jur. cap. I. ad fin. & sequū-tur Balduin. in dict. §. *The sauros*, col. 2. & notabiliter cōprobat Connan. lib. 3. Comment. cap. 4. nu. 2. & Charondas lib. 1.

- verisimil. cap. 21. pag. 79: Sed 116 hanc interpretationem improbant Covarruvias ubi supr. num. 3. versic. Tertia igitur ratio, & Barbosa num. 43. tanquam divinativalm, & nulla probabilitate ratione differentiae nitetem.
- 117 Debetur dimidia pars Thesauri Fisco in specie. text. in l. 3. §. Si in locis, ff. de Jur. Fisc. juxta Barbosam, non solum quando locus religiosus erat in loco publico, ut textum hunc ad hos terminos coarctavit Connarus lib. 3. Convent. cap. 4. num. 2. Ast 118 etiam quoties est in privato loco, semper debetur dimidia pars Fisco, quod extendit Barbosa quoque ad Thesaurum.
- 119 repertum in monumentis, quae etiam religiosa loca censentur, text. in l. Monumenta, C. de Legat. in quibus si Thesaurus inveniatur, dimidia pars debetur.
- 120 Fisco. Sed hunc Barbosae intellectum confutat Gutierrez lib. 4. Pract. quest. 36. num. 46. ad finem; Siquidem quum quis 121 in loco religioso Thesaurum invenit, in quo habet jus sepulturæ, totus Thesaurus tunc inventori cedit, quia dominium non est in alicujus bonis, & sepulchrum, quo ad usum est inventoris: ideoque nihil Fisco debetur. E contra, si Thesaurus reperiatur in loco religioso, qui sit alterius quo ad usum, dimidium queritur habenti jus sepulchri, & dimidium inven-
- tori, & excluditur Fiscus. Si vacet in secundo casu dominium, & ob hanc rationem pars debeatur Fisco, eadem ratione in primo casu idem dicendum inventori habenti jus sepulturæ in eo loco dimidiā partē solummodo queri rationem inventionis, altera dimidia debetur Fisco. Nec etiam hunc 123 intellectum probat Gutierrez resolvens ubi supra text. in l. 3. §. Si in locis, ff. de Jur. Fisc. pugnare ex diametro cum §. Thesauros, Instiut. de Rer. divis. §. Si in locis Thesauri inventi in locis religiosis, vel sacris, seu monumentis partem dimidiā 124. Fisco vindicari decernit; & in hoc Callistratus Jurisconsultus Divorum Fratrum sententiam sectatus fuit. Justinianus Imperator in §. Thesauros æquam Adriani sententianu ample 125. titur, quae opinio præsefert, Thesaurum iacentum in loco religioso, vel sacro totum inventori cedere, tanquam si quis invenerit in loco suo, ita ut si quis in loco sacro, vel religioso, qui dicitur proprius Ecclesie, Prælati, vel Religioni 126. netur restituere dimidiā partem illi Ecclesie, Prælati, vel Religioni, tanquam si inventisset in loco alieno, ut tradit Covarruv. in cap. Peccarum, part. 3. §. 2. num. 3. de Regul. jur. in 6. Salōn. de Justit. ex jur. quest. 66. art. 5. Gutierrez lib. 4.

## 362 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

*Pract. quast. 36. num. 46. in fin.*

- 127 At contra omnium Interpretum sensum text. in dict. l. 3. §. Si in locis, ff. de Iur. Fisc. neutriquam refragari textui in §. *Thesauros, de Rer. divis.* scribit Arnoldus Vinnius; quoniam §. *Thesauros* accipiendus est  
 128 de loco religioso privato, suadente id ipsum etiam rerum in ea coniunctione, & descriptione; & ideo prolapsum fuisse Bachovium autumat; quoniam ob coniunctionem laici religio-  
 129 si, & sacri, Vinnij interpretationem difficitur, quod non in loca, aut ædes sacræ dici possunt privatæ; quod falsum esse Vinnius asseverat. Siquidem Veteres proprias ædiculas, sacraque Sacella habuisse nitescit ex text. in *I. Sacrilegi*, 9. §. 1. ff. ad Leg. Iul. peculat, ut tradidere quoque Charondas lib. i. verisimil. 24. Wesselbencius in §. *Thesauros, de Rer. divis.* Robert. lect. 5. Connarus lib. 3. Cōvent. jur. civil. cap. 4.

- 130 Marcus Aurelius, & Aelius Verus præstiterunt, Thesaurū inventum in loco religioso, vel sacro dividendum inter inventorem, & Fiscum tanquam si in loco publico fuisse in vetus. Postea Justinianus in §. *Thesauros*, Adriani constitutionem renovavit, Divorumque Fratrum legem correxit, quæ Thesaurū inventum in loco religioso cū

Fisco dividendum esse decernit. Et cum Justiniani decisio sit posterior decisione Divorū Fratrum, ei standum est, quia lex anterior per posteriorem 131 obliteratur; & sic data legum correctione, nulla superest juris pugnatio, in quo consentiunt, ac assentiuntur Borrell. *de Prastant. Reg. Cathol.* cap. 27 num. 26. Garzia de *Expensis*, cap. 22. num. 56. Sixtinus lib. 2. *de Regal.* cap. final. num. 32. Gutierrez lib. 4. *Practic.* quast. 36. num. 46. in fin. *Salon. de Justit.* & *jur. quast. 66. art. 5.* Amaya in l. unic. num. 43. & 44. C. de *Thesaurois*, Borchalten. *de Regal.* num. 93. Gothofred. *ad Novell. Leonis XV*, Cujac. in d. l. 3. §. Si in locis, ff. de *Jur. Fisc.*

Licet enim tot juris Inter- 132 pretes legum illarum correctionem hariolentur: tamen adversus hujusmodi derogationem insurgit subtilissimus Arnoldus Vinnius in §. *Thesauros*, vers. Idemque statuit, *de Rer. divis.* quippe si Adriani constitutio Divorum Fratrum Edicto fuisse sublata, haud quod Adrianus, sed qui Divi Fratres præstituissent, Justinianus retulisset. At cum tantummodo Adriani Edictum com- 133 memoret, nec fiat Divorum Fratrum rescripti mentionem, quidquid novi juris ab eo sanctum fuit, vix est, ut dici possit immutatum, unde sic con-

- ciliandum arbitratur text. in l.3. §. Si in locis, ff. de Jur. Fisc. cum text. in §. Thesaur. Instit. de Rer. division. nempe
- 134 Adrianus enim sancivit Thesaurum esse inventoris, dummodo in loco proprio fuerit inventus: deinde subnectit idem dicendum, quamvis in loco sacro, vel religioso fuerit inventus, videlicet ejus esse Thesaurus, cuius est & fundus, in quo loca sacra, vel religiosa sita sunt tanquam si in suo loco reperisset. Quippe licet loca sacra, vel religiosa non sint in bonis nullius: attamen ejus quodammodo sunt, cuius in usu, & fundo esse dicuntur, argum. text. in l. Immadic. 24. ff. de Contrahend. emps. text. in l. 5. ff. de Relig. & sumpt. funer. Si quidem nec sine injuria, vel in Deum ipsos Dei beneficio privari potest, qui vel ipsi, vel eorum majores fundi sui partem divinis usibus sacraverunt.
- 137 Divi Fratres. in l.3. §. Si in locis, ff. de Jur. Fisc. statuerunt, ut Thesaurus in locis fiscalibus, vel publicis, religiosisve, vel monumentis inventus, dimidia pars debeat Fisco. Loquuntur enim Imperatores de religiosis locis similibus publicis, in quibus Fiscus jus habet, juxta text. in l. 6. ff. de Jur. Fisc. vel de locis illis, qui publicè Civium funeribus destinati fuerunt. Si quidem in suburbanis tenuio-
- rum tumulos fuisse, narrat Urbicus. Fiscus in hisce locis, i. 39. utitur jure, quo utitur in rebus publici juris profani, ut nonnulli crediderunt: aut jure, quo utuntur privati in locis suis, sive profanis, sive religiosis. Sanctitatem, vel religionem i. 40. loci, nil novi juris constituisse refert Arnoldus, nixus exemplo, quod Leo Imperator in L. unic. C. de Thesauris discerit, utrum quis in suo, vel in i. 41. non suo loco Thesaurum invenierit, sacri, & profani nulla facta mentione, tanquam si nihil ad rem faciat, quod ex Aelio i. 42. Spartiano colligit, qui sine ullo rerum discrimine Adrianus sic de Thesauris cavit: Si quis in suo reperisset, ipse potiretur: Si quis in alieno. dimidium Domino dares: Si quis in publico cum Fisco equaliter partietur.
- Nec sententia ferens legū i. 43. correctionem approbant Portius in §. Thesauros, nu. 7. Othomanus num. 9. de Rer. divis. quia semper est vitanda legum correctio, ut sequitur quoque Barbos. in l. Diuortio, §. Si fundum, num. 43. quia, ut dicit Antunez, quamvis multi Interpretes ad finit pro correctione juris: attamen non tollit omnem ambiguitatem. Adeo text. in cap. i. 44. unic. tit. Quae sint regalia, ubi dimidia pars Thesauri inventi in loco sacro, vel religioso de-

## 364 Don Leonardi Gutierrez dela Huerta

**145** betur Fisco, ut judicatum quoque fuit in Senatu Lusitano teste Cabedo 2. part. decis.  
**56.** Antunez de Donas. part. 3. cap. 13. num. 59.

**146** Quidam ad horum juris contentionem pacandam ab exordio rem indagare conantur, nempe diversis olim temporibus, quo ad Thesauri acquisitionem, varia Principum rescripta lata fuere statuunt, ita ut ab Imperatorum nutu res prorsus tota dependeret. Zo-

**147** natus, Nervam Imperatorem Thesauros inventos Dominis locorū reliquisse refert Adria-

**148** nus, si quis in loco proprio invenisset, totum inventoris; si in alieno, domino dimidium; si in publico, dimidium Fisco concessit, teste Spartiano. Divi

**149** Fratres in dict. l. 3. §. Si in locis, ff. de Jur. Fisc. dimidiam Thesauri partem Fisco debere. Alexander, testante Lampadio, Thesauros repertos ijs, qui repererant, donavit indistin-

**150** cte. Constantinus si inventor spōnē detulerit, ei medietatē dedit, in l. 1. C. Th. b. t. quod postea mutatum est à Gratiano, & Valentiniano in l. 2. illo tit. statutumque, ut si in suo reperiatur, quis integrum recipiat, in alieno verò Dominus fundi ad quartam partem admittatur.

**151** Posteriori quoque ævo revocata, & hæc constitutio, & sine voluntate Principis nemo, nec

in suo solo poterat querere Thesaurum, ut ex concessione text. in l. unic. C. de Thesaur. constat in principio, innovata que est distinctio l. 2. C. Theo-  
 dos. de Thesaur. donec Leo Imperator novell. 51. aliam for-  
 matam introduxit, & postea Fredericus in cap. 1. Quæ sunt Re-  
 gal. ita notarunt Balduin. &  
 Gilchen. in §. Thesauris, nu. 18.  
 Cujac. lib. 9. Observat. cap. 37.  
 Quare cum Justinianus in d. 153  
 §. Thesauros, de Thesauris non  
 solum in sacris, vel religiosis  
 locis: verùm & in publicis, aut  
 Cæsaris repertis constituere  
 vellet, recessit partim à Divo-  
 rum Fratrum constitutione, de  
 qua in dict. §. Si in locis, partim-  
 que eam admisit, quoad reli-  
 giosum locum. Hadriani con-  
 stitutionem quasi æquitati na-  
 turali magis convenientem  
 innotavit, & quoniam hujus-  
 modi loca, quasi in nullius bo-  
 nis censerentur, inventor to-  
 tum tribuit: nec voluit ritu bo-  
 ni Principis favere Fisco suo, 154  
 nisi fortuitò casu inveniatur.  
 Quo ad publica tamen loca,  
 vel Fiscalia, aut Cæsaris, Divo-  
 rum Fratrum legem retinuit  
 in vers. Et convenienter; ita  
 tradiderunt post Angel. num. 1.  
 in d. §. Thesauros, multi, quos  
 retulerunt Gilchen. ibi nu. 17:  
 Pichard. num. 2. Cujac. in dict.  
 l. 3. §. Si in locis, Peregrin. de Iur.  
 Fisc. lib. 4. tit. 2. Gutierrez n. 46.

155 in fin. Neque contra hanc verissimam interpretationem obstat, quod vitandæ sint legum correctiones, ut nititur probare Amaja. Nam ea ratio militat quoties non constat ex dispositione legum de tali correctione. At in dictis juribus aperta est Justiniani voluntas, Divi Adriani constitutionem innovantis, ut notavit Covarruv. in Reg. peccatum 3. part. §. 2. n. 3: vers. fortassis.

156. Ut clarius pacanda sit repugnantia sèpè allegatorum Jurium, distinctione utitur Antunez part. 3. de Donat. cap. 13. num. 59. constituens discrimen inter locum sacrum, vel religiosum, qui in fundo alicujus privato situs est, & locum sacrum, vel religiosum publicè in loco publico ad communem sepulturam, vel ad publica sacrificia destinatum: ita ut in primo casu procedat dispo-

157. sitio text. in §. Thesauros in secundo vero procedat textus in l. 3. §. Si in locis ff. de Jur. Fisc. ut quoque interpretantur Conpanus lib. 3. cap. 4. num. 2. Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 1. Charonda lib. 1. Verisimil. cap. 21. Mynsinger. & Balduin. in dicto §. Thesauros. Hac enim distinctione omnem antinomiam tolli suspicatur Antunez. Quippe §. Thesauros procedit in loco sacro, vel Religioso in loco

alicujus particulatis constituto. Siquidem post quam Justinianus explicuit, quid circa Thesaurum decernendum esset, ex templò agit de Thesauro invento in loco sacro, vel religioso; & post de Thesauro invento in loco publico, vel fiscalis: tanquam si locus sacer, vel religiosus quandam cum loco proprio affinitatem haberet: & ideo habebit locum in eo, qui invenit Thesaurum in loco proprio, ut & in eo, qui illum invenit in loco sacro, vel religioso particulari proprio.

Textus in §. Si in locis, pro - 158. cedit in Thesauro invento in loco religioso, vel sacro in loco publico constituto, in quibus videtur Princeps habere quoddam jus ratione consecrationis, cum apud veteres diverso modo olim consecrabatur, ut videre est apud Alexandr. ab Alexandr. lib. 2. dier. genial. cap. 8. Cilchend. in Authentica hoc jus porrec. num. 1. C. de Sacrosan. Ecclesius Pichard. in §. nullius 6. num. 3. de Rer. divisi. Quæ denique distinctione, mihi prorsus non displacebit.

Quid dicendum de The- 159 sauro invento in Ecclesia, vel in loco religioso, vel in loco Ecclesiæ: An dimidia pars pertineat ad Fiscum, vel ad Ecclesiam, seu ad Prælatum? Cui dif.

## 366 Don Leonardus Gutierrez dela Huerta

difficultati respondendum videtur, quod si Thesaurus inveniatur in fundo pertinente ad Ecclesiam, ratione sustentationis ministrorum: tunc nihil de Thesauro pertinebit ad Fiscum, quoniam hujusmodi res, ita sunt in dominio Ecclesiae, ut alienari non possint. text. in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitutione. Unde si in predicto loco Thesaurus inveniatur, dimidia pars Thesauri non ad Fiscum; sed ad Ecclesiam pertinebit; altera dimidia ad inventorem, si non data opera, invenerit, si autem data opera, & ex industria inveniat, nihil habebit, & totus Thesaurus ad Ecclesiam, vel ad ejus prælatum pertinebit, ut tradunt Silvester, Aldorbandinus, Faber, Angelus, & Platea in §. Thesauros, Navarrus in Manual. cap. 17. num. 175. Antunez de Donationibus part. 3. cap. 13. num. 66. Sayrus lib. 9. Clau. Reg. cap. 9. lib. 4. vers. Communis. Montanus de Regalibus versic. Et dimidium Thesauri, num. 5. Barbos. in l. Divortio. §. Si fundum num. 47 ff. Solut. matrim. Farinac part. 3. Prax. criminal. quest. 104. num. 12. Ponte de Potes. Pro reg. tit. 10. de Diversi provis. tit. de Thesauri num. 4. Gomez. in l. Thauri 45. nu. 52. vers. Quarta conclusio. Peregrin. d. Jur. Fisc lib. 4. tit. 2. n. 7. Diana tract. 6. resol. 12. §. 3. Ama-

ya. in l. unic. C. de Thesaur. Mafstrill. lib. 3. de Magistrat. cap. 10. num. 327. Gutierrez. lib. 4. pract. quest. 36. num. 47. Quippe cum 161 res sacræ, & religiosæ hodie sint quæ ad Ecclesiam pertinent, & per Pontifices, & Episcopos consecrantur: secus per privatas personas tot. tit. de Relig. dom. & de Consecrat. Eccles. sequitur asserendum, diuidiam partem Thesauri, quæ debeatur Fisco, Ecclesiae, vel ejus Prælato applicandam esse. Cum jura civilia nequeant statuere, ut in prejudicium Ecclesiae Thesaurus Fisco acquiratur: text. in cap. Ecclesia de Constitutionibus; Et tunc Thesaurus videtur tanquam si in alieno loco fuisset inventus, & ideo nostram conclusionem sequitur Valenzuela in l. unic. num. 26. Platea num. 6. C. de Thesaur. Avendañus de Exequend. mandas. cap. 4. num. 25. Covarr. in cap. Peccat. part. 3. §. ultim. Filliuc. tract. 31. cap. 6. num. 158. Quia Ecclesia non debet esse pejoris conditionis, quam 163 privatus, & ideo levitatis nota Amaya, Barbosa contrarium sententem increpat, simulque respuit Avendañum, & Castillum.

Non opponitur. cap. Quæ 164 sint regalia: quippe Princeps secularis in prejudicium Ecclesiae nihil potest præcipere ex defectu potestatis, ut tra-

didit Diana tom. 6. tract. 6. resol.  
 12. §. 3. nec sustineri potest,  
 quod dicit Barbosa: nimurum,  
 quod Ecclesia quatenus est res  
 sacra non est in dominio Præla-  
 ti, sed solius Dei, & tantum di-  
 citur esse Prælati, quoad titulū,  
 & administrationem: cap. Si ti-  
 bi absenti, de præbend. lib. 6. cum:  
 que locus sacer non sit in do-  
 minio Prælati, dimidia pars  
 Thesauri inventi non pertine-  
 bit ad Prælatum, neque ad  
 Deum, qui de his transitoriis  
 non curat. Quæ sanè doctrina  
 respuitur à Diana tom. 6. tract.  
 6. resol. 12. §. 3. Nam et si soleant  
 nos dici bona Ecclesiæ Dei es-  
 se, cap. Remoto, in fine 7. quæst. 1.  
 cap. Plerique, 8. quæst. 1. ubi glos.  
 fin. cap. 1. 12. quæst. 2. cap. Cu-  
 secundum, de Præbend. Trident.  
 Seff. 25. cap. 1. de refor. Cum tra-  
 ditis à Navarro in *Apolog. de*  
*Reddit. quæst. 1. monito. 24.* &  
 166. Deus illorum bonorum fide-  
 lem, & prudentem dispensa-  
 tionem Prælatis concessit, qui  
 non sunt domini; sed dispen-  
 satores: cap. Expedit. 12. quæst. 1.  
 Verius est hujusmodi bona in  
 167 dominio esse Ecclesiæ parti-  
 cularis, cujus sunt, ut penes  
 Ecclesiam Salmaticensem. Ec-  
 clesiæ nomine intelligit Amaya  
 communitatem ipsam cum Ca-  
 pitulo, d. cap. Si tibi absenti. ibi:  
 Ut suum dici valeat: ut docte  
 resolvit Sarmient. de Reddit.  
 1. part. cap. 1. ex num. 15. & 21. &

expressius Molina de Just. 1. to.  
 disput. 142. Neque ex hoc im- 168,  
 peditur dominium Dei, sicut  
 non impeditur ex eo quod le-  
 gibus humanis, introductum  
 est, & illud, quod Deus in om-  
 nes, & in omnia habet, ut dixit  
 Sarmientus supra num. 22.

Quod enim Thesaurus in 169,  
 ventus in locis sacris, vel reli-  
 giosis totus inventori debeatur  
 si non data opera, de industria  
 verò debeatur Fisco, procedit  
 de jure civili, ut afferit Anto-  
 nello lib. 2. de *Loco legali*, cap.  
 30. num. 15. Diana tom. 6. tract.  
 6. resol. 12. §. 3. Sed cum civilia  
 jura, ut dixi supra ex defectu  
 jurisdictionis non habeant lo-  
 cum in rebus Ecclesiæ, & hæc  
 non debeat esse pejoris condi-  
 tionis, quam privatus; Thesau-  
 rus in fundo Ecclesiæ inven- 170.  
 tus ab Ecclesiæ Prælato totus  
 eidem Prælato Ecclesiæ acqui-  
 ritur Sayr. lib. 9. *Clavis reg. cap.*  
 9. num. 4. Arnisæus lib. 3. de *Jur.*  
*Majest. cap. 6. nu. 34.* Sin autem  
 ab extraneo reperiatur, dimi-  
 dia pars debetur invenienti, &  
 altera dimidia Ecclesiæ; hoc lo-  
 cum sibi vindicat, quoties in-  
 venitur casu, & fortuitò, secus-  
 quando data opera, quia tunc 171.  
 totus debetur Ecclesiæ; ut ex  
 Glossa in §. Ferè: verf. Simul at-  
 qæ de Rer. divis. Cavalcandæ-  
 cis 15. num. 2. part. 2. Sequitur 172.  
 Antonellus loco citato. Si The-  
 saurus ab Ecclesiæ Rectore in

loco publico inveniatur, scilicet, in Ecclesiæ, Cæmeterio, vel sepulchro, Thesauri dimidia pars ad Ecclesiæ Fiscum spectat, ut sequuntur Navarrus in *Manual.* cap. 17. nu. 175. Papiens. in *Forma lib. Action. real.* §. *Jure dominii, num. 6.* Vilalobos verb. *Thefaurus num. 114.* Cepol. de *Servitut. præd. urban.* cap. 45. lit. A. Peregrin. de *Jur. Fisc. lib. 4. tit. 2. num. 7.* Azo. in *Summa C. de Thesauris tit. 10. num. 2.* Sayrus lib. 9. Clau. Reg. cap. 9. num. 4. vers. *Communi-*

*nis.*  
173 Quanquam quidam existimantur Principes sæculares non posse statuere circa acquisitionem Thesauri in locis sacris, vel religiosis ex defectu potestatis, ut omnibus innotescit; non per hoc, quod olim Imperatores habebant jurisdictionem in rebus Ecclesiasticis, dicendum sequitur habuisse quoque illorum bonorum dominium, quoniam Prælati Ecclesiarum bona illa vendebant, & pretium in usus pauperum erogabant 12. quest. 1. cap. *Præcipimus,* 12. quest. 2.

174 Cum enim acquisitione Thesauri à dominio loci, in quo invenitur reguletur, non à jurisdictione loci, cum licet Rex habeat jurisdictionem in omnibus Regni sui locis; nihilo minus Thesauros inventos dominis locorum Imperator attribuit in *Thesauros.* Hinc Montan. de *Regal.* respuit illationem D.D. factam super Thesauris in locis Ecclesiasticis repertis, ex Imperatoris jurisdictione super bonis Ecclesiasticis ad eorum dominium.

Quippe si id quondam effectum fuit tempore imbecillitatis Ecclesiæ Imperatorum jussui non valentis opponi, quod eadem dominii locorum ratio, quæ in personis privatis militat super Thesaurorum acquisitione, debeat etiam Ecclesiis ipsius super bonis propriis prodescere, teste Montano de *Regal.* vers. Et dimidium *Thesauri, num. 5. in fin.*

Quando Thesaurus repetitur in ipsa Ecclesia; tunc Thesauri dimidiam partem ad Fiscum attinere contendunt Cabedus decis. 56. Barbos. in l. Divort. §. Si fundum, num. 44. ff. Solut. matrim. Lessius lib. 2. de Just. Et jur. cap. 5. dub. 15. Azor. lib. 1. part. 3. cap. 13. in fin. Castill. de *Terris,* cap. 41. uum. 111.

Fulcitur hujusmodi opinione auctoritate Textus in relata l. 3. §. Si in locis. ff. de *Jur. Fisc. text. in cap. unic.* Qua sint regalia. Fuerunt quidem hæc jura per Catholicos Principes Leonem, & Justinianum approbata; & tamen erant religione, Catholica imbuti, & sacrorum locorum naturam cognoscabant: & nihilominus dimidiam

partem Thesauri ad Fiscum  
179 pertinere decreverunt. Nee  
per hujusmodi constitutionem  
infringitur libertas Ecclesiastica,  
quia Thesaurus, dum est  
absconditus, cum non sit in bo-  
nis ullius, non debetur Eccle-  
siaz. Quo circa sine praetudicio  
Ecclesiaz; circa illius Thesauri  
acquisitionem Principes decer-  
180 nere potuerunt; cum Deus  
solus sit Dominus locorum sa-  
crorum: secus verò Prælati, ut  
minus rectè existimarunt. Na-  
varr. in *Apolog. de Reddit. quest.*  
1. monit. 24. num. 5. Barbos. in *I:*  
*Divortio. §. Si fundum. nu. 46.*  
*ff. Solut. matrim.*

181 Horum merito opinio re-  
fellitur à Djana, Sayro, Bitschio,  
Antunez, Amaya, & ferè ab  
omnibus Doctoribus asseren-  
tibus contrariam opinionem.  
communiorem: nempe The-  
saurum inventum in loco sa-  
cro, vel religioso, non data  
opera, dividendum inter in-  
ventorem, & Ecclesiā, excluso  
Fisco.

182 Ratio est, quia Ecclesia, vel  
locus sacer, vel religiosus nul-  
la ratione pertinet ad Principē,  
sed ad ius ipsius Ecclesiaz, & ad  
administrationem Prælatorum.  
Trullench. lib. 7. Decal. cap. 2.  
dub. 8. num. 8. Et quidem Prin-

183 ceps secularis, ex defectu po-  
testatis, nihil potest statuere  
in praetudicium Ecclesiaz, Bar-  
bos. in *Austens. Casaa*, nu. 2. &

seqq. C. de *Sacrosanct. Eccles. &*  
*de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 212.*  
Sanfelic. *decis. 187. num. 1. & 2.*  
Ideoque prædictam sententiā  
amplectuntur Faber, Angel.  
Portius, &c alij in d. §. *Thesau-*  
*res*, Lopez in l. 45. tit. 28. p. 3.  
Molin. *disput. 56.* Farinac. d. qu.  
104. num. 32. Platea in d. t. unic.  
C. de *Thesaur.* vers. Sed si quis  
inveniat, Aretin. in d. §. *The-*  
*sauros*, nu. 3. vers. Et advertas,  
Wessemb. ibi nu. 6. vers. Aliud  
dixi, Ferrarens. in *Form. libell.*  
*action. Real. verb. Jure dominij,*  
*vel quasi, n. 12. in fin. vers.* Sed si  
fuerit inventus in loco sacro,  
Peregr. d. tit. 2. num. 7. vers. C. in  
*apud nos*, Gutierrez *quest. 36.*  
*n. 47.* Gomez in l. 45. Taur. n. 52.  
Chassan. in *Consuetud. Burgos.*  
*rubr. t. §. 1. nu. 20. & 21.* Camill.  
Borrell. d. cap. 27. nu. 23. & 24.  
Covarr. in d. reg. *Peccatum*, p. 3.  
§. 2. num. 3. vers. Sed apud nos,  
Amaya in d. l. un. C. de *Thesaur.*  
num. 45. de Ponte d. tit. 10. §. de  
*Thesaur.* num. 4. & seqq.  
Non enim debet Ecclesia esse  
deterioris conditionis, quam  
privatus, ut notavit Alvarot. in  
dict. cap. unic. Qua sint regalia,  
Chassan. d. rubr. 1. num. 21. Ama-  
ya d. num. 45. Sixtin. d. cap. final.  
Farinac: q. 104. num. 11.

Haud refragantur in con- 184  
trarium adducta; quavis enim  
Principes Catholici prædictas  
leges approbassent, id fuit eo  
modo, quo per Principes Gen-

## 370 Don Leonardii Gutierrez della Huerta

tiles erat prolatæ, qui cū loqueretur de locis sacris, & religiosis, attenta Gentilitate, non debent extendi ad nostra loca religiosa, & sacra, quæ omnino diversa sunt, teste Amaya *in dict. l. unic. num. 46.* C. de *Theſaur.* Et negari non potest, quod ex talibus Constitutionibus aliquod præjudicium Ecclesiæ generatur, saltem quoad jus adquirendi dimidiam Thesauri, si in ipſa Ecclesia fuisset inventus; proinde retenta hac opinione, tanquam veriori, merito reprobantur Barbosa, & Castillus, qui cōtrariam sequuntur dictis locis ab Amaya, qui *in dict. l. unic. num. 46. ubi n. 47.* eorum fundamenta rejicit Gutierrez *dict. qnaſt. 36.*

**185** Quocirca refellitur opinio Cabedi 2. part. *decif. 56.* quatenus ex cap. unic. *Quæ ſint regalia,* in Senatu Lusitano judicatum fuit, dimidiam Thesauri inventi in quadam Turri Monasterij S. Crucis Conimbricensis ad Fiscum pertinuisse; tum **186** quia illa feudalis constitutio ad decisionem causarum non feudarium trahenda non est, nec observanda, juxta doctrinā Bart. *in l. ſi Jurisjurandi, §. Si liberi, num. 5. ff. de Oper. libert.* Jul. Clar. *in §. Feudum, q. 4.* Solarzan. *de Jur. Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 2. nu. 41.* tum etiam quia lata fuit contra libertatem Ecclesiæ, & communem opinio-

nem DD. quæ in judicando se- **187** quenda est, ut notatur *in cap. Novimus, de verb. sign.* Gamma *decif. 194. num. 2.* Valasc. *consult. 121. num. 8.* Larrea *decif. 7. nu. 26.* Tiraquell. *de Pœn. temperand. num. 51. ff. 54.* Salgadus *de Profect. part. I. cap. 2.* §. 3. *num. 23. & 24.* Gregor. Lopez *in Prolog. partitar. glos. 18. num. 1.* Mafcard. *de Probat. cōclusi. 38. num. 4. & 8.* Cevall. *in Proœm. pract. à nu. 30.* Cabalus *de Homicid. nu. 373.* Guazzin. *de Defens. Reor. in Prefat. num. 35.* Valenz. *conf. 139. n. 26.* cum paria ſint judicare contra legem, vel contra communē opinionem, Vivius *decif. 34. num. 28.* Berous. *conf. 91. nu. 16. vol. 2.*

Häpprechtus *in §. The- 188 auros, de Rer. divisi.* afferuit opinionem nostram, nimirum Thesaurum inventum in loco sacro, vel religioso publico, vel in fundo ecclesiastico pro dimidia parte Ecclesiæ adjudicandum esse, nullo juris Canonicī textu specialiter comprobari, & contrarium in jure civili expressum reperiri attestatur *in cap. unico, Quæ ſint regalia, in fin. & in l. 3. §. Si in locis, ff. de Jur. Fisc.* Sed non difficitur, quoties Clericus inventit Thesaurum in loco Ecclesiastico, Thesaurum hujusmodi, si non ex aſſe, ex ſemi aſſe acquiri ipsi Ecclesiæ. Cui bla- **189** diu-

tur Ottonus in *Difserit. jurid. politic. de Jur. public. cap. II. num. 20.* Bocerus *de Regal. cap. 3. nn.*

**190** 179. *Dummodo fortuitò, & non ex industria invenerit, nec artibus magicis.* Nam tuac Thesaurus totus est Fisci, sive in proprio, sive in alieno agro reperiatur, Obreptus *de Feudis Thes. 514. Covarruv. in cap. Peccatum, part. 3. §. 2. num. 2. de Regul. jur. in 6.* Molina. *de Just. & iur. som. I. tract. 2. disput. 56.* Rosenthal. *cap. 5. de Feud. conclus. 89.* Sayrus. *lib. 9. Clau. Reg. cap. 9. num. 17.*

**191** Quando Thesaurus inventur in loco sacro, secundùm Caramuel. *lib. 2. de Leg. moral. arist. 2. num. 308.* pertinet ad inventorem: dummodo locus ille sacer publicus, & communis sit; pure cæmeterium, & Ecclesia consecrata. Cui placi to videtur quoque blandiri Covarruv. ubi supra num. 3. Quū

**192** locus ille sacer publicus non est, dimidia pars debetur communitati, cuius est locus sacer; & altera dimidia inventori, ut volueret Dicastillus. *lib. 2. tract. 2. disput. 9. num. 414.* Molin. *disput. 56.* Trullench. *lib. 7. Decal. cap. 2. dub. 8. num. 9.*

**193** Quibus opponitur Caramuel, asseverans, quod si Thesaurus inventus in locis sacris, est partiendus; quoniam sic decernitur jure naturali positivo, cum jus naturæ, quæ sunt

in bonis nullius, inventori concedat, annectes medium Thesauri partem haudquaquam Ecclesiaz concedere. *Jus Civile* non immutat dominium 194 bonorum Ecclesiasticorum, jus verò Canonicum nihil de Thesauris disponit. Unde concludit idem Caramuel, quo ergo 195 acquæductu jus in illius Thesauri partem Prælatis, aut Dominis Ecclesiarum continget? *Ei suffragatur Hunnius Resol. jur. civil. tract. I. quest. 36.* existmans, Thesaurum inventum 196 in loco sacro, vel religioso totum ad inventorem attinere. Idem opinamentum amplectitur Lessius. *lib. 2. de Justit. & jur. cap. 5. dub. 16. num. 64.*

Ast non est recedendum 197 à priori nostra sententia, quæ habet Thesaurū inventum, casu fortuitò in loco sacro, vel religioso, dimidium ad Ecclesiam, vel ad ejus Prælatum, & alterum dimidium ad inventorem attinere. Quippe quamvis nonnulli minus rectè dixerint, Res sacras non esse in dominio Prælatorum, sed solius Dei; & cum locus sacer, vel religiosus non sit in domino Prælati, dimidiā Thesauri partem non pertinere ad Prælatum, neque ad Deum, qui de transitorijs non curat.

At meritò horum opinio 198 confutatur à Bitschio, Gutierrez, Diana, Antunez, & alijs.

Quippe licet bona Ecclesiarū, Dei esse dici soleant in capite Remoto, in fine, 7. quest. 1. cap. plerique 8. quest. 1. ubi *Gloss.* fin. cap 1. 12. quest. 2. cap. Cum secundum, de Prabend. Tridentinum *sess. 23. cap. 1. de Reformat.* cum traditis à Navarro in *Apolog.* de reddit. quest. 1. monito 24. & Deus illorum. 199 bonorum fidelem, & prudētē dispensationem Prælatis concessit, qui non sunt Domini, sed dispensatores, cap. *Expedit.* 12. quest. 1. Verius est hujusmodi bona in dominio esse Ecclesiæ particularis, cuius sunt, teste Montano de Regal. vers. *Et dimidium Thesauri,* num. 5. ut penes Ecclesiam Sal. 200 maticensem, Amaya in l. unic. num. 56. C. de Thesaur. Ecclesiæ nomine intelligitur Cōmunitas ipsa cum Capitulo, dict. cap. *Si tibi absenti,* ibi: Ut tuum dici valeat, ut docte resolvit Sarmient. de Reddit. 1. p. cap. 1. ex num. 15. & 21. & expressius Molina de Justit. 1. tom. disput. 142. Neque ex hoc impeditur dominium Dei, sicut non impeditur ex eo, quod legibus humanis introductum est., & aliud, quod Deus in omnes, & in omnia habet, ut ait Sarmientus suprà num. 22. 201 Igitur cum res sacræ, & religiosæ hodie sint, quæ ad Ecclesiam pertinent, & per Pontifices, & Episcopos consecrā- tur, non verò per privatas personas, *toto titulo Extr. de Religios. de consecr. dist. 1.* Si in loco Ecclesiæ inveniatur Thesaurus, ad Ecclesiam, usque 202 Prælatum pertinet dimidi pars Thesauri, quæ Fisco applicanda erat, Trullench. lib. 7. *Decal.* cap. 2. dub. 8. num. 9. nam jura civilia nequeunt statuere, ut in præjudicium Ecclesiæ queratur Fisco, cap. *Ecclesia, de Confitir.* & sic erit censendus Thesaurus in hoc casu, tamquam in alieno loco repertus, ut supra diximus, cum non sit censenda Ecclesia pejoris cōditionis, quam privatus; & ita docent Doctores, quos ad satietatem adducit Amaya in C: lib. 10. tit. 15. num. 45. & Antunez part. 3. cap. 13. *Filliuc. tom. 1. tract. 3. 1. cap. 6. num. 15.* 8. ubi dixit, quod qui invenit Thesaurum in loco sacro, dimidiū sibi acquirit, & dimidium est Prælati, cuius fuerit talis locus. Sacer. Ratio est, quia hodie Ecclesiæ in hac parte sunt Prælatorum, & ideo Wigers. de Justit. tract. 1. cap. 4. dub. 8. num. 25: docet etiam, quod si quis in loco sacro inveniat fortuitò Thesaurū, pro media parte erit inventoris, & pro media parte Ecclesiæ, sive Prælati; si autem dedita opera, sine cōsensu Prælati quæsierit, & invenerit, totus debetur Prælato, quia, inquit, hodie Ecclesiæ, & loca-

sacra sunt Prælatorum. Unde eadem est ratio de inventis in hisce locis, quæ de inventis in loco alieno. Quod etiam do-

<sup>205</sup> scuit Villalobos in Summ. som.

tract. 19. diffic. 20. num. 2. sic loquens: *Aunque los T esoros de derecho de las gentes por no tener dueño, son de los que los hallan, mas de derecho comun se ha de distinguir, porque si los halla en su propia heredad son tuyos, como diz en unas leyes, y aunque tambien dižen, que es lo mismo, si los halla en lugar religioso, o sagrado, y lo tiene por probable Lesio. Lo mas verdadero es, que en tal caso la mitad es del Prelado, o de aquel cuyo fuere el lugar sagrado, como tiene Angelo, Silvestro, Navarro, Covarruvias, y Antonio Gomez; porque ya el dia de oy las Yglesias se južgan por de los Prelados, o tienen dueño, y assi ban de partir como en las demás cosas, que se hallan en lugar ajenos.*

<sup>207</sup> Cardinalis de Lugo tom. i de Justit. disput. 6. sect. 11. n. 117. asseverat, quòd hodie vix reperitur locus sacer, vel religiosus, qui non sit sub speciali dominio alicujus, saltem Communatis, ad quam pertinebit Thesaurus, vel totus, vel pars, ut ad Dominum. Quod etiam

<sup>208</sup> præter Doctores adductos, tenet Megala in p. 2. Instit. lib. 2. cap. 4. q. 2. n. 2. qui respondet ad

s. Thesauros, Institut. de Rer. divis. & l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. quia non loquuntur de sacris, & religiosis locis secundum nostrum modum intelligendi, sed de illis sacris locis, <sup>209</sup> quæ cum auctoritate Imperatoris publicè dedicabantur, ut in l. Sacris, in princ. & ibi Gloss. ff. de Rer. divis. & in l. ult. ff. *Vt in possess. leg. & ita sentit Salomonius de Justit. qu. 66. a. 5. de Thesaur. abscond. conclus. 4.*

<sup>210</sup> Ex quibus omnibus col. ligendum est, quod quoties invenitur Thesaurus in loco sacro, vel religioso, seu in Ecclesia, vel Ecclesiæ fundo, si fortuitò, & nō data ad hoc opera, inventus sit, dimidia pars debetur invenienti, altera verò dimidia spectat ad Ecclesiæ Prælatum, vel ad eum, qui est Dominus ipsius loci sacri, vel religiosi, ubi Thesaurus invenitur: & sic ex equali portione inter inventorem, & Dominum loci partetur. Arnistæus lib. 3. de Jur. majestat. cap. 6. nu. 24. in fin. Si verò inventor ad hoc dedit <sup>211</sup> operam, & de industria Thesaurum quæsivit in locis sacrissimis, vel religiosis, tūc nihil de Thesauro capiet, sed totus Thesaurus applicatur Ecclesiæ Fisco, vel ejus Prælato, ut præ cæteris amplectuntur Diana tom. 6. Oper. moral. tract. 6. resol. 12. Villalob. in Summ. som. 2. tract. 10. diffic. 20. n. 2. Megal. lib. 2. Instit.

374 Don Leonardii Gutierrez della Huerta

cap. 4. q. 2. n. 1. Lugo de Just. & jur. tom. 1. disp. 6. sect. 11. nu. 117. Sixtin. lib. 2. de Regal. cap. final. num. 38. Faber in §. Thesaurus, num. 4. Angel. num. 3. Arnoldus Vinnius versic. Idemque statuit, de Rer. divis. Sayrus lib. 9. Clav. Reg. cap. 9. num. 4. verb Communis, Barbosa in l. Divortio, §. Si fundum, num. 46. ff. Solut. matrimon. Gutierrez lib. 4. Practic. quast. 36. Platea in l. unica, num. 6. C. de Thesauris, Antonell. lib. 2. de Loc. legal. cap. 30. num. 15. Bozcerus de Regal. cap. 3. num. 179. Azo in Summ. C. de Thesauris, num. 2. in fin. Ferrariens. in Form. libell. action. legal. glof. 9. num. 11. Scheneidevinus in §. Thesauros, num. 9. Wesselbecius num. 6. de Rer. division. Cepoll. de Servit. urban. prad. cap. 45. Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. num. 54. Covarruvias in cap. Peccatum, part. 3. §. 2. num. 3. Lagus in Method. jur. part. 2. cap. 28. num. 6. Connan. lib. 3. Comment. jur. civit. cap. 4. num. 2. Riccius decif. 331. part. 2. Alvarot. in cap. unic. Quae sint regal. num. 8. Farinacius part. 3. Prax. criminal. quast. 104. num. 12. Montan. de Regal. versic. Et dimidium Thesauri, num. 5. Calvin. de Aequitat. lib. 2. cap. 94. Cavalcan. decif. 15. part. 2. Chassan. ad Consuet. Burgund. verb. Ex paves, num. 10. Gomez ad

Leg. Tauri 45. num. 52. Chopin. lib. 2. de Domanio Francia tit. 5. num. 12. versic. Sed Evangelica, Garzia de Expens. cap. 22. num. 51. versic. In Episcopo. Peregrin. lib. 4. de Jur. Fisc. cap. 1. num. 7. versic. Verum cum apud nos. Bergeronius ad Papon. lib. 13. tit. 7. arrest. 1. Bitschius de Thesauris, cap. 8. § 234. part. 2. Quoniam loca sacra, & religiosa hodie sunt in dominio Ecclesiarum, vel eorum Praelatorum, ut supra citati Doctores retulerunt. Ideoque cum sint Domini, sequitur concludendum eiis deberi dimidiam partem Thesauri reperti in locis sacris, vel religiosis, quorum locorum Domini sunt, Arniseus lib. 3. de fur. Majestat. cap. 6. num. 24: in fin. Nam per text. in l. un. 213 C. de Thesaur. & per text. in §. Thesauros, Institut. de Rer. divis. Domino loci ubi inventur Thesaurus, defertur dimidia Thesauri pars, si fortuitò inventus sit: si autem data opera, totum Thesaurum Dominis locorum, & nihil inventori deberi decernunt predicti textus. Igitur idem dicendum est de Thesauris inventis in locis sacris, vel religiosis, ita ut ad eorum locorum Dominos spectet dimidia pars Thesauri inventi fortuitò, & totus si data opera: cum iniquum, & in justum esset Ecclesiam esse pe-

foris conditionis, quam ceteri  
omnes privati, ut post multos  
concludunt Amaya in l.unic.  
*C. de Thesauris, num. 45.* Fil-  
liuc. tractat. 31. tom. 2. cap. 6:  
num. 158. Diana tom. 6. Oper.  
moral. tractat. 6. resol. 12. s. 4:  
*Montanus de Regal. versic. 66.*

dimidium Thesauri, num. 5. &  
candem nostram conclusio-  
nem ampectitur Ripoll. *de*  
*Regal. cap. 116. num. 55.* Vander-  
graef. *Syntagma jur. de Jure pu-  
blico cap. 47.* Arnissaus lib. 3. *de*  
*Jur. Majestatis. cap. 6. num. 24.*  
*in fine:*

FINIS SECUNDI LIBRI





DON LEONARDI  
**GUTIERREZ**  
 DE LA HUERTA  
 H I S P A N I  
 T R A C T A T U  
 D E  
**THESAVRIS**  
 LIBER TERTIUS  
 S U M M A R I U M .

- |   |   |    |   |
|---|---|----|---|
| 1 | Quod est in bonis nullius, in inventori acquiritur.       | 7  | Via publica sunt de regalibus.  |
| 2 | Si in littore maris inveniatur Thesaurus, inventoris est. | 8  | Thesaurus inventus in locis publicis, inventori debetur. Dummodo casu fortuito. |
| 3 | Thesaurus repertus in domo deserta, est inventoris.       | 9  | Exponitur §. Thesauros , Institut.de Rer.divis.                                 |
| 4 | Res nullius occupanti conceditur.                         | 10 | Textus in §. Thesauros , de quibus locis publicis loquatur.                     |
| 5 | Equitas debet preferri stricti juris rigoribus.           | 11 | Thesaurus inventus data opera,cui acquiratur.                                   |
| 6 | Thesaurus inventus in loca populi Romani,cujus sit,       | 12 | Supprimens partem Thesau-   |


- ri debitam Fisco, qua pena  
puniatur.
- 4 Constitutio D. Adriani, quid  
caveat.
- 5 Principes Thesauros quo cum  
que in loco inventos, sibi vin-  
dicant.
- 16 Consuetudo totius ferè Euro-  
pa est, ut Thesauros Prin-  
cipes vindicent.
- 17 Theodorici Regis iusso de  
Thesauris.
- 18 Batavi quid circa Thesau-  
ros obseruent.
- 19 Locus publicus quis dicatur.
- 20 Verbum, Publico, quomodo  
sumatur.
- 21 Locus Populi Romani qualis.
- 22 Locus publicus dicitur quan-  
do est totius populi.
- 23 Thesaurus inventus in loco  
publico, quando debeatur  
Fisco.
- 24 Thesaurus inventus in loco  
publico, quare non debeat of-  
fe Populi Romani prout Do-  
mino loci.
- 25 Theodori Marcilii sententia.
- 26 Verbum Civitatis quomodo  
accipiatur in §. Thesauros,  
de Rer. divisi.
- 27 Aerarium populi à Fisco Prin-  
cipis diversum fuit.
- 28 Differentia Aerarii, ac Fisci.
- 29 Differentia inter Aerarium,  
& Fiscum quando sublata.
- 30 Augusti temporibus Aer-  
arium, & Fiscum non erant  
distinctum.
- 31 Jus omne, omnisque potestas  
populi in Imperatorem trans-  
lata.
- 32 Inveniens data opera nihil lu-  
cratur de Thesauro.
- 33 Et quare.
- 34 Dominus loci, qua ratione Thes-  
auri pars acquiratur.
- 35 Voluntas Domini loci ad in-  
dagandum Thesaurum, quid  
operetur.
- 36 Thesaurus inventus contra  
legis senorem, cui debeatur.
- 37 Dominus concedens volunta-  
tem inveniendi Thesaurū  
indignus Thesauri videtur
- 38 Thesaurus inventus in loco  
deputato ad usum publicum  
Universitatis, cui acquirar-  
tur.
- 39 Universitati adjudicandus.
- 40 Regi tradendus quidam.
- 41 Peregrini intellectus.
- 42 Montani trutnatio.
- 43 Ejusdem Montani ratio.
- 44 Montanus rejicitur ab Autro  
re.
- 45 Thesaurus cum Fisco par-  
tiendus.
- 46 Thesaurus repertus in loci  
publicis, quando dividendu-  
cum Fisco.
- 47 Referuntur verba Villalobos.
- 48 Thesaurus inventus in pla-  
sea, seu in flumine, est in  
ventoris.
- 49 Et quando Regis.
- 50 Locus publicus non censetur  
alienus.
- 51 Refertur casus quidam tradi-  
sus à Guidio.

378 Don Leonardii Gutierrez' dela Huerta

- 52 Senensis opinio.
- 53 *Premium succedit loco rei.*
- 54 *Premium ex re hypothecata, in subsidium est obligatum creditori.*
- 55 *Adducitur facti species de quodam Thesauro invento in Cæmeterio.*
- 56 *Pecunia inventa in loco sacro ad quem spectet.*
- 57 *Pecunia habita pro derelicto cui queratur.*
- 58 *Bona vacanaria, cui acquirantur.*
- 59 *Bona, de cuius Domina constat, cui debeantur.*
- 60 *Conclusio questionis.*
- 61 *Distinctio quando Thesaurus inventus in loco alieno.*
- 62 *Thesaurus inventus in loco alieno fortuita, cui debeantur.*
- 63 *Thesaurus inventus fortuita in locis publicis, debetur inventor, & Domino loci publici.*
- 64 *Si in loca nullius inveniatur, tunc satus inventori debetur.*
- 65 *Covarruviae placitum.*
- 66 *Quid sentias Trullench.*
- 67 *Distinctio Antunez.*
- 68 *Theatra, ac stadia sunt loca publica.*
- 69 *Qua loca publica pertineant ad Fiscum, seu ad Principem.*
- 70 *Populus dicitur Dominus loci publici.*

Thesaurus inventus in locis publicis, cuius sit.

C A P. I.



ERTUM qui-  
dem est, The-  
saurum, quē  
quis in loco  
eo, qui nul-  
lius proprius  
sit, invenerit, totum invento-  
ri acquiri, ut ferē omnes com-  
muni plausu seellantur; cum  
natura æquum, & consenta-  
neum sit, quod alterius non est,  
& in nullius proprio loco in-  
ventum sit, id acquiri invenie-  
ti; veluti si singamus Thesau-  
rum in littore mari invētum:  
argument text. in g. f. §. 18.  
ff. de Rer. div. s. vel in mari re-  
pertum; vel si locus, in quo  
Thesaurus inventus sit, habeat  
pro derelicto, ita ut Domi-  
num non habeat; vel si domus,  
in qua Thesaurus fuerit inven-  
tus, deserta fuerit; quod & in-  
tra ipsa Urbis moenia obtinge-  
re posse narravit Bitschius. Cu-  
jusmodi est, quod de domo spe-  
ctris infesta, & ideo deserta  
scribit Ephormia Lusinius in  
Sal. pag. 52. In hujusmodi do-  
ma ob malignorum spirituum  
intemperiem deserta, Thesau-  
rum celatum, & quæsumum  
fuisse ab eodem conjectore,

The-

Thesaurum audivisse refert.  
Bodinus lib. 3. de Magor. dome-  
noman. cap. 3.

- 4 Bitschius, favore inventoris, Thesauri in locis publicis, rationem naturalem militare contendit, quia æquitas naturalis suadet, ut res, quæ nullius est, occupanti concedatur, text. in l. 30. § final. l. 31. § 1. ff. de Acquir. rer. domin. Siquidem jus strictum, quo utitur Fiscus adversus inventorem contra æquitatem, quæ favet inveniéti, porrigendum non est. Cum 5 præcipua: debeat esse æquitatis ratio, quam stricti joris, text. in l. 8. C. de Judic. Loca publica accipiuntur non quæ sunt publica populi Romani, ut l. 9. ff. de Usu cap. Cicér. lib. 5. in Verrem. Liv. lib. 3. sub fin. quip. 6 pe, quæ non sunt nullius, sed populi Romani propria, & Thesaurum in iis inventus prodidit tantum parte inventori acquiri, diserte proditum est in §. Thesauros, & in l. 3. § penult. ff. de Jur. Fisc. ut recte notavit Peregrinus; sed de publicis juris gentium, ut § 5. Institut. de Rer. divis. l. 14. pr. & § 1 ff. de Acquirend. rer. domin. l. 10. ff. de Rer. divis. quæ propria appellatione communia omnium dicuntur propria, & §. 1. Institut. d. s. l. 2 ff. eodem & eo ipso, quod communia omnium sunt, nullius sunt, l. 14. pr. l. 30. de Acquir. rer. domin. l. 51. ff. de Con-

trah. empti. l. 2. & 3. ff. de R. D. §. 5. 12. 18. 22. Institut. eod. sicut qui ubique est nusquam est, Zasius in §. Quædam, num. 20. Institut. de Action. juxta illud Martialis: *Quisquis ubique habitat, maxi- mè nusquam habitat*, lib. 7. epi- gram. 72. & ubi omnes viri, omnium fœminarum mariti, & omnes fœminæ virorum, omnium uxores, & parvuli omnes omnium parentum filij sunt; quod Socrates voluit ibi: *Neque ullius fœmina maritus, neque ulla mulier, ullius mari- ti uxor, neque ullum pignus ullius parentis filius est: ut pul- cherrimè scribit Salvianus La- Etantius lib. 3. Institut. divin. cap. 2. f. adde Brisson. de V. S. lib. 3. in verb. Communia, & lib. 14. in verb. Publica. Hoc autem mo- do publica non sunt, viæ pu- blicæ, sed modo altero, & ho- die ad Regalia pertinent, cap. unic. Qua sint regalia, & sunt in dominio Principis, aut, qui eo loci Regalia habet: Rosen- thal in tract. Feudal. cap. 5. cō- clus. 20. Obrecht. in disp. de Regal. t. bes. 277. & sequen. Six- tinus in tract. de Regal. lib. 2. cap. 2. per tot.*

7 Thesaurus enim inventus in loco publico, qui in nullius bonis sit, veluti in plateis, vel vijs publicis, inventori cedit, juxta sensum Cini, & Baldi in l. Item. lapilli. ff. de Rer. divis. Alvarot. in cap. 1. tit. Qua sint

### 380 Don Leoneardi utieriez dela Huerta

regalia, Covarruv. in cap. Peccatum, §. 2. num. 3. Chassan. ad Consuet. Burgund. rubr. I. §. 1. num. 7. Vandergraef de Jur. public. cap. 47, Peregrin. lib. 4. de Jur. Fisc. tit. 2. num. 8. Dummo-

do casu fortuitò, & non data opera invenerit, ut expressit Arnoldus Vinnius in §. Thesauros, num 8. Institut. de Rer. divisi.

10 Sed horum Doctorum sententia rejicitur per Constitutio nem Justiniani in §. Thesauros, de R. D. quo decernit Thesaurum inventum in loco publico ad inventorem pro parte dimidia tantum pertinere. At qui se & cantur Thesaurum inventum in loco publico, qui in nullius bonis sit, totum fieri inventoris, nec ejus partem aliquam cedere Fisco, juxta dispositio nem dicti §. Thesauros, et l. 3. §. Si in locis, ff. de Jure Fisc. Id enim non debet intelligi de locis publicis, quae in nullius bonis sunt, ut Platea, & via publica; sed intelligendum est de locis, quae sunt ipsius Reipublicæ, vel Principis, aut Civitatis, vel Communitatis, ita propria sunt, ut est fudus Titij. Nec omnibus communia. Si in his locis publicis Thesaurus reperiatur, dimidia pars Thesauri, aut Fisco, aut Principi, vel Civitati, dimidia pars jure dominij debetur, ut explicuit Covarruv. en. cap. Peccatum, §. 2. num. 3.

ad finem, de Regul. jur. in 6. cuius interpretatio non attridet Peregr. l. 4. de Jur. Fisc. tit. 2. n. 8. quoniam Justinianus in dicto l.

. Thesauros, expressè decrevit de locis fiscalibus, Cæsaris, Civitatis, & publicis; Ideoque publica loca, de quibus textus mentionem facit, non ad loca Civitatis, vel Principis possunt referri.

Sicut quoties invenitur Thesaurus casu fortuitò in locis privatis, debetur dimidia pars inventori, & nihil, si data opera repererit; ita & quoque in Thesauro invento in locis publicis decernendum est. Unde id etiā obtinere debet in Thesauris inventis in locis publicis, ita ut in his etiam consulta opera quæsitus, & inventus similiter totus pertinebit ad Principem, vel Civitatem. Non enim magis fas esse credendū est publica loca effodere, & scrutari, quam privata, & aliena: facit Constitutio Friderici lib. 2. Feud. tit. 56. que sint regal. in fin. Quod si inventor partem Thesauri ad Fiscum pertinenter suppresserit, totum cum altero tanto cogitur solvere. Deferre autem se nemo cogitur, si pars Fisco non debeatur l. 3. §. ult. de Jur. fisc.

Summa juris de Thesauris. 14 edicto D. Adriani constituti hæc est, ut si quis Thesaurum in suo reperisset, sive quæsitus,

sive nihil tale cogitans, totum sibi haberet, si quis in alieno non data ad hoc opera, dimidiam Domino daret, partem alteram dumtaxat ipse consequetur; si quis in loca publico itidem non data opera, cum Principe, aut Civitate equaliter partiretur. Si quis autem servatus in alieno, sive privato, sive publico Thesaurum, invenisset, is totum hunc Dominio loci, eive ad cuius curā, vel imperium loci pertinet, reddere cogeretur ab hoc jure cum procedente tempore recessum esset, ut constat ex ist. C. Theod. de Thesaur. reductū illud est à Leone Nepote I. s. n. (Justin. eod. iterumque vigore suo privatum, restitutū à Leone Philosopho Nov. Leon. s. i. à Friderico nūl mutatum iur.

*Quae sint reg.* At nūc in plen-

risque locis Thesauros, ut & alia pleraque ~~ad se non~~, Principes sibi vindicant, & quidem in solidum, quo cumque in loco reperti fuerint. Estque id nūc ius commune, & quasi gentium, ut latius dicam suo loco. Nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hispania, & Dania id observatur, teste Grotio lib. 2. de Jur. bell. cap. 8. num. 7. add. Peregrin. lib. 4. de Jur. Fisc. cap. 2. Covarruvia in. Select. cap. Peccatum, de Reg. jur. in 6. part. 3. §. 2. Lebret. lib. 3. de la Souverainete, cap. 6.

Christin. vol. 1. decis. 16. Theodorus quoque Rex Thesauros quocumque loco repertos publico vindicari iussit, Arnulfus lib. 3. de Jur. maj. st. cap. 6. num. 23. Sine damno enim inquit, inventa perdit, qui propria non admittit, Cassiodorus lib. 4. var. 34. Et 68. Apud Batavos ius hoc incertum est; nā 18 patronos quidem Fisci contendere Thesauros quocumque in loco inventos ad Fiscum pertinere, ut in plerisque alijs regionibus nūc obtainere liquescit Vandergraef. Syntagma jur. cap. 47. ceterum alios contra putare sequendam esse in hoc negotio constitutionem. juris Romani, quoniam nihil de eo caute reperiatur legibus municipalibus, teste Græneven. de Legib. abrog. in §. T. thesauros, de Rer. divis.

Publicum locum, ut in novella Leonis interpretamor pro eo, qui publicus est Populi Romani, vel qui publicus est Imperij, ut innotescat Cujacius in Notis ad §. T. thesauros, Institut. de Rer. divis. Bocerus dis. p. 3. thes. 45. licet quidam publicum locum, sub appellatio- ne loci Fiscalis subintelligat, & verbum publico de Universitatis loco interpretentur in §. T. thesauros, verb. Publice, Et verb. Fiscali, quam interpretationem recipit Bitschius. dū- modò absint verba, vel *cauter*

tis; quod locum Civitatis commodius verti hortatur Gothofred. in Not. margin. ad Theophilum in §. Thesauros.

20 Poteſt etiam illud verbum publico ſumi, ut ſimul, & locū publicum Populi Romani, & locum Civitatum publicum, comprehendat, quo in caſu iterum optimè aberit vox, vel Civitatis, juxta ſenſum Cujacij in §. Thesauros, de Rer. divif. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. ultima. num. 2. Sic quoque illud nōtriu- ſu apud Theophilum ſumi poteſt, ut & Civitatis, ſeu U. 21 niverſitatis locum importet, & locum Populi Romani publicum ſignificet, ut in l. 2. C. de Petis. bonor. ſubl. Res civiles, quæ ſunt publicæ; ſed huic verbo publico reſpōdebit partim illud dimidium Fisci, partem, illud Civitatis.

22 Locus publicus communiter nuncupatur locum publi- gē deputatum, id est locus publicus totius populi, ut aſſe- rant Faber in §. Thesauros, n. 6 §. Vniverſitatis, num. 4. Inſtitut. de Rer. divif. Montan. de Regal. verſic. Et dimidiū Th- ſauri, nu. 7. Barbos. in l. Divort. §. Si fundum, num. 48. ff. Solat. matris. Farinac. part. 3. Prax. crimin. queſt. 104. num. 7. hoc procedit, quamvis invenerit Thesaurum in loco Civitatis, §. Thesaurus, verſ. Cui conve- niens, verb. 228. Civitatis, de-

Rer. divif. tanquam ſi quis in- venerit in loco Eccleſiaꝝ, teſte Sixtino de Regal. lib. 2. cap. ult. num. 40. 41. 42 ubi Thesaurum inventum in loco Eccleſiaꝝ 23 perinde ad Eccleſiam attinere aſſeverat, ac Thesaurum in lo- co Civitatis inventum ad Ci- vitatem ſpectare; quod enim vel loco publico dicitur The- ſauri in eo reperti partem di- midiam, quæ jure ſoli defer- tur, non Populo Romano, ſed Fisco acquiri, l. 3. § penult. ff. de Jur. Fisc. d. 6. Thesauros in fin. Inſtitut. de Rer. divif. Harmenop. & Eclog. Basilic. Videba- tur enim, aut Populo Roma- 24 no acquiri debere tāquam Do- mino loci, aut certè id non, tanquam conveniens, ſed tan- quam repugnans, vel exorbi- tans, existimandum, & propo- niendum. Et ſanè priuſ il- lud ſtatueret videtur Thedor. 25 Marcilius cum in diſt. §. The- ſauros, dum quod ſcribit pars altera cedit loci Domino, ſive iſi privatus ſit, ſive Cæſar, ſive Ficus, ſive Roma, ſive Civi- tas aliqua. Qua interpretatio- 26 ne verbum Civitatis in extre- mo paragraphi poſitum dupli- ci ſignificatione, & respectu accipi videtur, ut ex x̄x̄' ēx̄oꝝ dicatur de Roma, & vulgari- ter de qualibet Civitate; atque ſic tam ad verbum publico, quam ad verbum Civitatis in toras præmissum respiciat; aut

Certè absente verbo *Civitatis*, ad duplē significationem, verbi *publico*. Nec diffiteri possumus etiam subipsis Imperatoribus aliud extitisse publicū pepuli Romani, aliud publicū Fisci, seu *Fiscale*, diversumque 27 fuisse ærarium populi & Fisco Principis, argument. l. 3. §. p. m.  
*Or* dicit. s. *T*hesauros, vers. *Con-*  
*conventens*, *Or* l. 72. §. ult. ff. de  
*Concr. empt.* *Or* in l. 3. ff. de Bon-  
*damnat*. *Theoph.* in §. *P*er tra-  
*dictionem*, 40. *I*nstitut. de *Ren-*  
*divis.* *Harmenop.* lib. 2. ποκείρα-  
*tis*. l. rubr. περὶ δημοσίων *Plin.* in  
*Paneg.* cap. 36. *Sueton.* in *Au-*  
*gust.* capiult. in fin. *Facit* lib. 5.  
*Annal.* *Spartian.* in *Hadrian.*  
*Frontin.* de *Aqinaduct.* de quo  
 in p̄cito Cujac. in l. 2. C. de pe-  
 tī. bon. sublati *Or* ad rubr. ff. de  
*Jur. Fisc.* *R*eward. lib. 4. *Kariar.*  
 cap. 4. *Bisson.* lib. 6. de *V. S. venb.*  
*Fiscus*; *Budæum* in *Annotat.*  
 ad *Pandect.* *l. i. de Offic.* quæff.  
*D*ictatorum in *Paralip.* ad  
*Rofnam* lib. 7. *Antiqu. Roman.*  
 28 capi 36. Verumtamen esti sub  
 initia Principatus, sive Status  
 Monarchici in Republica Ro-  
 manæ ærarium aliquod Reipu-  
 blicæ, sive Populo Romano re-  
 linquebatur diversum ab Im-  
 peratoris Fisco ad ostenden-  
 dati aliquam libertatis imagi-  
 nem, & Reipublicæ quasi um-  
 29 bram: tamen gliscente impe-  
 rio id evanuit, & differentia  
 inter ærarium populi, & Fiscū,

Principis sublata est, Cujac. 7.  
 7. obf 3. 5 ad rubric. C. de Jur.  
*Fisc.* Imò statim sub ipsius Au-  
 gusti principatu illa verbo po-  
 tius. quam re erant distincta,  
 teste *Dione lib. 53. Histor.* ubi  
 cum Augustinum χρηματων κυρ-  
 σορα, dixisset: mox subjicit: 30  
 λόγῳ μεν γαρ τα δημοσια α' το' τῶν  
 εἰσιν απεκεκριτο, οργω σε καὶ ταῦτα  
 προς την χρειαν αὐτα κατέσκευε.  
 Est utique lege Regia, quæ &  
 lex Imperii dicitur l. 3. C. de  
*Constitut.* & lex antiqua ap-  
 pellatur in l. 1. §. 7. C. de *Vet.*  
*Jur. enucl.* eademque forsitan est  
 lex Augusti in l. 14. in fin. ff. de  
*Manumiss.* omne jus omnif-  
 que potestas populi in Impe-  
 ratorem translata l. 1. §. 7. l. 1;  
 pr. ff. de *Constit.* §. 6. *Instit.* de  
*Jur. nat. gent.* & *civ.* Ac proin-  
 de res eodem redit, sive æra-  
 rio populi, sive fisco principis,  
 dimidium thesauri acquireti di-  
 camus: Quod suprà diximus  
 procedit nisi inventor non  
 fortuitò, sed data opera The-  
 saurum invenerit in d. s. *T*he-  
 sauros. vers. 21 si quis. verb.  
 Non data ad hoc opera, sed  
 fortuitò. l. un. vers. In alienis. C.  
 de *T*hesaur. Hoc enim si fece-  
 rit, totum Thesaurum domi- 32  
 no loci reddere compellitur  
 d. l. un. vers. In alienis nulla  
 ex parte Thesauri inventoris  
 fuit; sed totus ad soli dominium  
 pertinet. Ratio est, quia unus 33  
 quisque suis frui debet, & non

inhiare alienis d. i. amic. in fine  
alienis autem inhiat, qui Thes-  
aurum in alieno fundo ab-  
scunditum indagat suo nomi-  
ne, & intervertit Domino,  
quarendi, & inveniendi pote-  
statem; Ideoque inventum po-  
tum facultatem retinendi : &  
34 hæc secundum Aeguinarium  
est ratio, car domino loci  
Thesauri dimidia pars acqui-  
ratur ; dummodo inveniatur  
ab alio fortuita, quoniam in-  
terdū Thesaurus ipse si ab alio  
effossus non esset à domino in-  
veniri potuerat. Cujac. lib. 17.  
obseru cap. 31. Osuald. ad Do-  
nall. lib. 26. cap 2. lit. A. Alberic.  
Gentil. lib. 1. ad nups. cap. 6.  
Quod procedit nisi quis da-  
ta opera invenerit Thesau-  
rum permisso, & voluntate  
35 domini ; quia nun habebit  
partem dimidiā, quæ de ju-  
re inventori debetur. nec eam  
Fisco reddere cogitur. Nam  
36 Thesaurum contra legi teno-  
rem in alieno quæsitorum, loci  
domino non Fisco reddi jube-  
tur à Leone in l. 11. c. 6. de Thes-  
auris. Si verò legitimè in-  
veniat, dimidiā partem inven-  
tori concedit, & dimidiā do-  
mino loci. Siquidem si contra  
legi tenorem quæsivit, domi-  
nus cuius permisso, & velua-  
37 tate quæsivit, indignus pariter  
videtur ad acquirendam teste  
Azone in Summa C. de Thes-  
aur. num. 2.

Quid si inveniatur Thesau-  
rus in loco deputato ad publi-  
cum usum Universitatis: nem-  
pè in theatro, in stadio, vel  
mercato, quæ loca publica  
cum sint in dominio Univer-  
sitatis juxta text. in l. Insarum.  
§. Vniversitatis, ff. de R. D:  
Thesaurum in hujusmodi lo-39  
cis publicis inventum Univer-  
sitatis adjudicandum vide-  
tur. Contrarium verò decerni-  
tur in §. Thesauros. scilicet ad 40  
Regem quidem spe etare The-  
saurum inventum in loco pu-  
blico, hoc est juxta Glossæ ex-  
positionem publicè deputatum.  
Quo in sensu §. hunc interpre-  
tatur Covarruvias de locis pu-  
blicis Civitatis, quamvis Pere-41  
grinus lib. 4. de Jure Fisci tit. 5.  
num. 8. dissentiat, augurans §.  
de locis publicis deputatis ad  
usum hominum, ut sunt Pla-  
teæ, vite, littora, & cætera, in-  
telligendum esse.  
Interpretatione Glossæ tan-42  
quæ genericam ad utramque  
opinionem trahi posse fatetur  
Montanus de Regal. vers. Et  
dimidium Thesauri num 7.  
afferens Peregrini opinionem  
communem dominii regulam  
pro se habert. Covarruvias ve-  
rò sententiam, publica autho-  
ritate fulcire ; Subdens idem  
Montanus, quod cum Prin-  
ceps ad Republicæ conserva-  
tionem magna indigant pecu-  
nia, dando Regi, quod in his  
lo-

- locis publicis invenitur, nemini infertur injuria. Sed hæc Montani opinio mihi haud quamquam absolute probatur. Siquidem si quis fortuitò in loco publico Thesaurum inveniat, dimidia pars ei debetur, & altera dimidia ad dominum loci spectat, ut expresse habetur in §. Thesauros de Rer. divisi. ibi Arnoldus Vinnius nam. 8. Navarrus in Manual. in cap. 17. num. 12. §. Silvester in verbis Jeunium, quest. 3.
- 45 Quò asseverant Thesaurum cum Fisco partiendum esse, quam opinionem coarctat Covarruvias in cap. Peccatum 3. §. 2. nu. 3. ut intelligatur, quoties reperitur in loco publico, qui jure dominij est Fisci aunc.
- 46 Enim servanda est doctrina supradicta, ut si inventus sit Thesaurus casu, dividatur cù Fisco; si verò de industria totus sit Fisci. Si verò Thesaurus inveniatur in loco communi, scilicet in Platea, aut via, totus erit invenientis, & secundum hanc doctrinam intelligit iuxta, quæ sunt de Thesauris. Et ita præter Turrianum tom. 2. disput. 43. dub. 2. num. 29. tenet ex Vasquez, Lessio, & Layman, Hurtadus de Justit. disp. 1. diffic. 35, afferens, totum thesaurem pertinere ad inventorem, quia locus ille nullus est, quod etiā docuit Villalobos in Sum. 10. a. tit. 10. diffic. 20. nu. 6.
- 47

sic asserens: Quando se halla et se fijo en lugar publico del Fisco, ó de la Ciudad, la mitad ha de ser del que lo halla, y la mitad del Fisco, ó de la Ciudad, como consta del Derecho, y no ay aqui distincion de hallarse a caso, o de propósito. Solo ay que advertir, que entiende del lugar publico; en que tiene la Republica especial señorío, como mōre dehesa, o casa porque si fuese lugar publico; que non tiene dueño, como si se hallasse, en la platoa, o en el río, cerca todo del que lo halla, como dize Covarruvias, con otros, y le sigue Lessio, porque estos lugares non tiene la Republica dominio, sino solo la iurisdiccion.

Dieendū est itaque, quod 48 si quis inveniat Thesaurum in loco publico, qui dicitur esse nullius, ut in Platea effossa, aut in flumine, totus cedit inventori; secus tamen si in loco publico, qui non tantum, quoad jurisdictionem, pro ut etiam viæ, & plateæ publicæ dicuntur esse Principum, sed 49 etiam, quo ad dominii proprietatem pertinet ad Cæsarē aut fiscum: tunc etiam fortuitò inventus cum illis erit dividendus, de industria quæsus totus erit Principis, ut sumi potest ex Insti. de Rer. divisi. Thesauros ibique Arnoldus Vinnius, Wiges de Just. tract. 1.

cap.4. duh.8. n.25. Trullench. in Decal. tom. 2. lib. 7, cap. 2. dub. 8. num. 8, ubi ex Lessio ubi supra observat, quod quando agitur de locis publicis, nihil interest, utrum fortuitò; sive 50 de industria inventus sit: nam locus publicus non censetur alienus, sed communis. illa autem distinctio solùm habet locum in loco alieno; Ast non est discedendum à dispositione text. in S. Thesauros.

51 Quo ad hanc questionem nostram casum quemdam ponit, & resolvit Guidius de Mineralib. lib. 3. sis. 1Q. n. 4. 3 p. de quodam puerō in loco publico Thesaurum invenientem, cuius vitricus illum vendidit campori, & campor fudit, & argentum vendidit, ambigebatur, an vitrico existente nō solvendo possit Procurator Fisci agere contra camporem ad premium redactum ex argento fuso? Doccius Senen. in l. Si

52 cum servum, ff. Si certum persistat determinari, quod non: quia campor fuit, sive censetur fuisse in bona fide, & habet illud premium ex causa onerosa, & sic non lucratur cum jactura aliena; sed Vitricus potest ad premium conveniri per Procuratorem Fisci; quia habet illud ex causa lucrativa. Et ita dicit præfatus Doctor. se illis

53 temporibus consuluisse. Movetur ex notatis ibi per eum,

ex illo textu, quod ita demum in particularibus premium succedit loco rei, si habens pretium, habeat illud ex causa lucrativa; secus si ex causa onerosa, ut notatur in l. Mater. Cod. de rei vend. ex quo limitatur Gloss. in l. 1. ff. de Dist. pign. quæ dicit premium extractum ex re hy- 54 pothecata in subsidium esse obligatum creditori; pro qua Glossa allegatur text. in l. fin. S. licentia. C. de Jure delib. quia illa Glossa intelligenda est, quando premium est apud creditorem ex causa lucrativa; Secus ex causa onerosa, ut est de mēte illius Glossa; & Bartolus in d. l. & Doctores in l. Mater.

Asterum enim casum ponit 55, Guidius lib. 3. de Min. tit. 1Q. q. 30. n. 37. de Thesauro invento in Vico Prati Populo Florentino subiecto in quodam Cemetery, de quo inter plures controvertebatur, an praedictus Thesaurus spectaret ad Civitatem, seu ad Commune Florentiae? Et conclusum fuit per Doctores Collegii Florentini dictam pecuniam ad Commune Florentiae non pertinere. Quod verum esse ostendebatur à sufficienti partium enumeratione. Aut enim dicta pecunia erat Thesaurus, & cū 56 fuerit inventa in loco sacro, vel publico ad Fiscum non pertinet, leg. 3. 5. fin. de jur. fisc. sed ad alios spectat, de quo in l. 1.

C. de

C. de Thesaur. lib.10. & in §:  
*Thefauros, Inst. de Rerum  
 divis.* An autem sit Thesaurus  
 non expedit decidere, ut infra-  
 patebit. Si vero non est The-  
 saurus, & tunc aut est habita-  
 57 pro derelicta, & hoc constat,  
 & Fisco non quæritur, ff. *Pro  
 derel. per tatum & l. fin. cum  
 sim. ff. de Legibus.* Aut non cō-  
 stat eam habitam pr̄ dereli-  
 cto, & tunc; aut haber certū  
 dominum, vel ex veris proba-  
 tionib⁹, vel ex legum p̄re-  
 sumptionibus apparentem, &  
 similiter non est Fisci; sed vo-  
 ro domino reddi debet, non  
 obstante eo, quod à nemine  
 possessa fuerit, l. *Cum quereba-  
 tar. {Vnde vi.* Facit quod no-  
 rat Bart. in l. *Si rem aliquam ff.  
 de Acquir. possess.* Aut habet  
 verum dominum in rei veri-  
 tate; sed non apparet, quis sit  
 dominus; & tunc similiter ad  
 Fiscum non pertinet; quia ju-  
 re cautum non reperitur, facit,  
 quod notat Bartolus idem in l.  
*Falsus. §. Qui alienum. ff. de  
 58 Furt.* Aut nullum re vera ha-  
 ber dominum, & sic possunt  
 dici vacantia, etiam quoad do-  
 minium. Et tunc etiam Fisco  
 non quæritur; non enim sunt  
 bona vacantia, de quibus lo-  
 quitur titul. *Cod. de Bon. va-  
 cant, lib. 10 & int. 1. §. An bona.  
 ff. de Jur. Fisci.* quod evidentis-  
 simè ostenditur, quam loqui-  
 tur ille titulus, quando con-

stat bona habuisse dominum, 59  
 quem tunc constat ea non ha-  
 bere, ut eodem sit. sed in pro-  
 posito, aut non constat, quis  
 fuerit dominus, & clarum est,  
 quia ille titulus loquitur, quā-  
 do constat bona habuisse do-  
 minum, & certum; aut con-  
 stat quis fuerit dominus, & idē  
 quia necesse est, quod constet,  
 quis fuerit dominus in p̄senti,  
 & sic non vacat pecu-  
 nia. Ex p̄missis ergo conclu-  
 sum fuisse refert idē Guidius,  
 maximē, quia plures appa-  
 rebant, qui se dominos asse-  
 rebant dictam pecuniam ad  
 Fiscum non pertinere; nec ab  
 ipso vendicari posse; & ita cō-  
 suluit Nellus de Sancto Gemi-  
 mano in Cons. incipit in causa,  
 & quæstione vertente.

Si in fundo pleno Thesau-  
 rus inventus fuerit, distingue-  
 dum est, aut quis data ad id o-  
 pera in alieno invenit, & to-  
 tum quæritur domino illius  
 prædii, Arnisæus lib. 3. de Jur.  
 maieft. cap. 6. n. 2. in fine. quam-  
 vis inventor non tanquam mer-  
 cenarius; vel ex ipsius domini  
 mandato huic rei operam de-  
 derit, ut in l. i. C. de Thesaur.  
 aut invenit casu fortuito, ut a-  
 rando, vel alias alienam terrā  
 colendo, vel quocumque casu,  
 non studio perscrutandi in a-  
 lieno Thesaurum, & tunc di-  
 midia est inventoris, dimidia  
 est domini, in cuius loco invē-  
 62  
 tus

inventus est, l. i: *in fine*, & ibi Bariol. & Platea, & s. *The sauros ubi Angel. Aret. Instis. de Rer. division. & Marian. Soc. cin. in quest. s. vers. 8. casus;* & Cardin. Alex. in cap. i, *qua sine regal. in usib. feud. Diana tom. 6. Oper. moral. tractat.* 6. resol. 4.

63 Unde pro hujus capitinis cōplemento concludendum est quod Thesaurus inventus in locis publicis, fortuito, spectat pro parte dimidia ad inventorem, & pro cætera parte ad dominum loci publici; si de industria ac data ad id opera inventus fuerit, nihil eo casu ad invenientem accinebit; sed totus Thesaurus domino loci publici debetur, ut patet ex text. in s. *The sauros de Rer. divis.* text. in l. 3. s. *Si in locis, ff. de Jur. fisc. & asseverarunt Diana tract. 6. resolut. 15.* Bitschius cap. 8. §. 2; 3. part. 2. Arnold. Vinnius in s. *The sauros n. 8. de Rer. divis.* Amaya in l. unic. C. de *The saur.* Si in loco qui sit in bonis nullius inveniatur; tunc totus Thesaurus adquiritur inventori. Covarruv. verò in cap. *Peccatum part. 3. §. 2. n. 3. de Reg. jur. in 6. Thesaurum inventum in locis publicis, nempe flumine, platea, via, &c. totum ad inventore, non ad regem attinere scripsit; quia Princeps non est dominus talis loci jure dominii; sed solum*

habet dominium jurisdictionis, & authoritatem disponendi. Contrarium ex Lessio amplectitur Trullench lib. 7. Decal. cap. 2. dub. 8. num. 8. nempe dividiam Thesauti partem ad principem spectare. Sed opponitur quod Civitatis res discuntur publicæ text. in s. *Vniuersitatis de Rer. divis.* Et nihilominus Thesaurus inventus in loco Civitatis, vel publico illius debetur dimidia pars Civitatis, & non Fisco teste Justiniano in s. *The sauros de Rer. divis.* & Barbosa in L. 8. S. *Si fundam. 48. ff. Soluta matr. sed distinguitur.* Antunez de *Donat. part. 3. cap. 13. num. 12.* inter loca, quæ sua natura sunt publica, & destinata non tantum hominibus aliquibus Civitatis, sed omnibus, ut sunt viæ publicæ, Itinera, Fluminæ, & Plateæ &c. Et inter ea, quæ tantummodo spectant ad publicum usum illius Civitatis in commune, quæ quoque publica nuncupantur, quod ad Rem publicam attinent, prout sunt theatra, Stadia, & locus 68 ubi cives, senatoresque sunt soliti congregari, secundum text. in s. *Vniuersitatis. Instis. de Rer. divis.*

Et hocce modo distinxit 69 præcitatius Antunez. Unde si Thesaurus fuerit inventus in loco publico juxta priorem naturam pertinebat dimidia ad Fiscum, vel totus si data opera

fuerit inventus, quia illa loca publica saltem, quoad jurisdictionem, & protectionem pertinent ad Principem, & speciali quoddam jure Principis sunt; ac inter regalia numerantur cap. unic. quae sint regalia. Si verò Thesaurus inventatur in loco publico juxta posteriorem naturam pertinet dimidia ad Rem publicam, seu Civitatem cuius in loco fuerit inventus: quamvis enim hæc loca publica dicantur, tamen privato jure, & domino pertinent ad populum, seu Civitatem, ut probat text. in l. Eum, qui vectigal. 16. ff. de Verb. signific. I. Quod in littore. 14. de Acquir. rer. domin. I. 2. §. Publico. ff. Ne quid in loco publico, I. Sed Celsus 6. de Contrab. empt. Et ita in terminis distinguit Faber in d. §. Thesauros, & in §. Nullius. Instit. de Rer. divis. Barbos. d. num. 48. Atque in hunc modum intelligendus est. text. in §. Thesauros, & Gloss. in l. fin. in d. l. unic. C. de Thesaur. Mastrill. de Magistris lib. 3. cap. 10. num. 322.

SUMMARIUM. M. 32

1. Caesaris loca à locis fiscalibus distinguuntur.
2. Res Caesaris, qua dicantur.
3. Res Fisci dicuntur bona pro scriptorum.
4. Loca publica, qua dicantur.

5. Varia Thesaurorum constitutiones.
6. Nervæ responsum inventori Thesauri datum;
7. Constitutio Nervæ.
8. Alexandri Severi sanctio:
9. Fisco, quando addiscabantur, Thesauri.
10. Tamberlanis Scytharum Reginis responsum.
11. Adriani circa Thesauros lex.
12. Dv. Fratres quid statuerunt.
13. Constantini Magni dispositio.
14. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius quid caveant.
15. Fisco sub quibus Imperatoribus rotis Thesaurus acqui-rebatur.
16. Adrianus Thesaurum dominis locarum reliquit.
17. Quod jus sub Severo, & Caracalla viguit.
18. Svo Heliogabato mutatum fuit.
19. Alexander Severus quid jusserit.
20. Ante Caracallam, & Carinum, quid observabatur.
21. Calpurnii Garmina.
22. Thesaurus sub variis Imperatoribus rotis Fisco cedebat.
23. Post Justinianum Fiscas universos Thesauros vindicabat.
24. Gothis id quoque jus placuit
25. Trajanus Thesauris Decébali Dacorum Regis potitus fuit.

## 390 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 36 Leo quare lamentabatur.
- 37 Gothorum Reges Thesauros sibi appropriabant
- 38 Lex Guilielmi primi , & Federici de Thesauris.
- 39 Richardi Angliae Regis factum.
- 40 Thesauri inventi in loco Principis, seu Casaris oportat dimidia pars ad Regem, et dimidia ad inventorem debetur.
- 41 Constitutionem Divorum Fratrum insequutus fuit Justiniianus.
- 42 Referuntur verba text. in S. Thesauros. Inst. de Rer. divis.
- 43 Dimidia pars debetur Fisco quando invenitur fortuita.
- 44 Si de industria, totus acquiritur Fisco.
- 45 Fisco debetur Thesaurus ratione dominii.
- 46 Acquisitio Thesauri ad Fiscum frequens.
- 47 Thesaurus num spectet ad Fiscum iure dominii, vel iure obligacionis.
- 48 Quan nullius fane, primo occupari conceduntur.
- 49 Acquisitio Thesauri est naturalis.
- 50 Species text. in l.63. §. fin. ff. de Acquir. domin.
- 51 Spartiani verba.
- 52 Condictio ex lege datur Fisco ad consequendum Thesaurum.
- 53 Dominium Thesauri cuius sit, donec vindicetur a Fisco.
- 44 Vindicatio rei presupponit dominium.
- 45 Occultans partem Thesauri debitam dominio loci, fur est.
- 46 Per alienum factum nobis dominium acquiri potest.
- 47 Respondetur objectionibus.
- 48 Verbum debendi in l.3. §. fin. de Jur. fisc. quomodo intelligendum.
- 49 Verbum dare, quomodo intelligendum.
- 50 Verbum Praestabit in l.63. §. fin. ff. de Acquir. rer. dom n. quid significet.
- 51 Regneri Sixtini argumentum.
- 52 Figurata locutionem continet.
- 53 Quid ad constituendam obligacionem poscatur.
- 54 Thesaurus quando pro medietate debetur Fisco.
- 55 Thesaurus repertus in locis sacris, vel religiosis spectat ad principem pro medietate.
- 56 Quid se dara opera inventus fit,
- 57 Nefariis sacrificiis, malis aut artibus si inveniatur Thesaurus totus pertinet ad principem.
- 58 Arte magica inventus Thesaurus an ipso iure quaretur Fisco.
- 59 Hujusmodi inventor potest Thesaurum retinere quo usque ad restitutionem condemnetur.
- 60 Nulla lex prohibet acquisitionem.

*tionem res nullius.*

- 61 *Fisco denunciandus est Thesaurus inventus;*
- 62 *Acquisitio Thesauri ex quo dependet.*
- 63 *Lex unic. C. de Thesaur. quò respiciat, & Constantini constitutio.*
- 64 *Correktio Leonis Imperatoris.*
- 65 *Fisco quando denunciandus sit Thesaurus.*
- 66 *Domino loci, quando debeatur dimidia pars Thesauri.*
- 67 *Gutierrez dubitat de opinione Cyni, & Chassanei.*
- 68 *Intelligentia Covaruviz.*
- 69 *Thesaurus, qui nullius est pro parte debetur Fisco.*
- 70 *Thesaurus, quando dividatur, inter inventorem, & dominum loci.*
- 71 *Quid quando de industria, & dura opera intentionitur.*
- 72 *Tunc comes Fisco applicatur.*

Thesaurus repertus in loco Principis, seu Cæsaris, vel cui Fisci adquiratur?

### C A P. II.

- I *Imperator Justinianus in S. Thesauros. Inst. de Rer. di- v. secesserit loca Cæsariorum à locis fiscalibus; loca Fiscalia à Publicis, Publica à locis Civi- tatis. Siquidem res Cæsariorum*

cirantur bona patrimonialia Principis. Fisci vero res appellantur bona proscriptorū, vel trigalia, commissa, & bona ca-duca, quæ quodammodo dicuntur bona propria Principis, ut patet ex Ulpiano in l. Prætor art 2. S. Hoc interdictū ff. Ne quid in loco publico. Loca vero publica nuncupantur, quæ in usu publico sunt populi Romani, veluti itenera publica, Vix, Agri, Arcæ, Insulæ, & cætera quæ Civitatis loca dicuntur, quæ Civium usibus, in munici-piis, & singulis Civitatibus de-serviunt, text. in S. Universita-tis de Rer. diuis. quæ à publicis eodem sensu in S. Thesauros, separat Justinianus, quò Ulpia-nus in d.l.2.S.4. bona Civitatis ab ijs, quæ Populi Romani di-cuntur text. in l. 5. ff. de Verb. signific.

Diversis namque temporis bus ab Imperatoribus variæ le-ges circa Thesauri acquisicio-nem promulgatae fuere, ut asserunt Gothofredus in Com-men. ad l. 1. Cod. de Thesauris. Amaya in l. uniu. num. 43. C. de Thesaur. Antunez de Donat. part. 3. cap. 13. num. 57. quippe Nerva Imperator Attico Thesauri inventori: ab utete igitur invento, quod cuum est: respon-dit narrante Philostrato lib. 2. de Vitis sophistar. in vita Herodis & ex ea Gothofredus, & Arnaicetus lib. 3. de Jure Maje-

Dd d fta

## 392 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

*¶ statis cap. 6. num. 21.* Quò etiā  
annectit eumdem Nervā, The-  
saurum inventū dominis præ-  
diorum reliquissē, fatus au-  
thoritate Zonarae in *Vita Ner-  
va*. Ex adverso Alexander Se-  
verus: siquidem si magni The-  
sauri essent addidit his eos,  
quos in suis officiis habebat; ut  
narrat Lampridius in *Vita Ale-  
xand.* Licet cæteri repertori-  
bus elargiendos jussisse atte-  
stentur; ut sunt Arnisæus ubi  
supra; Erodius lib. 4. rer. judic.  
tit. 7. cap. 1.

Thesauri juxta nonnullos  
tunc addiebantur Fisco, quō-  
admodum, & cæteroquin pe-  
culiaris quædā auri ratio Im-  
peratorum cōstitutionibus ha-  
bita l. i. (Theodosian. de expens.  
Ludov. l. 2. Cod. de Statuis. Ap-  
plicatur quoque Fisco The-  
sauri, quam Thesaurorum  
quantitas privatam fortunam  
superare videretur. Tambe-  
rlanes Scytha cum per Syriam,  
intervidenti, Rusticus quidē  
Thesaurum in quem casu arā-  
do impegerat, offerret, omni-  
bus dictantibus Regis illum  
Thesaurum esse; mone-  
tam inspici jussit: an suam, vel  
suum majorum imaginem  
ferret; Et qui inspicerant refe-  
rentibus Romanorum Princi-  
pum imagines p̄ se ferre; Ta-  
berlanes ipse respondit, Relin-  
quamus igitur aratori eā pecu-  
niā, que mea non fuit; sed

quam Densad ipsum det:  
lit, ut narrant Lonicer. lib. 1.  
*Histor.* Turçar, Arnisæus lib. 3  
de Jur. Majest. cap. 6. num. 21.  
Camerar. lib. 1. Horar, subcīff.  
cap. 63.

Adrianus naturalem æqui-  
tatē secutus, si quis in suo loco  
Thesauros reperiſſet, univer-  
ſos inventoribus concessit; si  
vero in loco alieno, dimidium  
inventoribus, & dimidium do-  
mino loci; si in publico loco,  
dimidium Fisco concessit, teste  
Spartiano in *Vita Adriani*, &  
Justinianus in §. Thesauros. In-  
ſtitut. de Rer. divisi. ut notarunt  
Gothofredus in l. 1. Cod. Theo-  
dosian. de Thesauris Amaya.  
Cod. cod. tit. num. 43:

Marcus Aurelius, & Alius 12  
Verus, qui in jure Divi Fra-  
tres nuncupantur dimidium  
Thesaurum Fisco deferendum  
statuerē in l. 3. §. Si in locis. ff. de  
Jur. fisc. ut notavit Aruoldus  
Vionius in §; Thesauros num.  
p. Institut. de Rer. divisi.

Constantinus Maghus qui 13  
cumque Thesaurū invenerit,  
& sponte ad Fiscum detulerit  
mediatatem Thesauri conse-  
qui jussit, alterum dimidium  
tantum Fisci rationibus trade-  
re debere, ita ut extra inqui-  
tudinem quæſtionis omnis fi-  
scalis calumnia conquiescat,  
ut legimus in l. 1. Cod. Theo-  
dosian. de Thesauris.

Gratianus, Valentinianus; 14

& Theodosius naturalem quoque æquitatem prospicientes, quoddam temperamentum invenerunt, videlicet, ut si quis in solo proprio Thesaurum inveniat integro Thesauro patur; si vero invenerit in alieno loco, in quartam repertorum partem eum, qui loci dominus fuerit admittere præstituere, ut habetur in l.2.Cad. Theodosian.de Thesauris.

15 Sub quampluribus Imperatoribus Fisci sui commodo nimirum plus obnoxiiis, Thesaurus, etiam in solo suo repertus, totus Fisco cedebat. Enimvero ante Nervam, & Hadrianum id ita obtinuisse colligere quoque est ex Cæsellii Bassi exemplo sub Nerone referente Tacito lib.16.annal. Nerva vero, teste Zonara, Thesaurum inventum dominis prædiorum concessit, cujuscumque modi. Thesaurus esset ut Attici quoque exemplo licet apud Philostratum lib.2.de Virtutis sophistarum in Vita Herodis. Similiter, & Adrianus, qui naturalem æquitatem fecutus totum Thesaurum in loco suo inventori concessit, ut testatur Spartanus in Vit. Adriani, part.9. & s. Thesauros. Inst. de Rer. 17 divisi. Quod jus sub Severo, & Antonin. Caracalla stetisse colligitur ex Calistrato in l.3.in fine ff. de Jure Fisci, & Paulo l.31. s. ff. de Adquir. rer. domin.

Quinimò cum jus illud medio inter Caracallam, & se tempore proculdubio sub Heliogabalo mutatū fuisset, ut dignoscitur ex Arnisæo lib.3. cap.6. num. 21. Alexander Severus 18 Thesauros pariter repertos ijs, 19 qui repererant reliquieo tantum excepto, quod si Thesauri multi, seu magni essent, ijs eos, quos in suis habebat Officiis addit. Amaya in l. unic. n. 43. C de Thesaur. Post Alexan- 10 drum Severum, ante Carum, & Carinum Imperatores, Fisco Thesauri denunciandi erant, etiam in suo reperti, eisque adeò acquirebantur. Id quod sub Caro, & Carino abolitum docet Calpurnius Ecloga 4. qui 21 sub Carino scribebat.

Jam neque damnatos metuit  
infare ligones

Fosfor, & invento, si Sors dedit,  
nuitur auro

Nec timet, ut nuper, dum ju-  
gera versat arator,

Ne sonet offenso contraria vo-  
mere massa.

Jamque palam preffo magis, ac  
magis instat aratro.

Qui sanè luculentus Cal- 22 purnii locus est cuius alioquin etiam multa verba accedunt ad l.2. (Theodos. de Thesaur. Tandem sub Diocletiano, & Maximiano, cæterisque, forte, etiam sub Maxentio Tyranno, ante Constantimum Mag. Thesaurum totum Fisco cessisse ex

Ddd 2 l.2.

*l.2.C. Theodos. de Thesaur. col-*  
*ligitur. Quo id jam immutatū:*  
*sic ut Constantinus alterum*  
*tantum, id est dimidiā Fisco*  
*adquiri velit. Post Constanti-*  
*nūm certe major adhuc ple-*  
*niorque humanitas constitit:*  
*reditum enim Theodosij Mag.*  
*Constitutionibus, & Edictis*  
*l.2. & 3. C. de Thesaur. ad jus*  
*Hadrianūm, sic ut in solo suo*  
*Thesaurum reperiens, eo ex*  
*asse potiretur. Quod & Leo*  
*probavit l.un. Cod. Just. de The-*  
*saur. Tandem, & Justinianus;*  
*quæ causa est cur hanc Con-*  
*stantini constitutionem à suo*  
*Codice is abesse voluerit. Vice-*  
*verfa, post Iustinianum, The-*  
<sup>23</sup>*sauri toti Fisco quæsiti; Novel-*  
*la Leonis s.i. Cedrenus in Ni-*  
*cephoro: quod jus Gothis quo-*  
*que placuit teste Cassiodoro E-*  
*pistola 6. Variarum cap. 8, tam*  
*variè scil. ius, istud habitum*  
*pro Principum videlicet cupi-*  
*ditate, seu avaritia libidine-*  
*que. Quare præcepis eorum ju-*  
*dicium est, qui Constantini le-*  
*gem de Thesauro tantum re-*  
*perto in loco publico, Fiscali,*  
*vel religioso, Cæsarifve, non*  
*verò in suo intelligendam au-*  
*gurantur.*

<sup>25</sup> Trajanus, thesauros à Dece-  
 balo Dacorum Rege, quē Tra-  
 janus ipse bello prosequiba-  
 tur, subitus vada Sargetis amnis,  
 captivorum manibus alio de-  
 rivati, occultatos, necatis om-

nibus, facti scientibus, nè res  
 detergeretur, unus solummodo  
 Biculus nomine ex captivis  
 evasus, rem gestam Trajanō  
 ostendit, qui Thesauros inve-  
 nire præcepit, & eis potitus  
 est, ut ex Dione in *Vita Traja-*  
*ni narrat Aymus de Alluvion.*  
*cap. 13. num. 9. Calvin. lib. 3. de*  
*Æquitate cap. 23. 4. num. 31.*

Jam olim conquestus est <sup>26</sup>  
 Leo novell. 51. perniciosa con-  
 suetudine leges suppressas,  
 quæ inventa authoribus suis  
 aut integra, aut divisa relin-  
 quebant, totumque aurum ad  
 Fiscum redactum, quam seve-  
 ritatem Nicephorus post tem-  
 pora Leonis in usum revoca-  
 vit, teste Cedreno in *Vita Ni-*  
*cephor.* qui etiam dominis præ-  
 diorum Thesauros in eorum  
 fundis repertos eripuit.

Gothorum Reges Thesau-<sup>27</sup>  
 ros sibi quoque vindicabant,  
 ut ex Cassiodoro referunt Cu-  
 jacius lib. 9. Observat. cap. 37.  
 Choppinus lib. 2. de Domani.  
 Franc. tit. 5. num. 21.

Guiglielmus primus utrius-<sup>28</sup>  
 que Siciliæ Rex, & Federicus  
 Secundus Imperator, quamdā  
 legem statuere, qua Thesauros  
 non Inventorum, sed ipsius Re-  
 gis fieri cavebatur, ut refert  
 Simmont. lib. 2. Histor. Neap.  
 cap. 3.

Ricchardus Secundus Rex <sup>29</sup>  
 Angliæ armis insequutus est  
 Nobilem quemdam sibi subje-  
 ctum

Etum quod Thesaurum in proprio fundo repertum sibi tradere denegaret, quem cum in oppido Lemvoico Chaluno, quo cum Thesauro profugerat ob sideret, venenata sagitta percussus interiit, teste Gyraldo lib.9.Histor.Franc.ju Pbil. August.

30 His pro majori hujus capitatis intelligentia praestatis, ad questionem respōdetur; quod Thesaurus inventus in loco Principis, scū Cæsaris, scū in loco Fiscali, dimidium spectat ad Regem, & dimidium ad inventorem, ut habemus expressè ex iuri consuleto Callistrato in l.3.s. Si in locis ff. de Jure fisci; ibi: Si in locis fiscalibus, vel publicis, religiosissime, aut in monumentis Thesauri reperti fuerint, Divi Frasres constiuerunt, ut media pars ex his Fisco vindicaretur. Item si in Cæsaris possessione repertus fuerit, dimidiā eque partem Fisco vindicari. Hanc ipsam fermè Divorum Fratrum constitutionem insecurus fuit Justinianus in §. Thesauros. Instit. de Rer.divis. ubi partem dimidiā Thesauri inventi in loco Cæsaris, vel fiscali, Fisco addicendam decrevit, his verbis;

32 Et convenienter, si quis in Cæsaris loco invenierit ( scilicet Thesaurum ) dimidium inventoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui convenies

est ut si quis in fiscali loco, vel publico, vel Civitatis invenierit, dimidium ipsius esse debet, & dimidium Fisci, vel Civitatis, ut quoque sectantur Amaya in l.unic. Cod. de Thesauris. Christinus decis. 17. tit. 15. vol. 5. Papon. lib. 13. tit 7. ar. rest. 1. Gloss. in d. §. Thesauros. & in §. Si in locis Caramuel. lib. 2. Theolog.moral.art. 2. num. 303. Aenaeus lib. 3. de Jur. Majest. cap. 6. num. 21. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 4. eis. 3. Arnoldus Vinnius in §. Thesauros. Instit. de Rer. divis. num. 8. Connarus lib. 4. Commen. jur. civil. lib. 3. cap. 4. Calvinus lib. 2. de Aequitate cap. 97. num. 29. Bitschius cap. 8 part. 2. §. 266. Montanus de Regal. vers. Et dimidiu m. Thesauri. quod intelligitur si ve in loco patrimoniali Regis inventus fuerit Thesaurus, si 33 ve in locis fiscalibus: & in utroque casu dimidia pars Thesauri debetur Regi, si casu fortuito, & non data opera repertus fuerit. Alia verò medietas ad inventorem pertinet, prout decernitur in l. 3. §. Si in locis ff. de Jure Fisc. & in §. Thesauros de Rer. divis. Sin autem de industria data opera, inventus fuerit Thesaurus in locis Cæsaris, vel fiscalibus: tunc totus Thesaurus cedit Fisco, quoniā nemini licet in alieno fundo persecutari Thesauros, etiam cum domini voluntate. text. in l.unic.

- *l.unic.Cod.de Thesauris.* Quid etiam procedit in bonis privatis, ut si quis de industria inventet Thesaurum in loco alieno, & reperiat nihil lucratum sed totus Thesaurus pertinet ad dominum loci, ut cavitur in §. *Thefauros.* & ibi Glossa; verb. *Non data opera de Rer. divis.*

35. Et quoties in loco Cæsaris, vel fiscali quis invenerit Thesaurum; id non tam jure Fisci vel regali, quam jure dominij acquiritur, ut attestatur Bitzschius *cap.8. §. 263.* nam alias id specialiter exprimendum foret existimat, quod si ab ipso Cæsare Thesaurus ijs locis inventus fuerit, totus ipsi acquiratur. Quæ fiscalis acquisitione tanto minus iniqua videri debet, quanto frequentior fuit, ut patet exemplo Trajani, Nicæphori Teodorici Italæ Regis, apud Cassiodor. *lib.4. Variar. cap.34.* & *lib.6. cap.8.* Guglielmi Primi, & Federici Secundi Siciliæ Regum apud Iserniam in *cap. unic. tit. que sint regal.* *num.94.* & in *Constitut. Sicul.* *lib.1. tit.58.* & hodie majori rigore frequentatur, ut videre est apud Choppinum *lib.2. de Doman. Franc.* *cap.5.n. 11.* Gregor. Tholosan. *lib.3. Syntagm. jur. tit.11. num.6.* Barbos. in *l. Divor. §. Si fundum nū.48. vers. Postremo. ff. Solut. matrim.* Leonin. *lib.1. Emend.*

*cap.11.num.13. Farinac. Prax. crimin. quest.104. num.13. Covarr. in cap. Peccatum part. 2. §.2.num.4. de Regul. jur. in 6. Arnisæum lib.3. de Jur. Majest. cap.6.num.23.*

Sed nunc videndum est quo modo thesaurus ab alio inventus ad Fiscum pertineat: jure ne dominii, an obligationis tamquam? Quæ questione anceps certatur ex ijs quæ interpres, tam vetores, quam recentiores adnotarunt in *l.unic.Cod.de Thesaur.* & in §. *Thefauros.* de *Rer. divis.*

Plura sunt, quæ scadent dominium ipso jure non fisco, sed inventori interim acquiri. Primum enim ea, quæ nullius sunt non nisi occupanti, id est ei, qui primus possessionem eorum apprehenderit, acquiruntur ex in l. 1. §. 1 ff. de *Acquir. poss. ubi id etiam in specie de rebus inventis dicitur:* & in specie, spe-39 tialissima ipsius quoque Thesauri acquirendi modum naturalem esse, atque occupacioni tanquam generis ubi ci diximus suo loco. Atqui occupat Thesaurum non loci dominus aut Fiscus; sed inventor. Deinde pars Thesauri inventi ad Fiscum pertinens fisco deberi dicitur in l. 3. §. ult. ff. de *Jur. fisc.* quod autem fisco debetur, id fisci non est; sive Fisco non dum acquisitum est argum. text. in l. 34 part. 5 ff. de *Jur. arg/leg.*

40 Tertiò pars ea, quæ ad domi-  
num loci pertinet ei danda est  
text. in L. un. Cod. de Thesaur.  
quod etiam velle videtur l.63.  
S. ult. pr. verb. Praestabis ff. de  
Acquir. rer. dom. ubi creditor,  
qui Thesaurum in fundo sibi  
oppignorato invenit partem  
debitori præstare jubetur,  
quod verbo Αὐστημι exprimunt  
Græci Harmenop. lib. 2. lit. 6.  
rubr. πορὶ εὐρέσσεως θησαυροῦ Eclog.  
Basil. lib. 5. solit. 1. cap. 69. ubi ha-  
bent μερὸς διδώμει τῷ χρεῶντι hoc est  
partem do debitoti, ut sic etiā  
explicandum videtur illud  
Theophili τὸ ἡμέρῳ τὰ θησαύρου πάρε-  
ξει[ο] εὐρεῖ τοῦ βασιλεῖ dimidiū the-  
sauri præstabit (inventor) Cæsari,  
& mox περιπονήσεις οὐ φίσας λινέται  
nepē alterum dimidiū Fiscus  
accipiet in d. s. Thesauros, sed  
& Spartianus Adriani consti-  
tutionem hoc modo refert:  
*De Thesauris ita cavit, ut si*  
*quis in sua reperisset, ipse poti-*  
*getur; si quis in alieno, dimi-*  
*dium domino daret; Si quis in*  
*publica cum Fisco equaliter*  
*partiretur.*

42 Sed his haud reluctantibus  
ipso jure dominium fisco, lo-  
civé domino, acquiri, adeo-  
que non condictionem ex le-  
ge; sed Rei vindicationem, (&  
quæ hanc præcedere solet a-  
ctionem ad exhibendum text.  
in l. 3. §. 3. ff. ad Exhiben.) pro  
consequendo thesauro compe-  
tere statuerunt Platea ad d. l.

un. C. de Thesaur. num. 6. Da-  
nellus lib. 4. Comm. cap. I 4. in f.  
Ex lib. 5. cap. 2. in princ. Niellius  
disp. feud. I. o. 6. lit. F. Sixtinus d.  
cap. ult. num. 68. Ex seqq. Me-  
nocchio lib. 9. conf. 834. num. 15.  
Ex seqq. maximè n. 18. Ex lib. 5.  
presumpt. 30. n. 8. & Bocero.  
cap. 3. num. 102. Ex seqq.

Idque primò quia cum jura  
nostra de aquisitione Thesau-  
ri ex professò tractantità om-  
ninò de ea loquuntur; ut sicut  
id, quod jure inventionis con-  
ceditur, inventori acquiri di-  
cunt pariter id, quod jure so-  
li, vel jure fisci conceditur nō  
inventori, sed loci domino,  
aut fisco acquiri significet; nec  
ullum aliquod discriminem indi-  
cent, aut inventorem interim  
dominium esse, siue rem inte-  
rim inventoris fieri, ac manere  
donec à loci domino, aut fisco  
acciipiatur, vel certè agnosca-  
tur, dicant, ut videre est in d.  
§. 30. & d. l. un. Ex d. l. 63. de  
acq. rer. dom. per totum, &  
concordat etiam istud Theo-  
phili in s. ult. per quas pers.  
Quique acq. rōū ἡμίσεως γενόσιλη  
dilectoris itemque Novell. Leon.  
61. per tot.

Secundò Quia in l. 3. §. pen. ff. 44  
de Jur. fisc. ita jus constitutū esse  
dicit, ut pars ad fiscum perti-  
nens, fisco vindicetur; Atqui  
cum vindicamus, cum non da-  
ri nobis debere; sed potius rem  
nostram esse intendimus §. 15.

Instit.

## 398 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

*Instit. de Action. l. 25. ff. de Obl.  
et Action.*

45 **Tertio:** quia inventor, qui partem ad loci dominum pertinentem suppressit, fur, & rerum alienarum occulat, dicitur, Novell. Leon. 15. quod & post alias probat Menochius lib. 9. cons. 384. Et lib. 5. presump. 30. num. 8. Amaya, Arniseus, Peregrinus, & Gutierrez.

46 **Quarto:** quia novnum non est, ut per alterius factum etiam si is minimè omnium nobis dominium acquirere velit, domini efficiamur; veluti, si quis contra prohibitionem nostram fundum nostrum ingressus sit; aut in ea laqueum posuerit; ac ac feram aliquam coepit. Fit enim fera sic capta non ejus, qui coepit sed ejus cuius fundus est, quod evincitur ex text. in l. 15. ff. de Acq. rer. domin. & probant Glossa in s. 12. verb. Ingrediatur. Institut. de Rer. domin. Cujac. lib. 4. abs. 2. Obrecht. in Disput. de Dominio, et mod. acquir. natur. thes. 70. Marcius. ad d. s. 12. vers. Ait, auctem, & prolixè Mejerus in Quast. illustr. ad lib. 2. Institut. quest. 5. per. tot. Facit etiam huc l. 12. s. 5. ff. de V. sufr. l. 25. S. i. de V. sur. Itemque l. 7. s. 3. vers. In flumine, et s. 12. vers. At ipsula, et s. Ex disverso 30. Institut. de R. D.

47 **Nec obstante,** quæ pro con-

traria sententia supra fuerūt ad ducta, Et si enim quæ sunt nullius regulariter, & naturali ratione nō nisi occupati acquiruntur; tamen jus civile, ut non in eorum ab eo jure naturali recedere debet, ita nec per omnia ei servire notesse habet; l. 6. ff. de Just. et jur. & ut hoc in casu recederet, in eoque civilem acquirendi rationem. Donellus & Bocherus ubi supra constitueret, ac naturali præferret, causam justam habeat: cum quia Thesaurus non tam nullius, quam ignoti domini est; & si nullius est ipse fundus in quo est, quasi prævenisse, & primus occupasse, videri potest.

Deinde verbum *Debendi*. in 48  
d. 13. § 45. ff. de Jur. fisc. Sine omni incommodo generaliter accepli potest, ut in definitione actionis pr. Institut. de Act. Quo facit. l. 178. §. ult. de Verb sign. Et l. 82. pr. ff. de Verb. obl. sicut & è contrario, Meum aliquanda dicitur, id, quod mihi debetur; l. 20. l. 32. l. 36. ff. de R. Credit. & suum pro sibi debito l. 129 ff. de Reg. jur. l. 44. ff. de Cond. idebit. l. 7. et 8. ff. de Jur. et fact. ign. l. 5. C. de Petit. hered. Tertio verbum *Dare* non semper 49 eandem illam significationem habet; sed aliquando populariter, & vulgariter sumitur pro tradere; non tantū apud alios Authores, quod multo procli-

vius

clivius est admittere; sed etiā  
in ipso jure nostro, ut in l. 4. pr.  
ff. de V. Jur. l. 4. C. de Prad.  
et al. reb. min. l. 11. §. 2.  
ff. de Jurejur. l. 5. §. 3. ff. Com-  
mod. &c.

50. Verbum Præstabit autem,  
quod est d. l. 63. §. ult. pr. ff. de  
Acq. rer. dom. nihil nisi posses-  
sionis translationem significat;  
perinde, ac legatum licet jam  
acquisitum legatario sit, nec  
unquam hæreditis factum sit, l.  
64. in fin. ff. de Furt. l. 80. de Le-  
gat. 2. tamen legatario ab hæ-  
rede præstandum esse dicitur  
§. 1. Inst. de Legat. l. 1. §. 2. ff.  
Quor. legat.

51. Quintino Regnerus, Sixti-  
nus, ex illo ipso verbo Præsta-  
bit pro hac sententia nostra ar-  
gumentum colligit lib. 2. cap.  
ult. num. 56. quasi cum illud co-  
juactim tam de creditore (id est  
inventore), quam a jure  
(hoc est loci domino) ibi enun-  
cietur; inde conficiatur ad  
minus ipso jure statim loci do-  
mino ignoranti, quam inven-  
tori occupanti, Thesaurum,  
ibi, acquiri dicente. Isto, p-  
rem itaque sibi partem debit ri-  
prefabit.

53. Verum hoc argumento u-  
necesse non est: potius figura-  
tam locutionem in pronuncia-  
rio eo agnoscentes: uti pro-  
nomini sibi non respondeat  
verbum expressum præstare  
prout propriè respondet no-

mini debitori, sed aliud subin-  
tellectum, quod ictus ut cele-  
rius diceret, arg. l. 60. ff. de  
Hared. inst. sive celerita-  
te conjungendarum senten-  
tiarum, arg. l. 3. §. 12. de Dom. inst  
vir. omisit.) nimirum retinebit,  
ut disertè apud Theophil. in d.  
S. Thesauros. Τοῦ μὲν ἡμίου τῶν  
δυοις παρέχεται τῷ βασιλέι τὸ διάμερον  
οὐ παρέχεται &c. apud  
Hermenop. ac in Eclog. Basil.  
dictis loc. τὸ διάμερον διδομένων χρεόν  
τοῦ δέ λαρτού εἰλποκαθίσιον & in d. S.  
ult. vers. Nec repert. ibi: Apud  
ētim permansit. & sic etiam in  
l. 28. ff. de Offic. rest. libertates  
(subintellige competant) & le-  
gata præstentur l. 7. §. 1. ff. Se-  
zab. rest. null. ext. parentes ad  
bona liberorum ratio misera-  
tionis admittit: liberos naturæ  
simil (hoc est ordo lex) aut ra-  
tio l. 7. pr. ff. de bon. damn. & pa-  
rentum commune votum (vo-  
cat) Item in l. 21. pr. ff. de Evict.  
Nemo cum evincit sed factū  
humanæ sortis, scilicet auferit,  
vel ē medio tollit ) Item in l. 3.  
§. 1. ff. de Oblig. action.

Nō satis est, dantis esse nū-  
mos, & fieri accipientis, ut ob-  
ligatio constituar: sed etiā  
hoc animo dari, & accipi  
operter. Eddēque modo inter-  
pretari licebit illud D. Pauli i:  
Tim. 4. v. 3. καλωτός γαμή (sub  
καλωτός ἡ προσετοποτας ἀστιχίας Ερμητας  
& illud alterum lib. 1. ad  
Cor: cap. 3. v. 2. ) γέλα υμᾶς

*...nempe Cyprianus.*  
Cyprianus


54 Non solum procedit nostra conclusio', quando Thesaurus invenitur in loco fiscali , vel Principis, ut ei debeatur dimidia pars Thesauri inventi, non data opera; & totus si ex industria queratur , ut quoque scripsit Ageta ad Moles Dec. 5. 18.num.6. & supra ostendimus & probatur expressè in Usibus feudorum cap. 1. tit. Quae sunt

55 regalia . Verum quoque procedit quoties Thesaurus invenitur in locis sacris , religiosis, vel monumentis, quibus in casibus dimidium Thesaurum spectat ad Principem: alterum dimidium ad inventorē, si sine industria invenit , & fortuitò;

56 sive verò data opera, totus Thesaurus applicatur Fisco , ut tradunt Bitschius cap. 8. §. 263. part. 2 Ageta ad Moles §. 18.n. 5. & 6. Peregrinus lib. 4. de Iur. Fisc. tit. 2. num. 7. Montan. de Regal. vers Et dimidium Thesauri Amaya in l. unic. Cod. de Thesaur. Arnisaeus lib. 3. de Jur. maiestat. cap. 6. num. 21. Gothofred. in Comment. ad l. 3. C. Thesaur.

57 dōs. de Thesauris. Quod etiam procedit , quoties Thesaurus inventus est sceleratis, ac nefariis sacrificiis , vel adhibita arte magica. Nam tunc Thesaurus non pertinebit ad inventorem ; sed totum vindicabit Princeps in quocumque loco

inveniatur; text. in l. unic. Cod. de Thesaur. ut docent Bitschius cap. 4. §. 51 part 1. del Rio lib 2. disquis. mag. quest. 12. num. 10. Wierus lib. 5. de Prest. Daemon. cap. 11. Vultejus lib. 1. Feudor. cap. 5. num. 7. Arnoldus Vinnius in §. Thesauros. Instit. de Rer. divis. Caspalpious in Daemon. investig. cap. 12. Grillad de Sor. sileg. quest. 3. num. 12. Gutierr. lib. 4. pract. quest. 36. cū Glossa Bartolo, Baldo, Angelo, Penna, Aretino, Myasingerio, Nicacio, Papiensi, Villalobos, Afflito, Chassaneo, Covarruvias, Gomez, Menochio, Peregrino, Cavalcano, & Navarro, relatis à Farinacio part. 3. Prax crimin. quest. 104. num. 18. Quo in casu nec inventor Thesauri sceleratis attributus; nec dominus faci aliquid prætendere possunt; sed Fiscus totum Thesaurum vindicabit , quod addendum ad Constitutionē Imperatoris Federici de jure Fisci existimat Bitschius cap. 8. §. 220. part. 2. Isernia in cap. unic. Quae sunt regalia num. 90 & ibi Alvarot. num. 8. Obrécht. de Reg. o. 515. Rosenthal. de Feud cap. 5. conclus. 92. num. 3. Sixtin. lib. 2. de Regal. cap fin. num 34. Sed casu, quo Thesaurus inventus est arte magica ambigitur, an tunc ipso jure queratur Fisco dominium; an verò tantū obligatio dominio interim penes inventorem , locique do-



minum constituto. Et sanè Barbosa, Cajetano, & Navarro  
 59 (statuentibus inventorem posse in foro conscientiæ Thesaurum sic inventum retinere usque dum ad restituendum fuerit condemnatus) adversus Garsiam in tract. de Expens. & meliorat C. 22. num. 52. & Vallascum de Jure emphyt. quest. 15. num. 4. (quibus tunc addendus Farinacius in quest. 104. n. 18.) patrocinatur in d.l. 8. §. Si fundum num. 33. & 34. Thesaurum interim inventoris es-  
 60 se existimat: ratione ea, quod iura quidem prohibeant, quæ u. arte magica, & utentem- paniant; nulla tamen lex sit, quæ prohibeat acquisitionem rei; quæ in nullius bonis sit, quantumcumque arte magica inveniatur; ac proinde cum Thesaurus in nullius bonis sit jure gentium inventorii queri  
 61 &c. eoque etiam pertinere putat, quod Thesaurus inventus Fisco denunciandus sit. l.i. pr. ff. de Jure Fisc.

62 Sed jam supra ostendimus acquisitionem Thesauri, non tam ex jure naturali, vel gentium, quam ex jure civili, & placitis Principum dependere, & existimandam esse; usq; adeò ut, & tūm, cum naturali ratione acquiritur, ex indulgē-  
 tia, & concessione Principis queratur: dicto §. Thesauros: ibi: Divus Adrianus natura-

lem equitatem secutus ei concessit. Instit. de Rer. divis. Eaque concessio liberalitas Imperatoris Majestatis appellatur in l. unic. (de Thesaur. sed & d. l. unic. respicit ad anteriorem. 63 constitutionem Constantini, qua etiam, qui in suo inveniebat Thesaurum, nihil acquirebat sibi, nisi ultrò ad Fiscum deferret se invenisse Thesaurum: quò casu dimidia pars ei concedebatur, altera Fisco tradēda: l.i. C. Theodos. de Thes. voluit itaque Leo in d.l. unic corre- 64cta lege Constantini definire, quatenus vel loci dominus, vel Fiscus Thesaurum acquirat. Nunciatio autem Thesauri inventi non, facit ut Thesaurum Fiscus acquirat: sed ut acquisitionem esse sciat, & vindicet. Nemo enim debet Principi, vel Fisco deferre de Thesauro invento; nisi Thesauri pars aliqua Fisco debeatur: text. in l. Non intelligitur, 3. §. Si in locis. ff. de Jur. fisc. text. in l. unic. Cod. de Thesaur. Eclog. Basil. lib. 15. tit. 1. cap. 67. Harmenopol. lib. 2. tit. 6. nec aliud impunè deferre potest per l. 7. C. de Delat. nec privatarum rerum Comes, vel alius Magistratus deferentem admittere debet per l. 2. C. de Offic. Comit. privat. rer. quod olim aliter servabatur l. i. C. Theodos. de Thesaur.

Quoties Thesaurus inveni- 66 tur in loco Principis, vel Fi-

## 302 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

scalis queritur Fisco dimidia pars, quando fortuitò invenitur, tanquam si fuisset invenitus in loco privato, quo in casu dimidia ad Dominum spectat: dummodo non reperiatur data opera; nam tunc totus vindicatur ad Fiscum, ut docet Gutierrez lib. 4. Pract. quest. 36. num. 39. quo dubitandum existimat de opinione Cyni, & Capanei scribentium Thesaurum inventum in loco publico, qui in nullius bonis est, totum fieri invenientis; nec ejus partem aliquam Fisco accedere, nisi velimus cum Covarruv ibidem dicente, supra dictam resolutionem intelligendam esse non de locis publicis, quæ in nullius bonis sunt, ut platea, & via publica, sed de locis, quæ Cæsar is, aut Fisci sunt ita propria, ut fundus Titii nec sunt omnibus communia: in his etenim dimidia pars Thesauri, aut Fisco, aut Cæsari jure debetur; sed adhuc non inficiatur Covarr. Doctores se-  
69 tire contra Bald. opinionem, nempe Thesaurum inventum in loco publico, qui nullius sit pro dimidia parte Fisco cedere, ex d.l.3. §.fin. ff. de Jur. fisc. & d. §. Tbesauros in fin. id, quod verius, & tenendum esse censet adversus Cynum, & Baldum, Gutierrez ubi supra  
70 Unde colligendū est, quod quoties Thesaurus invenitur

in loco Cæsar is, Fisci, vel Civitatis casu fortuito: tunc dividitur Thesaurus inter inventore Cæsarem, Fiscum, vel Civitatem, ut tradunt Donell. Comm. jur. lib. 4. cap. 14. Mastrillus lib. 3. de Magistrat. cap. 10 nu. 322. Montan. de Regalib. vers. Es dimidium Thesauri num. 2. &  
5. Borell. de Præst. Reg. Cath. cap. 27. num. 17. Gómez in l. 45. Thaüri nu. 47. Gutierrez lib. 4. Practic. quest. 36. num. 49. &  
50. Theophil. in §. fin. Inst. per quas person. Antunez part. 3. de Donat. cap. 13. n. 15. Balduin. in §. Tbesauros. Inst. de Rer. divisi. Sin verò quis de indu-  
stria, & data opera Thesaurum reperiat, nihil inventori queritur; sed totus applicabitur Fisco, vel Civitati, ut asseverant Antunez ubi supra num.  
16. Afflict. dec. 321. num. 11. Barbos. in l. Divortio. §. Si fundum num. 47. ff. Solut. matrim. Peregrin. lib. 4. de Jur. fisc. tit. 2. num. 5. Leffius lib. 2. de Justit. & jur. cap. 7. dub. 16. cum cæteris supra relatis.

## SUMMARY.

- 1 *Constantinus Magnus dimidiā Thesauri partem Fisco cedere statuit.*
- 2 *Quod clementissime effectum fait juxta Gothofredum.*
- 3 *His, qui sponse obliterint Thesauros, plena fides à Fisco.*

- sc̄a adhibenda est.
- 4 Constantinus repertores Thesauri dimidia parte invaserunt.
- 5 Supprimens Thesauri partē Fisco debitam, qua pœna plerūkatur.
- 6 Punitur in perditione Thesauri cum altero tantum.
- 7 Mirabilis pœna occultantis partem Thesauri Fisco debitam:
- 8 Accursii opinio circa supprimentes Thesauros.
- 9 Severi, & Antonini Caracalla temporibus pœna supprimētis Thesauros fisco debitos.
- 10 Referuntur verba text. in l. 3. §. Deferre, ff. de Jur. fisc.

Occultans Thesaurum,  
cujus pars, vel totus  
debetur Fisco, qua pœna puniatur?

## C A P. III.

- 1 Constantinus Magnus dimidiā Thesauri partem Fisco cedere voluit in l. i. C. Theodos. de Thesaur. alterā dimidiā inventori: quod clementissima lege effectum sensit Gothofredus, ut qui ultrō
- 2 Thesaurum & se repertum fisco exhiberet: ita partiretur cum fisco, ut plena de Thesau-

ro nunciato præstaretur fides: ita tamen ut citra inquietudinem quæstionis omnis fiscalis calumnia conquiescat, quia annexit ipse Constantinus legislator, haberi fidem fas est, his, qui sponte obtulerint, quod invenerint. Neque ad eruendam veritatem quæstioni subjici quæunt. Et utroque præmij, seu veniæ genere, Thesaurorū repertores, ad eos fisco deferendos, Constantinus invitavit: Nimirum præmium dimidiæ partis Thesauri, & immunitatis, seu veniæ à quæstione, sic ut ei plena fides adhibeatur.

Sin autem inventor Thesauri partem fisco debitā per occultationē supprimat: tunc ei utrumque beneficium differtur per hāc verba. Si quis autem invētās opes offerre noluerit, & aliqua ratione prodīsus fuerit, à supradicta avenia debet excludi. d. l. i. C. Theodos. de Thesaur. Quod etiam decrevit Leo novell. 51. in fin. Unde certissima opinio est, quod si quis occultaverit Thesaurum, vel patrem illius fisco debitā, punitur supprimens in perditione Thesauri cum altero tantum; quam sententiam sectantur, ac amplectuntur Gothofred. in Comment. ad l. i. C. Theodos. de Thesaur. Platea in l. unic. num 6. vers. Sed attenta e civili constitutione. Cod. de Thesauris Peregrinis lib. 4. de Jur. fisc. tit.

2. n<sup>um</sup> 9. Arnoldus Vinnius in  
5. Thesauros num. 8. de Rer. di-  
vis. Farinac. prax. crimin. part.  
3. quasit. 104. num. 31. Glos. in  
§. Thesauros, verb. Fisci. Inſtit.  
de Rer. divis. Amaya in l. unic.  
num. 52. in fin. Cod. de Thesaur.  
Montan. de Regal. vers. Et di-  
midium Thesauri, num. 10. Et  
quoque Christinæus decis. Bel-  
gic. 16. tit. 15. vol. 5. num. 6. Ver-  
de in §. Thesauros. Inſtit. de  
Rer. divis. Sixtin. lib. 2. de Regal.  
cap. 21. num. 36. Et hujusmodi  
occultantis Thesaurum; Fisco  
debitum mirabilem poenam  
appellat Accursius in l. 3. §. Si  
in locis verb. Totum. ff. de Jur.  
3. fisc. ubi dicit, quod supprimet  
Thesaurum, vel partem The-  
sauri (Fisco debitam) perdit par-  
tem suam, & iterum quantum  
est totum: quam poenam sim-  
pli, & dimidiæ simpli vocat,  
vel verius in triplo, quoniam  
in dimidia Fisci tantum deli-  
quit; nec poterit deferre, cum  
9 jam in poenam incidit. Sed hac  
graviorem poenam supprimet  
tis Thesaurum Fisco debitum  
existimat Gothofredus in Com-  
ment. ad l. 1. Cod. Theodos. de  
Thesaur. in fin eam, quam tem-  
poribus Severi, & Antonini  
Caracallæ statuit Callistratus  
Juris-consultus, Divorum Fra-  
trum authoritate suffulta, ne-  
pè ut si quis Thesaurum ex quo  
pars Fisco debebatur, non  
detulisset, & partem fisco

debitam suppressisset, totum  
Thesaurum occultans cum al-  
tero tanto solvere compelle-  
batur. Verba Calistrati in l. 3. §. 10  
Deferrè ff. de Jure Fisci sunt  
hæc. Deferre autem se nemo co-  
gitur, qui Thesaurum inve-  
nerit, nisi ex eo Thesauropars  
Fisco debeatur. Qui autem in  
loco Fisci Thesaurū invenerit,  
ex parte ad Fiscū pertinentem  
suppresserit, totū cū altero tā-  
tam cogitur solvere. Ex quibus  
verbis expressissimè nostra cō-  
clusio probatur.

## SUMMARY M.

1. Rex non potest reservare sibi  
dominium Thesauri re-  
nuente populo.
2. Secus si populus assentiatur.
3. Totius Orbis consuetudo,  
qualis de Thesauro.
4. Quam consuetudinem dam-  
net Sylvester.
5. Consuetudo ista an obliget in  
conscientia.
6. Rex nequit partem Thesauri  
ab inventore exigere, &  
quare.
7. Consuetudo repugnans juri  
naturali, vel civili dicitur  
corruptela.
8. Lex nostra Hispana de qui-  
bus Thesauris loquatur.
9. Rex potest statuere legem re-  
servantem sibi Thesaurum.
10. Fisco applicantur omnes The-  
sauri.

- 11 *Hic usus vim legis habet.*
- 12 *Rex ob commune bonum potest reservare Thesauros.*
- 13 *Jus civile potest statuere, ut medietas Thesauri casu inventi detur domino agri.*
- 14 *Rex quando non possit sibi applicare thesauros.*
- 15 *Rex propter bonum publicum potest sibi reservare thesauros.*
- 16 *Rex potest praecipere ut sibi ex labore subditorum aliquod ei solvatur tributum.*
- 17 *Nisi aliter ex consuetudine fuerit introductum.*
- 18 *Sotirationi respondetur.*
- 19 *Lex institui potest, ut ob bonum commune Thesaurus fisco queratur.*
- 20 *Aqua habet naturalem inclinationem ad motum deorsum.*
- 21 *Ob bonum commune homo ad pati mortem obligatur.*
- 22 *Jus civile potest privatas regnum leges variare.*
- 23 *Principis est Thesaurus in quocumque loco reperiatur.*
- 24 *De jure Hispano inventor habet quartam partem thesauri.*
- 25 *Consuetudo universalis qua.*
- 26 *Lex 45.tit.28. partid.5. quid jubeat.*
- 27 *Valentia Regnum quoad thesaurum servat jus commune.*
- 28 *Hanc generalem consuetudinem non nulli damnant.*
- 29 *Erquare.*
- 30 *Reprobatur eorum opinio.*  
*Rex potest qua sunt in nullius, bonis sibi applicare*
- 31 *Thesaurus postquam inventur poterit alicui applicari.*
- 32 *Satisfit Sylvestro.*
- 33 *Lege naturali non debetur pars thesauri domino feudi.*
- 34 *Lex potest dimidiam thesauri partem domino loci adiscere.*
- 35 *Authoris opinio remissive.*
- 36 *Consuetudo Hispania valida.*
- 37 *Salonii assertio de Thesauris Fisco addicundis.*
- 38 *Lex non penalis non obligat in conscientia ad denunciandum Fisco.*
- 39 *Legibus civilibus circa Thesauros standum est.*
- 40 *Opinio Aragon.*
- 41 *Soti placitum.*
- 42 *Hujusmodi lex Hispana obligat in conscientia ad ad denunciandum.*
- 43 *Reges possunt thesauros quos cumque sibi applicari juxta Caramuelem.*
- 44 *Conrarium quidam voluere.*
- 45 *Sed eorum opinio confutatur à Caramuele.*
- 46 *Ejusdem Caramuelis distinctione.*
- 47 *Lex quando promulgatur, et acceptatur singuli suo iure cedunt.*
- 48 *Malumus visam cum peri-*

306 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- culo tueri, quam in servitu te sumnam acquirere securitatem.
- 50 Lex per quam Rex sibi Thesauros reservat, nimirum publica utilitate.
- 51 Res quae nullius sunt, si inventiuntur debentur Regnani, et quare.
- 52 Rex seu magistratus possunt reservare dominium Thesauri populo invito: dummodo utilitati communi expediat.
- 63 Respublica potest sibi Thesauros applicare.

Princeps an possit fratreire, ut ubicumque inventiatur Thesaurus etiam in proprio agro aut totus, aut certa pars ejus sibi reddatur?

C A P. IV.

**R**EX, aut magistratus secundum opinionem Caramuelis lib. 2. Theolog. art. 2. num. 285. nequit sibi reservare dominium Thesaurorum inventiorum, revente, & invito Populo: nisi hujusmodi reservatio sit necessaria simpliciter ad Reipublicæ conservationem. Si vero Populus assentiatur, tunc idem Caramuel:

existimat posse Regem hujusmodi reservationem facere, fretus auctoritate Paludani in 4. distinct. 15. q. 2. art. 2. Castrilib. 2. ad l. penal. carol. 3. Covarr. in cap. Peccat. part. 3. §. 2. num. 4. Molinæ de Just. & Jur. disp. 56. Gabrielis in 4. distinct. i. 5. quast. 3. art. 3. lib. 3. S. Anton. part. 1. tit. 1. cap. 15. §. 2. Aragon. 2. 2 quast. 69. art. 2. qui omnes existimant Thesaurum de consuetudine totus Orbis, ubique repositum esse. Principis Wandering Graef. Syntagma jur. public. cap. 47. Arnold. Winnius in §. Thesauros. Institut. de Rer. divisi. ut dicam: fuisis suo loco.

Quam consuetudinem dānat Sylvester in Summa verb. Inventum. quast. 3. der. f. Sextum condemnat, pro ut refragantē æquitati naturali, secundum quam ea, quæ in nullius bonis sunt, primo occupantibz conciduntur. Idem docet Sotus lib. 5. de Just. quast. 3. art. 3. ad secundum, Lopez par. 2. Instr. conscient. cap. 2. Philib. arc. de Off. Sacerd. par. 2. lib. 6. cap. 27. in fin. Adduntque tales consuetudinem in Republica bene instituta non esse introducata; unde nec in conscientia obligare dicunt, etiam si alicubi per violentiam introducta esset. Atque adeò non potest Princeps justo titulo, aut rotum Thesaurum sic inventum, aut quar-

6 tam partem ab inventore exi-  
gere. Ratio eorum est , quia  
Thesaurus talis in nullius est  
bonis sed quæ in nullius sunt  
bonis tum jure naturæ , tūm  
jure civili sunt inventoris , si  
inveniatur in proprio fundo,  
& solum medietas est Regis ,  
quando invenitur in loco Re-  
gis , aut Fisci , ut habetur in §.  
*Thesauros.Instit.de Rer.divis.*

7 Lex autem, seu consuetudo,  
quæ repugnat tum juri civili,  
tum maximè naturali juri, non  
est lex, aut consuetudo dicen-  
da ; sed corruptela ; quare nec  
lex, nec consuetudo in contra-  
rium introduci justè potest.  
Unde addunt in nostra Hispania  
non esse talem legem ; sed  
servari ibi jus commune civi-  
le, Et si quis obijciat *I.Regiam.*

8 *7.sit.12.lib.6.Ordinamentorū*  
Regaliū dicentem, quod The-  
sauri quocumque in loco in-  
venti fuerint, Regi acquiran-  
tur, data quinta eorum parte  
ipsi inventori, Respondetur, lo-  
qui solum de Thesauris pecu-  
liari jure Principem pertinen-  
tibus, quales sunt illi , qui in  
fundo Principis inveniuntur:  
*I.3.§. Si in locis. ff. de Jur. fisc.*  
*Gutierrez lib. 4. Pract. quest.*  
*36.num.55.*

9 Sed hoc non refragante, ve-  
ra sententia est, posse Regē legē  
justam constituere, qua statua-  
tur, ut Thesaurus etiam in pro-  
prio loco inventus sit totus Re-

gis, aut data tantum aliqua par-  
te inventori: sic Verde in §.  
*Thesauros. lemmat. 37. num.*  
*175. & 186. Institut.de Rer.di-  
vis. sic Paludan. & S. Antonin,*  
ubi supra Covarruv. in *Reg.*  
*peccatum. part.3. §.2. num.4. de*  
*Reg.jur.in 6.Salon.2.2.quest.66.*  
*artic.4. conclus.6. Bañes, & de*  
*Aragon. ibi: farent etiam Greg.*  
*de Valent. tom.3. disput.5. Con-*  
*fess. cap.4. §. 33. vers. Caput.*  
*quartum in regu.5.in fin. & Sà*  
*in Aphorismis verb. Thesau-*  
*rum. & Conrad. tract. de Con-*  
*tract. part.1. quest 8.9.. & 10. &*  
*videtur esse usus apud omnes 10*  
*ferè nationes , Thesauros in,*  
*propriis agris, aut domib;is in-*  
*ventos applicari Regi, data in-*  
*ventori aliqua parte. Connan.*  
*lib.4. Comment. cap.4.*

Qui sanè communis usus 11  
non est damnandus; sed potius  
vim legis habere videtur , &  
contraria opinio est improba-  
bilis: Gutierrez, *lib. 4. Practic:*  
*quest. 36. num.55.* Ratio esse  
potest, quia licet jure gentium,  
ea, quæ nullius sunt primò oc-  
cupantium sunt ; potest ta-  
men Respublica talia bona si-  
bi applicare, post quorum ap- 12  
plicationem jam non erunt cō-  
munia. Et eadem ratio est de  
Principe, qui pro bono com-  
muni Reipublicæ Thesauros  
communes sibi applicare po-  
test , ut docent Verde in §.  
*Thesauros lemmat.47. n. 175.*

*Et 186. de Rer. divisi.* Confir-  
matur hæc ratio, quia si ratio  
Sylvestri, & Sotii valeret, seque-  
retur legem illam, quæ statuit.  
Thesaurum casu inventum in  
agro alieno pro medietate ce-  
dere domino agri, & pro  
medietate inventorii, esse  
injustam; siquidem est contra  
æquitatem naturalem, qua hæc  
bona primo occupanti cedun-  
tur.

13 Si igitur non obstante jure  
naturali, & jure gentium, quo  
bona, quæ nullius sunt, fiunt  
occupantis primò, potuit jus  
civile statuere, ut qui casu  
Thesaurum in agro alieno in-  
veniret, in foro tam exteriori,  
quam interiori teneretur dare  
medietatem domino agri; qui  
verò illum de industria nō ob-  
tentia domini agri licentia in-  
veniret, teneretur eidem dare  
totum, ut Sylvester, & Sotus

14 admittunt. Quarè etiam non  
poterit Princeps statuere, &  
applicare Thesaurum, qui ante  
ea nullius erat, sibi vel Fisco  
ad utilitatem Reipublicæ, &  
onera ejus substantanda? aut  
etiam prohibere inquisitionem  
ejus nisi sub tali onere, ut totus  
Reipublicæ applicetur, aut so-  
lum certa aliqua pars invento-  
ri tribuatur, ut sequitur Mont-  
tanus de Regalib. vers. Et di-  
midium Thesauri num. 2. &  
Verde in §. *Thefauros lem-*

*mai. 37. num. 12. 176. Et num.  
186. de Rer. divisi.*

Si quis pro Sylvestro, & So-  
to respondeat id factum fuisse  
propter pacem civium; pari ra-  
tione responderetur, propter  
bonum publicum posse Regem  
sibi Thesauros ubiçumque re-  
pertos applicare, sic Trullench  
*lib. 7. Decalog. dub. 8. n. 11. Robo-*  
rantur hæc omnia. Quia si Rex  
justè legem condere possit, ut  
unusquisque etiam ex proprio  
labore, & sudore rebus partis,  
puta de tritico, solvat aliquod  
tributum in subsidium Reipu-  
blicæ, à fortiori decernere po-  
test, ut ex inventis solvat hoc  
tributum in usus, & utilitatem  
boni communis Gutierrez *lib.*  
*4. Practic. quæst. 36. num. 55.*  
Quocirca opinio nostra vera  
est: nisi justa, & certa consue-  
tudine, vel propria alicujus Re-  
gni legē fuerit aliter statutum; i.e.  
etenim jura & consuetudines  
Regnum, & Provinciarū ser-  
vari debet, nec facile, aut sine  
fundamento improbadæ sunt.

Non obest Sotii ratio; 18  
quia respondetur, cum dicitur  
Jure naturæ Thesaurum invé-  
tum esse inventoris, non intel-  
ligi hoc positivè, quasi jus  
naturæ id præcipiat; nam jus  
naturæ, facit omnia cōmunia;  
sed intelligi debet negativè;  
hoc est. Nō fecit alterius ab in-  
ventore. Deinde quamvis jure  
na-

naturæ esset inventoris , hoc tamen jus particulare inventoris impediri potest ab alio iure naturali universaliori; scilicet, quod Bonum commune Rei publicæ præferendum est bono particulari inventoris.

19 Unde lex statui potest, ut Thesaurus inventus ob bonum commune, sit Regis, ut probat Gutiérrez lib. 4. Pract. quest. 36. num. 55. & 56. Tunc enim lex positiva, quæ hoc determinat fundatur in jure naturali universaliori. Dari solet exemplū in naturalibus. Aqua enim habet naturalem inclinationem specificam ad motum deorsum, & tamen ob bonum universi ascendit sursum. Neque in isto motu sursum fit aliqua violencia aquæ , quia etiā habet quoddam modo naturalem inclinationem ad illum motum , in quantum est pars universi.

21 Sic etiam homo habet naturalem inclinationem , & jus naturæ ad conservationem, & defensionem vitæ propriæ ; & tamen jure naturali obligatur pati mortem propter bonum commune , quateus est pars, & membrum Reipublicæ , sic testatur Sayrus lib.9. Clau. reg. Sacerd. cap. 9. num. 18. inf.

22 ne . Potest igitur jus civile per privatas Regnum leges juxta bonum ipsorum variari, maximè in Regnis , quæ non subiiciuntur ditioni Romanæ, & le-

gibus Imperatorum, ut quotidiane fieri videmus.

Totius universi Orbis ferè 23 terrarum consuetudine introductum omnes Thesauros in quocumque loco inventos ad Reges, vel ad Fiscū pertinere, ut supra retuli. Quippe ubique reperitur est Principis: data tamen inventoribus aliqua parte, nulla de domino agri facta mentione; ut de jure nostro Hispano habemus l.i. tit. 13. lib. 6. Nova recollect. per quam inventor Thesauri habet quartā partem ; cuius consuetudinis meminait Azevedus d. l.i. & opinionem Paludani ubi supra sequitur, & probat Aragon. de Justit. & jur. quest. 66. artic. 5. vers. De illis autem. & latissimè comprobant Salon de Justit. & jure d. quest. 66. artic. 5. concl. 6. ubi citat eam tenentes Paludanum , D. Anton. & Covarruvia ubi supra , atque Castrum de Leg. Penal. lib. 2. Corolar. 3. & inquit, quod eā tenent omnes ferè Recentiores , & quod est 25 jam usus apud omnes ferè nationes, Thesauros inventos in proprio, vel illius privati fundo, cum primum id Rex novit, illos sibi applicare, data inventor, vel domino fundi quinta parte : sic Sayrus lib. 9. cap. 9. Clau. reg. num. 18. & quod licet in aliquibus partibus non sit talis consuetudo, ut per Sotum, at in Regnis nostris Hispaniæ

## 310 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- illa reperiatur; immo est condita lex nempè l. 45. tit. 18. part. 3. & l. 1. tit. 13. lib. 6. recop. quæ habetur, ut omnes Thesauri sint Regis, data inventori qua- ta parte. Et quod in Regno Va- lentia servatur jus cōmune; de-
- 27 Regno autem Franciæ, & Lu- sitaniæ agit Barbosa in l. 8. ad fin. §. Si Fundum. Et id observā- dum censem Gutierrez vigore Consuetudinis generalis, quæ ita legem Regiam tit. 13. De los Tesoros interpretata est;
- 28 Tametsi prædictam con- suetudinem damnet, esseque invalidam probet Sylvester in Summa verb. Invenitum n. 13: Tabiena verbo Restitutio nu- 27. ad fin. & Sotus lib. 5. de Just. & Jur. quest. 3. art. 3. vers. Se- cundum argumentum & Con- nan. lib. 3. Commentar. cap. 4. ad fin. & Barbos. in §. Fundum sub num. 49. ea præsertim ratione,
- 29 quia prædicta consuetudo ma- gis per violentiam, quam mo- ribus utentium fuerit inducta; & ideo non debet habere vim. Legis juxta notata in cap fin. de Consuet. Et quia cum Thesau- rus ratione, sive æquitate na- turali inventori concedatur, in dicto §. Thesauros. Institut. de Rer. divis. non debet facile admitti consuetudo, quæ re- pugnet naturali rationi,
- 30 Hæc namque Sylvestri, & sequacium opinio falsa est, & non tuerda, justèque induci potuit prædicta cōsuetudo, te- ste Sayro lib. 9. Clau. reg. cap. 9: n. 18. ut censem prædicti pri- mi auctores, & Cajetan. Covar- ruv. ubi supra allegatus; dum eam referunt minimè impro- bantes, ut observat idem Co- varryrias. Neque ratio Sylve- stri, & sequacium sufficiens est. 31 Licet enim ratione naturali ea, quæ in nullius bonis sunt oc- cupantib; efficiantur, non tamē ex hoc tollitur potestas Princi- pibus, quibus administratio Reipublicæ commissa est, quin possint ea, quæ in nullius bonis sunt privato domino applica- re, Sayrus lib. 8. Clav. reg. cap. 9. num. 18. post quam applicatio- nem, qui ea occupaverit non occupat, quæ nullius sunt; sed quæ jure humano dominium habent, tradit Conradus de Cō- tractib. 1. part. quest 8. & 9: ac 10. Ergo Thesaurus, priusquam 32 inveniatur potuerit per leges humanas alicui applicari vel insolidum, vel quo ad partem, sicque applicatus dari debet his, quibus lex humana jussit, & statuit dandum esse Sayrus, ubi supra.
- Præterea, quia si ratio Syl- 33 vestri vera esset, eadem profe- ctò fateri deberet ipse iniquā esse legem, quæ Thesaurum inventum in fundo alieno pro parte dimidia statuit ad domi- num agri pertinere non ad In- ventorem totum: & tamen ne-

mo

mo unquam eam legem , sive leges hoc statuentes damnavit. Imo D. Thomas , & cæteri Theologi de hoc agentes eas uti justas, probarunt , & admiserunt. Lege vero naturali nul·  
 34 la pars Thesauri domino feu- di debetur , non magis, quam si quis rem propriam in agro alieno derelictam dimitat, illa namque res non pertinebit ad agri dominum, sed ad eum qui primo illam occupaverit; ergo quemadmodum lex po- quuit dimidiam Thesauri partē domino fundi obijcere : ita  
 35 etiam possit eandem partem, vel totum Thesaurum Fisco, vel Regi ad onera publica su- stinenda, solvendum atque reddendum esse , statuere , ut recte argumentatur Covarru- vias, ubi supra . Nec his ratio- nibus sufficierter responderet Barbosa ubi supra. num. 49. ut  
 36 videre licet. Remaneant ergo fundamenta insoluta & suam, nostramque hanc sententiam urgenter probantia, ut etiam docuerunt latè Salon. col. 1304, cum seqq. & Molina Theolog, ubi supra col. 372. affirmans, quod merito Covarr. contraria sententiam Sotii impugnat, quorum fundamentum adversus Sylvestrum, & sequaces multo plus placet Gutier- rez, quam Barbosæ.  
 37 Fit igitur , ex supradictis, quod lex Regia, & consuetuda

generaliter Hispaniæ eam in- terpretans ; justè , ac validè potuerit inducere, Thesaurum ubicumque inventum esse Re- gis, atque ipsius Fisci, data quar- ta parte inventorii illum statim prodenti , atque manifestan- ti , ut recte conclusit Salon. ubi sup. conclus. 6. col. 1303. dicens, quod Rex , vel Respu- 38 blica potest constituere legem sanctam, & justam, qua statua- tur, ut Thesaurus quoque in- ventus in proprio, & peculia- ri agro, vel domo alicujus pri- vati civis, sit totus Regis ser- ta aliqua parte inventorii , vel domino loci in quo invenire- tur , ut tradunt Sayrus lib. 9. Clau. reg. cap. 9. num. 8, Cara- muel lib. 2. Theolog. moral. art. 2. num. 2189.  
 Hæcque lex, sive consuetu- 39 do, cū sit, justa, & nō poenalis o- bligabit quoque inventorē in conscientia ad denunciandum Fisco, & restituendum ipsi The- saurū ubilibet inventum minus, quarta parte , quæ sibi ab ea- dem lege, & consuetudine de- fertur ; idque nuncupatim cō- stat ex Covarruvia ubi supra num. 4. in vers. Sed ejus senten- tia; & Molina ubi supra d. di- sput. 56. in fin. ubi Navarrus & cæteri Doctores affirmant in foro conscientiæ circa The- 40 sauros legibus ci vilibus cuius- libet loci esse standum , quod sanè secundum Molinam non affir-

## 312 Don Leonardii Gutierrez de la Huerta

affirmaret : nisi existimaret potestatem esse in Republica ad Thesaurorum dominiū justis de causis quibus placeret applicandum.

41 Idem probat Aragon ; ubi supra, dicens sibi ratum videri in haere, quod in acquisitione Thesaurorum unusquisque suæ Provinciæ leges sequatur, nisi manifestam contineat ini-

42 quitatem: quidquid Sotus ubi supra contrarium teneat , dicens , quod Rex non posset justo titulo , quartam , vel quintam partem ab inventore exigere , & sic in Hispania hoc nā esse in usu; nec ubi esset , existimat , conscientias obligare, sed possit inventorem , secundum jus commune tuta conscientia , totum Thesaurum possidere ; sed alii , & multo probabilius placet legem Regiam actu præcipere, ut sit Regis , & de facto applicari Regi,

43 & sic remanet prædicta obligatio in conscientia , & prædixitus, ut etiam dixit , & probat Salon ubi supra vers. Sed cum tales adversus . Soto ubi supra , cum Covarruv. & Castillo, & tandem inquit , quod ita est sentiendum.

44 Possunt enim Principes Thesauros quoscumque sibi appropriare juxta sententiam Caramuelis lib. 2. Theol. moral. art. 2. num. 289. 304. & Ver. de in §. Thesauros. lemmat. 37.

num. 175. & 186. de Rer. divis. Ut & multi authores quōdām apud universas ferè nationes vigisse existimarunt ; nempe Thesauros effosos ad Reges pertinere ; licet renuant Sylvester in summa verb. inventū quæst. 3. num. 13. Lopez part. 2. cap. 4. Medina cap. 14. §. 31. Sotus lib. 5. de Just. & jur. quæst. art. 3.

Existimantes tutam consciencia non posse talem legē à Regibus constitui , eo quia de jure naturæ, quod nullius est, ad inventorem pertinet , non ad Regem igitur Rex non poterit sibi Thesauros adscribere absque injuria inventoris.

Sed horum Authorum antecedens distingnit Caramuel ubi supra quoniam , quod nullius est jure naturæ ad inventorem pertinere ; nisi ipse suum jus Regi cesserit, quod concedit ; si cesserit negat , & similiter distinguit illatum consequens; & admittit Regem non posse sibi Thesauri dominium lege adscribere, invitis inventoribus; non posse adhuc illis pertinentibus , negat . Et subsumit. At qui quando lex lata à Rege à populo acceptatur , singuli suo jure cedunt; Ergo &c. Et addit etiam jure cessionis teneri, acceptare hujusmodi legem , si simpliciter ad Republicæ conservationem necessaria sit , quia cum

voluerunt vitam communem sub uno Principe instituere, videntur saltem in rebus ad conservationem talis vitae illi promisso obedientiam, & jure libertatis cessisse: non enim ita evidens est, ut non patiatur 49 maximas exceptiones: malo enim liberè meam vitam tueri cum periculo, quam in servitute summam adquirere securitatem; & credit reliquos homines prudentes eidem opinioni se subscribere.

50 Hujusmodi lex, per quam Princeps potest sibi Thesauros appropriare, nicitur publica utilitate. Quippe cum Princeps indigent pecuniis ad conservationem Reipublicæ pro stipendiis Militum, & aliis necessitatibus Regni, ut D.Thomas docuit lib.2.de Regim. Princ. cap.7.justæ ratione dispositum erat, ut pecunia ac Thesauri, cæteræque res absconditæ in terra, quarum dominus ignoratur, & sic in dominio nullius sunt, ff.de Acq.rer.dom.l.unqæ. §. Thesauros, sicut Regnantium; quia dum per Regnantes erogantur ad defensionem populi, utilitatem singuli homines illius Regni capiunt; prout sic æstimaverunt Covarruy. in regula peccatum, relect:3.5.2.Molina de Just. & jur. tom. I: tract.2. disput.56.Salon super eod. tract. in 2.2.quaest.66.artic.5.& in eod tract.Aragon.ead.quest.

& art.Summ.Sylvest.in verb. inventum.Sotus de Just.& jur. lib.5.quaest.3.art.3.Unde tunc ,52 quod potest Rex, ita Magistratus sibi reservare dominunt. Thesauri populo invito, quoties talis reservatio est necessaria ad bonum commune, ut ex Paludano,Castro, Covarruvias Molina,Gabriele,D.Antonino, Bañez, Salonio, & Aragon tradidit Verde in §: Thesauros lemm.37.nu.175.de rer. divis. quia ut ipse ait n. 186. queunt ferri leges, ut res nullius Fisco querantur ita ut Rex per vasallum inveniat, & dominium sit Regis. Quod non est spoliare subditos jure naturali, quod absque rationabili causa fieri non potest; sed est invenire mediante altero. Ex quibus luce 53 scit posse Rempublicā sibi applicare Thesauros, quia quod nullius est de jure naturæ occupanti conceditur. Sed Rex mediante subdito sibi Thesauros occupat sine lassione juris naturalis, ut docuit Verde ubi supra num.187.

## S V M M A R I V M.

1. *Duplici actione agi potest contra Thesauri occupationem.*
2. *Civiliter, quando agatur.*
3. *Actione rei vindicationis datur pro recuperatione Thesauri.*

4. *Action*

### 314 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- 4 *Actio rei vindicationis competit habenti dominium.*
- 5 *Dispositio text.in l.In rem.ff. de Rei vindic.in quo domino locum habeat.*
- 6 *Actio ad exhibendum, quando cum rei vindicatione cumulatur.*
- 7 *Actio ad exhibendum est preparatoria ad rei vindicationem.*
- 8 *Actio ad exhibendum in dubio datur, & quando.*
- 9 *Cautela in proponendis actionibus.*
- 10 *Actio rei vindicationis, non solum pro toto; sed pro parte Thesauri competit.*
- 11 *Condicio ex lege quoque competit pro recuperanda Thesauro.*
- 12 *Opinio Sixtini.*
- 13 *Conditiones ex lege dicuntur, actiones personales:*
- 14 *Condicio ex lege quæda competit.*
- 15 *Actio in factum subsidialis, quando competit.*
- 16 *Actio in factum subsidialis, quando pro recuperatione Thesauri competit.*
- 17 *Cohæres agit actione familia erciscunda.*
- 18 *Actio furtiva conceditur pro recuperando Thesauro.*
- 19 *Furtū quando committatur.*
- 20 *Opinio Carpzovii.*
- 21 *Amayæ intellectus.*
- 22 *Actione iuriarum tenetur querens Thesaurum contra*
- domini voluntatem.
- 23 *Inventor Thesauri, quando teneatur ad juramentum, praestandum.*
- 24 *Es quando est homo levius potest tormentis subiici, ut Thesaurum manifestet.*
- 25 *Pœna carceris punitur inventor Thesauri.*
- 26 *Napodani memoranda assertio.*
- 27 *Praxis Regni.*
- 28 *Montani justissima querimonia.*
- 29 *Dispositio cap. Regni, incip: prædicti Magistri Procuratoris, quo tempore procedebat.*
- 30 *Praxis carcerandi inventores Thesauri ubi fundetur.*
- 31 *Fiscus quando inquirat num arte magica, sit ad inventus Thesaurus:*
- 32 *Inquisitione pendente, Thesaurus ponitur in tuto, & arrestatur inventor.*
- 33 *Torqueri, quando possent Thesaurorum inventores.*
- 34 *Invenire Thesaurum non est debitum.*
- 35 *Tortura, & carcer semotō Fisci interesse intelligi non debet.*
- 36 *Quid sit faciendum prius quam navent operam ad inquirendum Thesaurum in Regno.*
- 37 *Inventor Thesauri, quando censatur suppressor.*

Con-

Digitized by Google

**C**ontra occupatorem  
Thesauri, an possit agi civiliter, & criminaliter.

## C A P. V.

**A**DVERSUS Thesauri occupatorem, dupliciter agi potest: nempe civiliter, & criminaliter; civiliter agitur quoties quis in fundo alieno Thesaurum invenit, cuius pars, vel totum ad dominū spectat, quo in casu pro recuperatione Thesauri, vel illius partis dabitur domino fundi contra inventorem actio rei vindicationis, ut tradunt Amaya in Lunic. num. 52. C. de Thesauris Gloss. in §. Thesauros verb. **D**omino. Aretin. num. 3. Faber. num. 5. Institut. de Rer. divis. Alvarot. in cap. unic. tit. **Q**uaequa sint regal. n. 8. vers. Sed per quā actionē. Farin. part. 3: Prax. crimin. quæst. 104: num. 27. Platea in l. Vnic. vers. Item qua actionē: C. de Thesaur. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 21. num. 18. & 69. Ratio quare hac rei vindicationis actione experientur est, quia dominium habet; & habenti dominium, vel iure civili, seu gentium, hæc rei vindicationis actio competit. text. in l. In rem. ff. de Reivind. Siquidem totius Thesauri, vel

partis dominium ab ijs acquiritur, qui ipsi neutquam inveniunt: dummodò totus, vel pars, Thesauri debeatur; quāvis Thesaurum ipsi non apprehenderint.

Nām etiam actio reivindicationis competit hujusmodi dominis, quoniam dispositio text. in d. l. In rem vindicat sibi locum in quolibet domino; si-  
ve traditione, seu possessionis apprehensione intercedente; sive casibus à jure permisis, ut retulit Sixtin. lib. 2. cap. 21. num. 70. quod procedit in Thesauro propriè sumpto: quando verò de Thesauro impropprio sermo-  
sit; tunc cum reivindicationis actione, potest uti actione ad exhibendam, quam cum rei-  
vindicationis potest conjunge-  
re, etiam in eodem libello: &  
tunc primo proceditur in a-  
ctione ad exhibendum, prout  
reivindicationis præparatoria;  
& postea in actione reivindica-  
tionis sub eadem instantia, ut  
asserunt Oldendorpus Clas. 3.  
act. 1. num. 8. vers. Ad primū di-  
co. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 21.  
n. 18. Zafius in §. Si minas n. 20.  
versic. 2. fallit. Institut. de action.  
Gothofred. de Ord. judic. &  
lib. part. 4. tit. ad exhibend. act.  
num. 16.

Et quoties dubitatur pecu- 8.  
nia inventa an sit Thesaurus,  
vel ne? tunc per actionem ad  
exhibendum ad demonstratio-

G g nem

### 376 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

nem deveniri potest; teste Sixtinus lib. 2. de Regal. cap. 21. nu. 16. Si inventor pecuniam repertam ostendere recuset, & petitur ab eo, ut eam ostendat, & exhibeat ei, qui Thesaurum esse negat: asseverans se dominum ejus esse, ad hoc ut facta monetæ exhibitione, liquefaciat per inspectionem an sit Thesaurus, vel non?

9 Unde proficia erit cautela, quoties quis reivindicationis actione agere intentat ad vindicationem pecuniarum, de qua, an sit Thesaurus dubitatur; ut priusquam reivindicationis actione agat, actionem ad exhibendum, ut preparatoriam instituat. Quoniam actio ad exhibendum dicitur preparatoria reivindicationis: siquidem propter vindicationes præcipue inductam fuisse commostrat Jurisconsultus in l. i ff. Ad exhibend. Quæ reivindicationis actione, non tantum pro toto Thesauro; sed etiam pro parte institui potest: ut docuit Sixtinus, lib. 2. cap. 21. num. 17. et 68.

11 Nō solum actione reivindicationis experiri potest actor adversus Thesauri occupatore: verum etiam potest agere condicione ex lege: si velit ex lege condicione intentare ob recuperationem Thesauri, ut sectantur Amaya in l. unic. nu. 52. C. de Thesaur. Farinacius part. 3. Prax. crimin. quest. 104:

num. 27. Aretin. Conf. crim. 71. num. 73. tom. 1. Glos. in §. Thesauros verb. Domino, Faber. ibi num. 5. de Rer. divisi. Glos. in l. unic. verb. Partiatur in fin. C. de Thesauris, & ibi Platea n. 6. vers. de Reivindic. ubi conditionem ex lege simul, cum 12 actione reivindicationis neutri quam competere credit, & in casu nostro locum non habere existimat Sixtin. lib. 2. cap. 21. num. 71. Eo quia condiciones ex lege dicuntur actiones personales text. in §. Sic itaque Institut. de Action: quæ institui nequeunt nisi contra eos, qui nobis sunt obligati. text. in §. 1. Institut. de Act. Ast qui Thesaurum reperit nullo contractu, vel actu domino fundi dicitur obligatus Quocirca tunc existimo condicione ex lege competitæ quocties actor alia actionem non habet, ut quoque voluit Sixtin. lib. 2. cap. 21. in fine.

Nonnulli existimarut quoque adversū hujusmodi Thesauri occupatorem posse agi actione in factum subsidiali, ut ex Aretino Conf. crim. 71. num. 73. tom. 1. retulit Farinac. part. 3. Prax. crim. quest. 104. nu. 25.

Sed magis recepta opinio est, quod Thesaurus petatur actione revindicationis, quia quum Thesaurus est inventus queritur domino fundi, ut l. Non intelligimus. §. final. ff. de Jur.

*Jurifisc.* ubi textus loquitur per verbum Vindicaretur, & sentit Glos. in d.l. i. Cod. de Thesaur. & ita tenuit ibi Platea in 2.60-lum. in fin. & Soccin. in d. Artic. quest. 7. sed nota secundum Soccin. in dict. quest. quia textus in d. §. final. loquitur de parte debita Fisco, quia circa acquisitionem dominii majus habet privilegiū Fiscus, quam privatus, ut l. final. Cod. de Sacr. Eccles. Et ideò dicit, quod fortè melior est alia opinio posita in Gloss. in d. l. i. Cod. de Thesaur. quod agatur condicione ex illa lege, & d. §. Thesauros. Institut. de Rerum division. & præd. leg. nunquam. §; Thesaur. ff. de Acquiren. rer. domin.

17 Quando unus ex coheredibus agit contra alterum coheredem pro Thesauro invento: tunc debet agere actione Familiæ herciscundæ. text. in l. Item labore. ff. Famil. erciscund. ut ex Soccino in repet. rubric. de caus. possess. & propriet. strat. i. artic. 5. quest. i. in fin. tradidit Guidius lib. 3. de Mineral. tit. 10. num. 51. quest. 43.

18 Criminaliter etiam agi potest adversus occupatorē Thesauri ad eius recuperationem datur quoque actio furtiva, ut tradunt Belvis. in practic. lib. 1. cap. 10. rubric. de Fur. et latron. sub. num. 60. vers. Immò potius puniretur, & n. 61. post. princip. vers. Et debet denunciare.

Aretin. Conf. criminal. divers. conf. 71. num. 74. to. 1. Menoch. de Præsumpt. lib. 5. præsump. 30: num. 6. & nu. 8. vers. Quod ita que diximus. Ubi facta conclu-sione, quod in Thesauro non committitur furtum, illum declarat procedere quo ad eum, qui Thesaurum reposuit: se- cùs quoad alios, qui in eodem Thesauro nullum jus habent; quia tunc in eo committunt furtum; sicut in aliis rebus, cù sciant invētores, illum ad se nō spectare; sed restituendum es-se, & propterea furtum com-mittunt. Sed Carpzov. part. 2. Prax. crimin. quest. 186. num. 22. asserit furtum non committe-re per l. 31. §. ff. de Acq. rer. do-min. sed graviter delinquere dicit partem Thesauri subver-tendo, & ideò pœna arbitraria 20 puniri ex Menoch. præf. 30. n. 7. attestatur, nisi restituant, & rem faciant manifestam, ut ibi per eum. Quoniam, ut subjun-21 git Amaya in l. unic. num. 52. C. de Thes. inventor, vel reten-tor Thesauri est prohibitus Thesaurum, qui ad alium per-tinet, retinere, ut attestantur Menochius lib. 5. præsumpt. 30. num. 6. Farinac. part. 3. Prax. crimin. quest. 104. num. 29. idē Amaya lib. 2. Obs. cap. 7. n. 20. ubi ad rem expendit. text. in l. Falsus. 43. §. Si jactū ff. de Fur-tis: tenetur quoque actione in-22 juriarum, is qui contra do-

Ggg 2 mini

mini voluntatem, velle inve-  
stigare Thesaurum, alienum  
fundum præscrutando; Nam  
tunc Domino, fundi competit  
actio injuriarum, ut voluere  
Platea in l. unic. num. 8. Amaya  
num. 52. (de Thesaur. Farin.  
part. 3. Prax. crimin. quest. 104.  
num. 30. per text. in l. Injuria-  
rum. 5. Si quis me prohibeat. ff.  
de Injuriis.

23 Si quis in fundo aliquo The-  
saurum reperiat, & ob id do-  
mino fundi dimidium restitu-  
re teneatur, quod is occulteret,  
vel neget; vel si celare, & ne-  
gare non possit, nec ausit, mi-  
nus quam invenerit confiteat-  
tur; hujusmodi enim inventor  
ad juramentum adigi posse, ut  
jure jurando quantitate The-  
sauri inventi fateatur, ample-  
ctuntur Carpzov. part. 2. Prax.  
crimin. quest. 86. num. 24. Mol-  
ler. ad Constitut. Saxon. part. 2.  
constit. 53. n. 7. in fine, & n. 8. &  
lib. 2 Semest. cap. 27. nu. 4. Bit-  
schius de Thesaur. cap. 8. §. 244.

24 part. 2. Et si Thesauri inven-  
tor sit homo levis, ad jurandum  
facilis, & de metu perjurii su-  
spectus; tunc potest etiam tor-  
turæ subjici, ut Thesaurum in-  
ventum manifestet, ut volunt  
Montan. de Regalib. vers. Ee  
dimidium Thesauri nam. 10. in  
fin. Peregrin. lib. 4. de Jur. fisc.  
tit. 2. num. 9. Carpzovius Juris.  
prud.. part. 2. constit. 53. definit.  
5. & 8. & in Prax. crimin. p. 2:

quest. 86. num. 25. Heigius part.  
1. quest. 13. num. 57. Moller ad  
Const. Saxon. 53. num. 9. & lib.  
2. Semest. cap. 27. n. ult. Berlich.  
part. 2. conclus. 66. num. 34.

Fabro cuidam lignario, qui 25  
Thesaurum quiuquaginta flo-  
renorum in ædibus alienis, ca-  
su fortuito, invenerat, & per  
annos aliquot occultavit, cum  
pœna carceris Scabinos punisse  
narrat Carpzovius par. 2. Prax.  
crimin. quest. 86. n. 23. & n. 25.  
ubi inventorum Thesauri tor-  
turæ quæstiōni subjeçit, & po-  
stea quæstori efflagitanter ab-  
solvit.

Sed mihi verissima cernitur 26  
opinio Napodani in cap. Quia  
non deceat. ubi fateatur vidisse  
plures Thesaurorum invento-  
res carceratos tortos, & post of-  
fa confracta in tortura The-  
saurum restituisse, ac propriū  
patrimonium erogasse pro ex-  
carceratione, ita quod non be-  
neficiū fortunæ, ut dicitur  
Thesaurus in l. 2. C. Theodos.  
de Thesaur. sed infortunium  
inventoris erit, si caute illud  
occultare nesciat. Ex quo Na-  
podani asserto existimat Mon-  
tanus non usu teceptum d. cap. 27  
Non deceat: sed Pote de Potest.  
Pro reg. tit. de Thesaur. n. 9. circa  
finem narrat fuisse decisum in  
hoc Regno juxta dispositionē  
d. cap. Caroli II. Quod si ita est  
sciscitatur Montanus cur fi-  
scales tam rigorosissimè pro-  
cedunt

28cedunt in hac materia carcerando, torquendo inventores, & sequestrando pecunias inventas; ita quod yaticinium Napoletani potius quam Pontis servatum vidisse fateatur. Nam forma procedendi contra inventores Thesaurorum, data  
 29 in cap. Regni incip. Predicti Magistri procuratores, erat eo tempore, quo Thesauri spectabant ad Fiscum, ex constitutione Dohana de Secretis. Quippe cap. Predicti Magistri erat Caroli I. teste Ageta ad Moles. §. 18. num. 9. per quod tes omnes inventas Fisco applicandas decernebantur. Unde sublata haec dispositione per Carolum II. ut notat idem Ageta non deberent carcerari inventores Thesaurorum.  
 30 Sed forsitan praxis haec inquirendi, & carcerandi fundatur super juribus Fisci in illis casibus quibus Thesauri, vel eorum pars ad Fiscum spectat; puta inquirit Fiscus, num sint venæ, seu fodinæ auri, & argenti, an vero Thesaurus pecuniæ cussæ, ac auri argenti que purgati. Siquidem si sunt fodinæ, sunt Fisci secundum unam opinionem; vel secundum aliam opinionem in locis privatorum habet decimam Fiscus.

31 Quod si est Thesaurus pecuniæ auri, & argenti purgati inquiret Fiscus num magica

arte, vel sceleratis sacrificiis inventus sit; quo casu erit Fisci text. in l. unic. C. de Thesaur. Item num in solo Fiscali, vel publico inventus sit; an vero in loco privati. Et interim inquisitione pendente, Thesaurus 32 ponitur in tuto sequestro, pariterque arrestatur inventor, ut interrogetur super informatione formanda circa praedicta, & hoc modo defendit proxim fiscarium in carcerando suspectos de inventione Thesauri Montanus, non autem in torquendo, nisi concurrat interesse Fisci; puta si sint indicia 33 super inventione Thesauri, arte magica, & sceleratis sacrificiis; vel quod inventus sit Thesaurus in loco fiscali, vel publico: his casibus, prudens Judex rimatis, ponderatisque indiciis torquebit inventorem Peregr. de Jur. fisc. lib. 4. tit. 2. n. 9. Montanus de Regal. vers. Et dimidium Thesauri. num. 4.

Cæterum his casibus remo. 34 tis non poterunt Fiscales carcerare, & torquere inventores Thesaurorum: quia invenire Thesaurum etiam data opera, non tamen magica arte, & sceleratis sacrificiis, non est delictum, licet à lege reprobatum sit in alieno solo. l. i. C. de Thesaur. lib. 10. conduit Ageta ad Moles §. 18. de Thesaur. non tamen corporali poena id coersetur; sed tantum, ut nil lucretur

## 320 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

- etur inventor, ut dictum est su-  
 35 *spra*, Quo sit ut semota poena  
 corporali, vel Fisci interesse  
 carcer, & tortura infligi non  
 debeant, ut in cap. Regni inci-  
*Tormenta*.
- 36 Thesaurorum inventoribus  
 consilium exhibuit Montanus  
*de Regalib. vers.* Et dimidium  
*Thefauri in fine*. ut prius quam  
 Thesauri inventioni operam  
 navent, Principi supplicatio-  
 nem porrigant, ut ante eum  
 quotidiè fieri attestatur Ponte  
*de Potestat. Prereg. tit. de The-*  
*faur. num. 1.* & post eos Ageta  
 ubi supra. Quoniam pro hujus-  
 modi causa si adsit Fisci inte-  
 resse Thesauri repertor tor-  
 queri poterit, ut ex Peregrino  
*lib. 4. de Jure Fisci tit. 2. num. 9;*  
 asseverat Montanus loco supra  
 citato: dummodo ad sint indi-  
 cia sufficientia ad inferendam  
 torturam, siquidem si eadem  
 37 die, vel sequenti Fisco inven-  
 tor detulerit, non censetur sup-  
 pressor: nisi ante dilationem  
 orta esset fama, quod relinqui-  
 tur conscientiae prudentis Ju-  
 dicis. Et de capienda informa-  
 tione delicti in genere inven-  
 tionis Thesauri inspice Bro-  
 yam *prax. crimin. cap. 5. num.*  
 44 & diçam suo peculiari lo-  
 co,
- est. *juxta authorem.*
- 2 Referuntur verba in tit. Feu-  
 dor. Quæ sint regalia.
- 3 Omnes Doctores agentes de  
 regalibus; agunt de Thesau-  
 ris.
- 4 Thesaurus inter regalia nu-  
 meratur.
- 5 Objectio Fragosii.
- 6 Thesaurus quid sit.
- 7 Quæ sunt nullius sunt primo  
 occupantis.
- 8 Gemma inventa in littore  
 maris, non sunt in bonis ul-  
 luis.
- 9 Principi non dantur gemma  
 inventa in littore maris.
- 10 Thesauri non debetur Regi.
- 11 Respondetur Fragosio.
- 12 Qui loquitur de Jure Lusita-  
 no,
- 13 Nihil interdum de jure com-  
 muni spectat ad Principes  
 de Thesauris.
- 14 Nisi ex lege, vel Regionis  
 consuetudine aliquide eis ap-  
 plicetur.

Tesaurus an sit de Rega-  
 libus Principis, & utru  
 numeretur inter Rega-  
 lia?

## C A P. VI.

**H**anc quæstionem satis im- 4  
 plicitam vocat Frag-  
 osius part. i. de Regimis. Christ.  
 Rei-

## SUMMARY.

I Questio hac facilis solutionis

- Reipub.lib.3.cap.5.num.19.vers.*  
*Quæstio tamen. S. 2 Sed mihi*  
*porro nullam ambiguitatem,*  
*involuere cernitur; imo cæte-*  
*ris omnibus hujus tractatus*  
*sciscitationibus expeditior, ac*  
*apud omnes Doctores absque*  
*difficultate gliscit. Siquidem*  
*in tit. Feudorum, Quæ sunt rega-*  
*lia, inter cætera, quæ sunt de*  
*regalibus Principum, an-*  
<sup>2</sup> *citur quoque dimidium.*  
*Thesauri inventi per hæc*  
*verba, Et dimidium The-*  
*sauri in loco Casaris inventinā*  
*data opera, vel loco religioso si*  
*data opera, totum ad eum per-*  
*sineat. Ex quibus verbis clarè*  
*nitescit, Thesaurum esse de*  
*regalibus Principum, & inter*  
<sup>3</sup> *regalia numerari: & ideo om-*  
*nes Doctores tractantes de re-*  
*galibus, agunt de Thesauris, ut*  
*videre est apud Rosenthal. de*  
*Feud. cap.5.conclus.92. Montan-*  
*num. Boccer. Ripol. Guidium,*  
*& cæteros, qui de hujusmodi*  
*materia tractatus ediderunt;*  
<sup>4</sup> *Et quod Thesaurus inter rega-*  
*lia numeretur expressè docue-*  
*runt Arnisæus lib.3.de Jur.ma-*  
*je stat. cap.6.num. 24.in fine.*  
*Antunez de Donat.part.3.cap.*  
*13.num.17. Menoch.conf.202.*  
*num. 31. vers.20. Covarr. in*  
*cap. Peccatum. part.3. S. final:*  
*de Regul jur. in 6. Gomez in l.*  
*45. Thesauri, num. 51. Valasc.*  
*de Jur.empbyt. quest.15. Cabe-*  
*do. part.2. decif.56. Paludan. in*  
*4 distint. 15. quæst.3. Christi-*

*næus Decif. Belgic.17.num.15.*  
*tit.15.vol.5.Solorzan. lib 5 de*  
*Jur. Indiar. cap.1. num. 36. Ma-*  
*strill.lib.3.cap.10.num.316.A-*  
*maya in l. unic. num. 51. C. de*  
*Thesaur. Ripoll. de Regal. cap.*  
*16 Peregrin. lib.4. de Jur. fisc.*  
*tit.2.Calyin.lib.2.de Æquit. cap.*  
*94. Fragos. part.1. de Regimin.*  
*Christ. Reipub. lib.3. cap.5. S. 2.*  
*num. 19. vers. Quæstio tamen*  
*implicita. Arnold. Winn, in §.*  
*Thesauros ad finem num.9. In-*  
*stitut. de Rer. divis. & ibi om-*  
*nes Institutionum Imperialiū*  
*interpretes. Montan. de Regal.*  
*vers. Et dimidium Thesauri*  
*nam s. cum cæteris, qui brevi-*  
*tatis causa relinqu.*

Huic communissimæ om-  
 nium fermè Doctorum opinio-  
 ni obluctari videtur. Fragosus  
 ubi supra vers. Nec obstat quia  
 quamvis ibi concedat dominia  
 rerum jure gentium fuisse par-  
 tita. text. in §. Singulorum. de  
 Rer. divis. omnia fuisse divisa  
 diffiteatur, ac abnegat ut lique-  
 scit, ex definitione Thesauri,  
 qui secundùm text. in l. unic. de  
 Thesaur. & §. Thesauros. Insti-  
 tut. de Rer. divis. nihil aliud est,  
 quam Vetus quædam depositio  
 pecuniarum, vel mobilium, ut de  
 eorum dominio, aut occulta-  
 tione nulla sit memoria. Ideo  
 sit totus illius, qui invenit, eò  
 quod non alterius sit, cù sit de  
 numero eorum, quæ jure gen-  
 tium non fuerunt divisa, &  
 sunt primò occupantis au-  
 to-

## 322 Don Leonardi Gutierrez de la Huerta

re D.Thomas z.z.quest.66.artic.5.ad secundum. dicente gemmas inventas in littore non esse in bonis alicujus, & occupati concedi , & idem esse de Thesauris antiquo tempore  
 2 sub terra occultatiis . Quocirca sicut Principi hodie non conceduntur gemmæ , & lapilli, quæ in littore inveniuntur , nec possit , sibi applicare cum sint inventoris ; ita non poterit auferre Thesaurum intovenienti, cum remanserit jure gentium indivisus , & occupati concedatur. Ita ultra D.Thomam tradit S.Antonin.z.part. sit.i.cap.13. §.2. Sylvest. verb. Inventum.num.3.& Barbos. in l.Divortio à num. 49. ff. Solut. matrim.

11 Sed hoc minimè refragante, non est recedendum à nostra supra firmata opinione, commuuiori Doctorum suffragio comprobata, quia quod dicit Fragosus debet intelligi de jure Lusitano : utrum Thesaurus annumeretur inter Principis regalia, ut dicam suo peculiari loco, non verò loquitur de jure communi, & quod Thesauri inventi jus inter Principis regalia referatur; licet ad Reges, & Principes supremos indistinctè non pertineat ; at tento communi jure ; imò ju  
 13 re ipso communi interdum nihil ad eos pertineat : nisi ex lege , vel regionis consuetudi-

ne, Principibus eisdem, in supremæ dignitatis signum aliquid applicetur , ut tradidérūt Callixtus Ramirez de Leg. reg. §.26.num.54.Mastrill.lib.3: de Magistrat.cap.10.num.316. Castill.lib.6.de Tertiis decimorum Reg. Hispan.solvend.cap. 14.num.104.

### SUMMARY.

- 1 Ifernia huic difficultati respondet affirmativè.
- 2 Contractus venditionis, per exceptionem Thesauri non redditur nullus.
- 3 Pecunia reperta in veste vendita confusa non fit emptoris , quia non cernitur vendita.
- 4 Si in loco, qui est in dominio nullius Thesaurus detegatur cedit reperiori,

Vendor an possit excipere Thesaurum , si unquam reperiretur.

### C A P. VII.

**H**UIC dubio brevissimè respondit affirmativè Ifernia in cap.i. quæ sint regal. & hoc per authoritatem Iurisconsulti in l.i. ss. Si convenerit. ff. de Deposit. cuius conclusionis ratio est, quoniam per hujusmodi Thesauri exceptionē, cōtra-

tractus venditionis nequam redditur nullus, ut attestatur Guidius lib. 3. de Mineral. tit. 10. quæst. 22. Alias enim secùs dicendum est, ut resolvit Soccinus in quæst. 5. vers. Duodecimus casus. Si autem vobis vendatur, & in ea postea coa-suta pecunia ibi oblica reperiatur, non cedet emptori quoniam pecunia vendita non præsumitur: argum. rect. in l. 1. ff. de His, quæ in testament. debent. & in terminis nostræ quæstionis sectantur. Guidius de Mineral. lib. 3. tit. 10. quæst. 23. Alex. in cap. Quæ sunt regali. 4. Scia loco nullius quis Thesau-rum invenerit; tunc sit inven-toris, ut sequuntur Cyaus in l. Ute lapilli, & Bald. ff. de Rer. di-vis. Soccinus & Alexander ubi supra cum Guidio libco relato.

## S V M M A R I V M.

- 1 Favore domini loci respon-dendum videtur;
- 2 Inventus Thesaurus præsume-tur esse domini prædii ubi re-peritur.
- 3 Possidens, rei possessa præsumi-tur dominus.
- 4 Possidens agrum non possi-det Thesaurum ibi inven-tum.
- 5 Nec per triginta annos potest cum usucapere.
- 6 Nesciens Thesaurum cum possidere nequit.

- 7 Bonafides non requiritur de jure civili in possessione lon-gissimi temporis.
- 8 Secus est de jure canonico.
- 9 Pecunia inventa in fundo alicujus, quæ non probatur esse Thesaurus, per Episco-pum dispensanda est.
- 10 Seu rectius inter pauperes di-videnda:
- 11 Inventor Thesauri, quid fa-cere tenetur.
- 12 Si in loco Cesaris, vel fiscali inveniat Fisco deferre te-netur.
- 13 Si de industria quis in alieno fundo Thesaurum querat solum Thesaurus fit domini fundi.

Pecunia inventa, quæ non probatur, quod sit Thesaurus, cui acqui-ratur.

## C A P. VIII.

**P**rima facie favore domi-ni loci, ubi pecunia inven-ta fuit respondendū videtur, ut suspicatur Soccinus art. 5. quæst. 8. quoniam cum in præ-dio suo reperiatur præsumitur sua, siquidem prædium possi-det, & interdum, quis ex pos-sessione præsumitur dominus per ea, que notantur in l. Ob-maritorum. C. Ne uxor pro-H h h ma-

marit. ibique Glossa & in t.  
1. ff. Famil. hercifc. confert quoque, quod habemus in cap. Cū ad sedem, de Restitu. spoliator. Favet quoque huic opinatio Bartolus in l. *Quidam in suo ff. de Condit. insti.* Baldus in l. *Præses ff. ad leg. Julian de Plagiar.*

4 Sed contrarium haudimur ex text. in l. 3. §. *Neratus ff. de Acquir. posses.* ubi Paulus se-  
ctans Sabini opinionē, concludit, possidentem agrum, non possidere Thesaurum ibi latenter, quem nescit esse sub custodia sua. Nec quāvis per triginta, vel quadraginta annos possedisset, videtur usucipisse. Quippè aut iste nescit Thesaurum; & illius non possidet, ut latè ostendit Bitschius in *Appendic. ad opuscul. de Thesaur.* quamquā fundum possideat: aut scit, & nequit longa possessione usu-  
capere, cum sciat esse alienum.

7 Et quod sentit à contrario sensu in d. §. *Neratus* dum dixit de longa possessione; quasi sentiat secus de longissima, lo-  
cum habet de jure civili, quo jure in possessione longissimi temporis non requiritur bona fides. text. in l. *Cum notissimi. C. de Prescript.* 30. vel. 40. ann. &c  
8 cap. *Potes. 16. quaf. 5.* Secus au-  
tem est de jure canonico ut in cap. final. *de Prescript.* & in cap.

*Possessor. de Regul. jur. in c.*

*Quocirca Soccinus assedic, hu-  
jusmodi pecuniam, que inve-  
nitur in fundo Titii, & non  
probatur esse Thesaurum, dis-  
pensandā esse per Episcopum,  
vel per inventorem, ut voluit  
*Guidius lib. 3. de Mineral. tit.**

10. quaf. 41. num: 50. Ast mihi 10  
rectius videtur eam dividere  
inter pauperes, vel in adjum-  
cium veri domini animæ ero-  
gandam, quod tutius est.

Nunc videndum est, quod 11  
debeat facere inventor Thesau-  
ri. Et in primis si invenerit  
in loco suo, sicut erit Thesau-  
rus: nec alicui deferre tenetur  
ut in l. *Non intelligitur. §. final:*  
*ff. de Jur. fisc.* Nec à Principe  
impetracionem poscere, quo-  
niam fructu precibus implo-  
ratur, quod jure communī cō-  
cessum est. text. in l. *unic. C. de  
Thesaur.*

Si in loco Caesaris, aut Fisci, 12  
religiosor, vel sacro deferre de-  
bet, & si partem debitam Fisco  
supresserit triplum Thesau-  
ri solvere compellitur. text. in  
dicta l. *Non intelligitur. §. fin.*  
*ff. de Jur. fisc.* Et sic tenetur in  
triplem computato simulo, ut  
ibi animadvertisse Glossa & po-  
stea Platea in l. *unic. C. de The-  
saur.* *Guidius lib. 3: de Miner-*  
*tit. 10. quaf. 44. num. 52.* Si quis 13  
in alieno de industria Thesau-  
rum querat: tunc totus Thesau-  
rus domino fundi acquiri-  
tur

etur; & inventor punitur pena arbitraria. text. in l. unic. C. de Thesaur. Guidius ubi supra, quoniam pena non est expressa à lege. text. in l. Sacrilegii: ff. de Leg. jul. pecul.

## SUMMARIVM.

- 1 Quid requiratur ad hoc ut fiat incurso pœna.
- 2 Investigatio sola, absque inventione non sufficit ad incursionem pœnae.
- 3 Ingrediens alienum fundum ad inveniendum Thesaurū contra voluntatem domini injuriarum tenetur.
- 4 Et ideo licet Thesaurum inveniat non fiet dominus illius, & ratio quare.
- 5 Secus, quando talis apprehensio non est prohibita.
- 6 Capiens volucres contra domini voluntatem suas facit.
- 7 Sed domino loci tenetur actione injuriarum.
- 8 Contrarium sequitur Glossa, quam confutat Guidius.

An sola perquisitio Thesauri sine inventione in alieno operetur incursionem pœnæ.

## C A P. IX.

- 1 Negativè responsum iri videtur, quoniam duo

poscuntur ad hoc ut incurso pœnæ l. unic. C. de Thesaur. locum habeat, Perquisitio, scilicet, & Inventio: & si Thesaurum non inveniat, perquisitio sola non sufficit, ut animadvertisit Platea in l. un. C. de Thesaur: ut hauritur ex text. in dicta l. unica. ibi: Scrutatus invenerit. Quod hæc duo requirantur, ut habeat locum pœnæ prædictæ legis.

Si verò inveniens adversus 3 domini loci voluntatem ingredetur ad investigandū Thesaurum, tenetur actione injuriarū text. in §. Si quis me prohibente. ff. de Injur. Quo in casu 4 si Thesaurum reperiat; quamquam sit in bonis nullius, non fiet dominus illius, Thesauri sed domino loci ubi adiunctus fuit, restituere debet. Ratio est, quoniam hujusmodi Thesauri apprehensio per l. unic. Cod. de Thesaur. est prohibita.

Aliter porrò dicendum es- 5 set, si res esset in bonis nullius; quia tunc talis apprehensio à jure neutiquam dicitur interdicta, veluti volucres; quas si quis ingressus agrum alienum extra domini vationem capessat; suum facit, quod cœpit; quamvis domino loci teneatur actione injuriarum secundūm 6 doctrinam. text. in l. Divus. ff. de Servitut. rustic. prædior. quamquam contrarium se- 7 tur 8

tur *Glossa in s: Fera. Inst. de Rer. divis.* quam refellit ac cōfutat *Guidius lib. 3. de Mineral. tit. 10. quæst. 46. nū. 55. in fin.* Ideoque hanc opinionem tueruntur *Platea in dicta l. unic. G, de Thesaur. Port. in s: Fera. Inst. de Rer. divis. Veronens. de Servitut. rustic. præd. tit. de Occupat. in principio.*

**S V M M A R I V M .**

1. *Species questionis proponuntur.*
  2. *Possessori Majoratus debetur pars Thesauri, qua per leges datur domino loci.*
  3. *Constante matrimonio si in fundo dotali Thesaurus inventus dimidia pars remanes apud virum.*
  4. *Dominium, quod habet maritus in rebus dotalibus, post eius mortem reversitur ad uxorem.*
  5. *Thesaurus inventus in fundo dotali post mortem viri debetur uxori:*
  6. *Possessore majoratus mortuo in sequentem successorem transfertur.*
  7. *Vsufructuario non pertinet Thesaurus.*
  8. *Majoratus possessori debetur dimidia Thesauri pars, qua de jure debetur domino Soli.*
  9. *Possessor Majoratus est verus ac pleius dominus.*
  10. *Respondetur contrariis obiectis onib[us]:*
11. *Thesaurus non est pars fundi majoratus.*
  12. *Majoratus p[ro]p[ter]e[rum] nulla legge compellitur cum majoratu Thesaurum restituere.*
  13. *Thesaurus est donum Dei.*
  14. *Vxor quoque constante matrimonio dicitur dominare rum dotalium.*
  15. *Dominium rerum dotalium magis est uxoris, quam viri.*
  16. *Thesaurus inventus in fundo dotali non dicitur inventus in fundo mariti, sed uxoris.*
  17. *Thesaurus inventus in fundo emphyteutico, seu feudali pertinet ad emphyteutam, seu ad feudatarium.*
  18. *Si ad emphyteutam, et usallum pertinet Thesaurus, à fortiori pertinebit ad majoratus possessorem, et quem re.*
  19. *Si ipse majoratus possessor Thesaurum inventat ad ipsum spectabit.*
  20. *Idem dicendum est, etiam si alius invenerit.*
  21. *Qua lucra, et emolumenta non debent domino, seu successori majoratus restituiri.*
  22. *Episcopi non tenentur relinquerre successoribus ea, que ipsis ab aliquo donantur.*
  23. *Thesaurus est lucrum proveniens occasione agri.*
  24. *Opinio Molinæ de Primogeniis.*

25 Pars Thesauri, quæ domino  
fili competitor, possessori majo-  
ratus competit, & quando  
totus Thesaurus.

Ad quem pertineat The-  
saurus inventus in fun-  
do majoratus?

## C A P. X.

1 **Q**uoties in re, seu in fun-  
do majoratus reperitur  
Thesaurus, adsolet sciscitari,  
Utrū dimidia pars, quæ domi-  
no soli per leges defertur, pos-  
sessori majoratus adjudicari  
debeat; ita ut perpetuò ejus do-  
mino cedat, vel solum, ut eo  
per tempus vitæ suæ fruatur:  
deinceps autem perpetuo ma-  
joratus successoribus reserve-  
tur?

2 Cui rogationi, prima fa-  
cie, videtur decernendum pro  
Majoratus successoribus: nēm-  
pe possessorem Majoratus ea  
parte Thesauri, quæ competit  
domino soli per tempus vitæ  
suæ frui debere, & eam post  
mortem ejusdem ad successo-  
res deferendam esse.

3 Quæ quidem probari potest  
ex text. in l. Divortio. §. Si fun-  
dum ff. Solut. matrim. Quod si  
Thesaurus constante matrimo-  
nio in fundo dotali reperiatur  
dimidia pars, quæ Domino so-  
lo debetur, constante matrimo-

nio debet esse apud virum; ma-  
trimonio verò soluto debetur  
uxori. Quippe licet maritus di-  
catur Dominus rerum dota-  
lium; hoc enim dominium di-  
citur esse revocabile, & post  
viri mortem ad uxorem rever-  
titur. Unde Thesaurus in fu-  
ndo dotali repertus revocabili-  
ter ad virum spectabit: ita ut  
ad uxorem soluto matrimonio  
transferatur Glos. in Divortio  
§. Si fundum. verb. In alieno. ff.  
Solut. matrim. & dixi suo loco.  
Ideoque eadē ratione in majo-  
ratus possessore videtur idem  
dicendum, quia ejus dominium  
revocabile est, & eo mortuo,  
ipso jure in sequentem succes-  
forem transferatur. Roboratur  
quoque hæc opinio ex quo  
Thesaurus nō pertinet ad fru-  
ctuarium: l. Divortio §. Si fun-  
dum. & ibi Glossa: Bartolus, &  
Bald. ff. Solut. matrim. Molin-  
næus ad Confuet. Parif. tit. i. na-  
r. quest. 4: glos. i. num. 43: Ergo  
pari ratione, nec majoratus  
possessori poterit competere;  
cum quoque si is verus Domi-  
nus sit, pluries, quæ in usu fru-  
ctuario decisæ sunt, ad posses-  
sore majoratu, quandoque for-  
teant adduci, ut videre est apud  
Molinam in sua Tract. de Pri-  
mogen.

Sed his ne riquam refragā-  
tibus contraria opinio tenenda  
est: videlicet, quod dimidia  
Thesauri pars, quæ de jure Do-  
mi-

minofundi debetur; majoratus possessori liberè deferenda sit, quam opinionem sectantur Molinalib. 1. de Primog. Hispan. cap. 23. num. 3. Gutierrez de Tute. cap. 26. nu. ii. part. 3. Garzia de Exposi. & meliorat, cap. 22 n. 50. Lugo tom. 1. de Justit. & jur. disput. 6. sect. 11. nu. 109. Malin. de Just. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 55. Barbos. in l. Divortio. §. Si fundum num. 36 ff. Solut. matrim. Diana tom. 6 Oper moral. tractat. 6. resol. 11 Albert. Leonin. lib. 1. Emen- dat. cap. 13. num. 11. Bitscius de Thesaur. cap. 8. §. 216. part. 2.

9 Ratio est, quia dimidia pars Thesauri inventi vero fundi domino competit. l. i. C. de The- saur. lib. 10. l. Si is qui §. Si com- munis servus, et 2. ff. de Acquir. rer. domin. Igitur competere debet Majoratus possessori, qui verus, ac plenus dominus est dominiumque utile, atque di- rectum habet. Gutierrez d. cap. 26. num. 13:

10 Nec obstat, quod dominiū ad uitam ejusdem restriktum. sit, resque Majoratus post ejus mortem in sequentem succe- sorem transferri debeant; ex quo dicendum videbatur simi- liter transferendam esse cam- portionem, quæ ex Thesauro Majoratus possessori pertinuit: Nam si benè cōsideretur The- saurus, nec est pars, nec portio aliqualis fundi Majoratus, sed

res prorsus separata, atque ni- hil cum eo fundo communc- habēs l. 3. S. Neratius ff. de Ac- quir. possess. ubi Gloss. Verb. Cae- pisse. & dixi suo loco & com- muniter scribentes id notant. Sicque Majoratus possessor, qui fundum restituere tenetur nul- la lege astrictus est Thesaurum cum ipso fundo, sequenti suc- cessori restituere.

13 Est namque Thesaurus do- num Dei, ut probatur ex texc. in d. l. i { de Thesaur. quāvis Ju- ris consultus illū appellat do- num fortunæ in l. Si is, qui §. Si communis servus, et 1. ff. de Ac- quir. rer. domin. & Imperatores Arcadius, Valentinianus, & Theodosius in l. Eosque 3. Cod. Theodos. de Thesaur, ideoque cedit ei, cui Deus donum hu- jusmodi concessit, & hujus tē- pore, potius quām alio Thesau- rum inveniri voluit.

14 Nec id quod in marito in l. i. Divortio. §. Si fundum à Juris- consulto decisum est, ad pos- sessorem majoratus adduci po- terit; quamvis enim maritus largo modo, constante matri- monio, dominus rei dotalis di- catur: uxor tamen etiam costā- te matrimonio, rerum dotaliū domina est, toleraturque do- minium apud duos diversis re- spectibus, ut inquit Bald. in l. In rebus, num. 6. in fin. C. de jur. dor. & Corasius in l. Natura- liter. §. Nihil commune, num.

33. ff. de *Acquir. possēt*. Bald  
in l. *Doce ancillam*. ( . de Rei:  
15 vindic. n. 2. Imo plures ex scri-  
bentibus censuerunt, quod do-  
minium rerum dotalium ma-  
gis dicatur uxoris, quam viri,  
ut probat Zasius lib. 2. intelle-  
ctuum cap. 5. & Corrurias lib. 5.  
*Miscellans* cap. 14. & plures al-  
lios refert Pinell. in l. i. C de  
Bon. *mater pater* 3. num. 13. Id-  
que clarius in Thesauro in  
fundo dotali invento procedit:  
Non enim dicitur inventus in  
fundo Mariti, sed Uxor, ut  
non obscurè probat text. in d.  
§. Si *feudum* ibi: *Quasi in alieno inventi*. Quod optimè de-  
clarat Glos. ibi *verb. In alieno*.  
Ideoque non mirum si Thesau-  
rus in fundo dotali inventus  
ad maritum perpetuò non  
pertineat, ex eo quod, quasi in  
fundo alieno inventus sit, defe-  
raturque perpetuò majoratus  
possessori, qui verus Dominus  
est: Gutierrez de *Tutel. cap. 16.*  
num. 13. nec alteri eo vivente  
rerum Majoratus dominium  
utile, nec directum pertinere  
potest: qua etiam ratione, ces-  
sat id, quod de usufructuario  
superius pro contraria opinio-  
ne adductum fuit.

17 Quod etiam comprobatur  
ex eo, quod Thesaurus in re  
emphyteotica, seu feudali in-  
ventus pertineat omnino Em-  
phyteutæ, seu vassallo, ut dixit  
Glos. Ordinar. in §. *Thesauros*.

verb. *Suo, Institut. de Rer. di-*  
*vis.* quam ibi sequuntur Fab.  
num 2. Ang. col. 2. & commu-  
niter scribentes. *Platea in d. L.*  
*unic. col. 2. C. de Thesaur.* Guil-  
lel. Benedict. in cap. Rainutius  
*de Tast verb. Caterabona* n. 34.  
Molin. in *Consuet. Parisi.* §. 37.  
glos. 10. num. 48. quorum opi-  
nionem communem esse pro-  
fitetur Valascus *de Empybt.* q.  
15. num. 1.

Si igitur Emphyteutæ, & 18  
Vassallo, qui domini utiles tan-  
tum sunt, Thesauri portio per-  
petuò defertur, à fortiori Ma-  
joratus possessori, qui utilis, ac  
directus dominus est perpetuò  
deferenda erit, idque procul-  
dubio verum est. Quavis enim  
in Emphyteota, & Feudatorio  
de hoc dubitari possit ex his,  
quæ dixit Valascus d. quæst. 15.  
num. 1. ea tamen dubitandi ra-  
tio Majoratus possessori non  
convenit, quia ipse dominium,  
utile, ac directum rerum Ma-  
joratus habet.

Ipsissimam fermè sententia 19  
amplectitur Cardin. de Lugo  
tom. 1. de *Justit. & Jur. Disput.* 6.  
sect. II. num. 119. asseverans,  
quod si ipse possessor Majora-  
tus Thesaurum inveniat, spe-  
ctabit ad eum, saltem ratione  
inventionis: & hoc etiamsi ex  
industria querat: quia id fecit  
sciente, & consentiente domi-  
no, qui poterat consentire, cū  
nullus alijs proutunc sit Domi-  
nus

**43 Q. Don Leonardii Gutierrez de la Huerta**

20 nus illius fundi cujus consensus exigeretur. Si verò alias invenerit idem videtur dicendum ob eandem rationē, pertinere scilicet ad possessorem majoratus id, quod domino competit, cum non sit aliis dominus directus verus illius fundi. Unde ad eum pertinebit absque obligatione conservandi, & transmittendi ad successores: quia licet non sit fructus, est tamen elementum, & lucrum proveniens dominō 21 actuali, quæ lucra non deberunt ad successores transmitti; sicut 22 si Rex donaret singulis Episcopis suæ Provinciæ decem milia aureorum, illi quidem non essent fructus Episcopatus, & ideo non deberent transmitti ad successores: sed plenò jure pertinent ad possessorem actualē Episcopatus tanquam lucrum fortuitum occasione sui, Episcopatus sibi proveniens. Sic lex donat possessori 23 agri illum Thesaurum, vel partem illius, quod est lucrum hac occasione proveniens successori, & ad ipsum libero, & pleno jure spectans.

24. Molina de Justit. & jur. tom. 1. tract. 2. disput. 56. rectè existimat quod Thesaurus in praedium vinculo primogenii ligato repertus, quoad portionem, quæ ex illo Domino prædii debetur, integrè pertinet ad possessorem majoratus eo tempore,

re, neque teneatur quicquā successoribus servare. Ratio est quoniam non est pars majoratus, imo neque fructus: quin potius statim solo jure naturali, & gentium, totus fatus erat primo occupantis: quod fit, ut quod dispositione juris civilis possessori tunc, tanquam vero domino fundū debetur, nullum vinculum bonorum primogenii sortitur; sed libertate omnino maneat ut de illo, ut libenter disponat & præter supra relatōs, nostram conclusionem amplectuntur Amaya in l. unic. num. 27. Valenzuela Pescador. num. 29. C. de Thesaur. Lagunez de Fructibus part. 1. cap. 11. num. 29. Perez super Cod. tit. de Thesaur. num. 9. qui omnes asseverant partem Thesauri, quæ domino soli competit, possessori majoratus cedere, quando inventur à tertio. Si verò ab ipsomet inveniatur, tunc totum Thesaurum vindicabit: nimirū dimidiā partem, ratione dominii soli, alteram verò dimidiā ratione inventionis.

**SUMMA RIVM.**

1. *Domino fundi in quo Thesaurus ex industria est quartus, totus Thesaurus debetur.*
2. *Si verò fortuitò dimidia Thesauri pars.*
3. *Æquitas naturalis suadet fac-*

- vore inventoris.
- 4 *Commoditas sive extra, sive intra fundum, domino fundi debetur.*
  - 5 *Dividitur inter dominum, & inventorem.*
  - 6 *Hoc jus ab Imperatoribus constitutum.*
  - 7 *Divisio est discordia sedatio.*
  - 8 *Text.in l.34 ff.de Negot.gest.*
  - 9 *Bartoli opinio rusticana juxta Glossam.*
  - 10 *Responsum Phraotis Indorum Regis super Thesauro.*
  - 11 *Sorte, seu divisione quando lites sint dirimenda*
  - 12 *Salomonis exemplum de puerō dividendo affertur.*
  - 13 *Judicium Tiberii Caesaris.*
  - 14 *Causam dirimere per mediocritatem, quando sit melius.*
  - 15 *Cum res aliter definiri nequit sorte dirimi licet.*
  - 16 *An idem inter altercantes de Thesauro.*
  - 17 *Virtutes dua, pars potestatis ubi concurrunt; tantum robur habet una ad restituendum, quam quam altera ad restituendum.*
  - 18 *Rectius Thesaurum dividere, inter inventorem, & dominum loci, quam totum uni attribuere.*
  - 19 *Res, que pluribus in solidum debetur dividi potest.*
  - 20 *Renati Chopini placitum.*
  - 21 *Gallicam aquitatem Justiniana ac Sicula maiorem esse idem Choppinus afferit, in*
- divisione Thesauri.
- 22 *Divisio Thesauri fit in tres partes una inventori; altera loci proprietario domino, reliqua juridico domino.*
- Thesaurū, quem quis in loco alieno invenerit, ex parte dimidia ad inventorem ex aila ad Dominum loci pertinet.
- C A P. XI.
- Q** Uoties reperitur Thesaurus in fundo alieno, non adhibita arte magica, nec sceleratis sacrificiis, data tamen ad inveniendum opera, tunc totus Thesaurus acquiritur Domino fundi: si verò fortuitò inveniatur, pro parte dimidia domino agri: & pro alia dimidia inventorice*di*.text.in l. unic. C. de Thesaur.& ibi Amaya text. in §. Thesauros. & ibi omnes interpretes Instit.de Rer. divis.& ex communis sententiam scripsérunt Gomez in l.45. Taur. nu.51. vers. Secunda conclusio: Farinac.part.3. Prax. crimin. q. 104. Bitschius cap.8. §. 244. p.2. Pichard.in d. §. Thesauros. in princip: Cevallos quest. 514. vers. In alieno vero Castill. lib. 6. de Tertiis cap 41. num. 107. vers. Tertia conclusio. Covarr. in cap. Peccatum part. 3. §. 2: n. 4. Gutierrez lib. 4. Pract. quest. 36. num. 10. Iii Hu-

3. Hujus cōclusionis ratio est, quoniam ut ex una parte naturalis æquitas inventori totum Thesaurum assignabat, quod ea quæ nullius sunt naturali ratione occupantis fiant; ita vicissim ex altera parte alia naturalis æquitas totum Thesaurum Domino loci attribuebat, quod 4. ut naturaliter omne incommodum, & periculum, ita etiā omnis utilitas fundi, sive intra, sive supra terram sit, ad eū, qui fundi dominus est pertinere debeat. Ut igitur jus suum, quoad fieri posset cuique tribueretur, æquissimum visum est, cum nec utrique tribui posset, nec alteratri totus adimideretur, rem per medium dividere, & utrique partem diuidiam assignare.
5. Sanè quidem primo intuitu improbanda videri possit ratio ista decidendi, quæ tūm Imperatorem Adrianum ad hoc jus primò costituendum; deinde sequentes Principes, atque ipsum etiam Justinianum Augustum, ad constitutum retinendum, movit. Utique enim rem controversam per mediū dividere non jurisprudentibus legislatoribus congruere videtur, exēplo l.3. §.7. ff. de Adim. leg. l.30. ff. de Test. tut. l.7. ff. de Vulg. & pup. substit. l.12. §.46. ff. de Instruct. vel instrum. l. Et in primis l. Nescennius 34. in fin. ff. de Neg. gest. Sed potius idio-

tarum, rusticorum, ac muliercularum judicium, ac decisionem esse scribit Bitschius.

Quomodo ad d.l.34. de Neg. 8 gest. ubi Ictus Paulus decisioni, subiicit: Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata videantur. Glossa ordinaria adnotavit: Nota, inquit, contra vulgare rusticarum opinionem, qui questiones per medium dividunt, ut si petam decem, dicunt se velle concordare; & dicunt, quod det quinque. Eoque respxit Baldus in l. Cum oportet. pr. num. 10. Cod. de Bon. qua lib. cum Bartoli decisionem quādam similem vocat divisionem rusticarum. Quod plenius refert Jason in l. Illud num. 7. C. de Collat. opinionem Bartoli processisse ex sua cervice, & esse rusticam: quia fecerit sicut rustici, qui dividunt questionem per medium, ut inquit Gloss. in l. Nescennius. ff. de Neg. gest. Quin etiam in hac ipsa materia nostra invētionis, & acquisitionis Thesauri Phrao-10 tes Rex Indorum, super lite inter emptorem, & venditorem de Thesauro invento judicatus: ad Apollonium, quem in consilium adhibuerat dixisse scribitur: Se prudentis viri nō esse arbitrari si partiri inter se aurum amicos jubeat: id enim, & aniculam quamvis dicere posse. apud Philostratum lib. 2. de

de Vita Apollonii, cap. 25. Cu-  
11 jusmodi etiam est, si sorte om-  
nia dirimantur: quod in Pan-  
tagruelno Judice rideat Duaren-  
nus in Comment. ad tit. de Ju-  
diciis cap. de Litigatoribus in  
fin. Veruntamen id tūm quidē  
meritò improbatum, & explo-  
ditur; cum citra necessitatem,  
vel ex imperitia usurpatum: ju-  
stitia & æquitate diversum fla-  
gitante ut cum necessitas exi-  
git, rē forsan adeò obscura, vel  
ambigua, ut etiam post diligē-  
tem, & accuratam trutinam,  
utra pars præponderet: non ap-  
pareat ibi decisio ejusmodi nō  
modo culpa vacat, sed etiam  
singularem sapientię laudem  
meretur, idque, vel Sapientis-  
fimi Regum Salomonis exem-  
plo: qui in duarū mulierum su-  
per infante cōtroversia pariter  
ambigua, infantē in duas partes  
dividi (simulate id quidēm, sed  
ad justitię normam) & uniuqā,  
alteri, alteram partem dimi-  
diā dari jussit lib. 3. Reg. 3. vers.  
24. 25. quod relatum est in cap.  
*Afferre, extr. de Præsumpt.* At-  
13 que sic etiam ille prudens im-  
perandi Tiberius Cæsar in si-  
mili difficultate hæreditatem  
ex æquis partibus divisit inter  
eum, qui tanquam ingenuus  
hæres scriptus erat; cum esset  
servus; & eum, qui illi, si hæ-  
res non esset erat substitutus:  
quod approbarunt, & sequun-  
ti sunt Icti Julianus, & Pom-

ponius in l. 4. & 41 ff. de Hæ-  
red. instit. & ipse quoque Justi-  
nianus in S. ult. Instit. de Vulg.  
substit. & in re non multum 14  
dispari, Melius est, inquit, Ictas  
Paulus in l. 7. ff. Vt. leg. seu Fi-  
deic. nom. idem casus per medio-  
critatem causam dirimere. Et  
in alia re idem observavit Ul-  
pianus lib. Regul. tit. 22. S. ult.

Quā de re videantur Cuja-  
cius lib. 17. obser. 21. & in  
comm. ad Paul. lib. 1. quest. ad d.  
l. 34: de Nego. gest. & in recit.  
ad tit. E. de Hæred. instit. Frehe-  
rus lib. 1. Parerg. cap. 27. Lan-  
glæsus lib. 5. Semestr. C. Boerius  
decis. 42. Thesaurū decis. 89. per  
tot. Menochius de Re in. possess.  
remed. 3. num. 755. Sicut & nō-  
nunquam, cum res aliter ex-  
pediri non potest, sorte causā  
dirimere licet, Duaren. loc. cit.  
& in hac ipsa dubitatione, in-  
16 ter inventorem, & loci domi-  
num pertente, rationes, quā  
singulis totum Thesaurū vin-  
dicabant, eadem efficiebant, ut  
neutri quicquam deberetur:  
quandoquidem ut in re non  
absimili, eleganter inquit Pa-  
cianus lib. 2. de Probat. cap. 36.  
num. 55. ubi concurrent duæ  
virtutes paris potestatis, ibi tā-  
tum juris, & roboris habet una  
ad resistendum; quantūm alte-  
ra ad obtinendum: ac proin-  
de se mutuò subvergunt, &  
tollunt. Ac proinde longè 18  
qui, & justitię præcepto ma-

gis consentaneum erat: singulis dimidiū, quām neutri quicquam tribuere, vel alterutri totum auferre, argument. text.  
 19 in l.31. ff. *Deposit.* Maximè cum novum non sit, ut res una pluribus in solidum debeatur, ac ijs concurrentibus dividatur: sive ut totum datum sit, sed concursu partes fiant. l.3. ff. *de Vsufruct. accresc.* l.80. *de Legat.* Sed ut nimium sibi blandiatur oportet Renatus Choppinus, si id quod lib. 2. de 'Domanio  
 20 Gallico. tit. 6. num. 12. scribit non tantum respectu constitutionum Apuliæ, & Siciliæ, sed etiam juris nostri Justinianei intelligit: nimirum, Francicā æquitatem majorem esse: quæ  
 21 trimembrem divisionem Theſauri statuit: ita ut una pars inventori, altera loci proprietario, & tertia domino juridico,  
 22 sive alto Justiciario, cedat, ut quondam in Senatu Mechliniense judicatum refert Christianus *Decis. Belgic.* 17. iii. 15. num. 11. vol. 5.

*S V M M A R I V M .*

- 1 Lex 45. tit. 28. partid. 3: quid præcipiat de Theſauris, & referuntur verba predicta legis.
  - 2 Adducuntur verba l.1. tit. 13: lib. 6. nou. recopil.
  - 3 Theſaurus de jure Hispano in quocumque loco reperitur
- sur pertinet ad Regem, data quarta [parte inventori].*
- 4 L.1. tit. 13. lib. 6. recop. an corrigat l.45. tit. 28. partid. 3.
  - 5 Videtur non corrigerre jus commune:
  - 6 Opinio Gregorii Lopez.
  - 7 L.1. non loquitur de Theſauris ad Regem pertinentibus.
  - 8 L. Regia in quo casu locum non habeat:
  - 9 Lex Regia in qua differat à jure communi.
  - 10 Lex Regia loquitur de Theſauris ad Regem spectantibus.
  - 11 Legem Regiam correctoriam esse nonnulli afferunt.
  - 12 Azevedi verba.
  - 13 Ejusque intellectus.
  - 14 Gutierrez sententia.
  - 15 Expenduntur verba l.1.
  - 16 Clausula in fine posita referatur ad precedentia.
  - 17 Universalis totius Mundi consuetudo de Theſauris.
  - 18 Domino loci de jure Hispano nihil de Theſauro debetur.
  - 19 Omnes Theſauri sunt Regis.
  - 20 Quam consuetudinem dabant Sylvester,
  - 21 Et quare.
  - 22 Cujus opinio falsa est juxta aliquos Doctores.
  - 23 Quia in nullius bonis sunt occupanti conceduntur:
  - 24 Theſaurus priusquam inventatur potest per leges humanas alicui applicari.
  - 25 Quid sequeretur si esset vera opis-

- opinio Sylvestri
- 26 Leges de acquisitione Thesauri D. Thomas approbavit;
- 27 Lex qua posuit pars Thesauri domino fundi addicere, potest quoque partem, vel totum Thesaurum Fisco applicare.
- 28 Authoris opinio, ac conclusio.
- 29 Sensus Molinæ.
- 30 Lex Regia, & consuetudo Hispaniæ rectè potuit Thesaurum Regi applicare.
- 31 Rex potest legem sanctam constituerre per quam subeat Thesaurum Regi deberi.
- 32 Consuetudo justa, & non penal is obligat in conscientia ad denunciandum Thesaurum Regi.
- 33 Assertio Aragonii.
- 34 Qui in conscientia non obligare attestatur.
- 35 Refellitur Avendañus.
- 36 Et quare.
- 37 Avendañi opinio falsa.
- 38 Manifestanti Thesaurum de jure Regni debetur quarta pars.
- 39 Lex Regia loquitur in prodere Thesaurum in locis ubi moratur inventum.
- 40 Fodere terram ad inveniendum Thesaurum non licet.
- 41 Minerar quærere licitum est.
- 42 Castillus legem Regiam, juris tam communis, quam particularum correctoriam existimat.
- 43 Quid velles decernere prædictum.
- 44 Quinta pars Thesauri datur manifestanti juxta Covarruviam.
- 45 Lex Regia videtur communia iura corrigeret.
- 46 Lex Regia ad quos, casas restringi nequeat.
- 47 Lex Regia de quibus rebus loquatur.
- 48 Lex Regia non admittit restrictionem.
- 49 Ponderantur verba l. 1.
- 50 Thesauri omnes debentur Regi.
- 51 Universalis consuetudo.
- 52 Quia consuetudo de jure firmatatem habet juxta Covarruviam.
- 53 Lex Regia, quando non procedat secundum Bobadilam.
- 54 Reiciuntur intellectus Gregorii Lopez.
- 55 Lex Regia est contraria dictæ l. 55.
- 56 Thesaurus ad Reges, & Fiscum attinet.
- 57 Verus intellectus predictæ l. 1.
- 58 Quando servanda dispositio l. 45. tit. 28. partid. 3.
- 59 Toledus asseverat l. 1. correctoram esse juris veteris.
- 60 Quid decernatur in dict. l. 1.
- 61 Solutio Gregorii Lopez.
- 72 Thesaurus arte magica inventus est Regis.
- 63 Assertio Toledi.
- 64 Constitutio dictæ l. 1. recopil.
- 65 Lex i. de quibus Thesauris non loquatur
- 66 Lex

- 66 Lex i. loquitur de Thesau-  
ris, quos quis denuntiat sci-  
re, aut audivisse esse in ali-  
quo loco.
- 67 Rex quando nequeat dominū  
loci, seu privatum Thesau-  
ro privare.
- 68 Nec delator quicquam pre-  
tendere potest.
- 69 Apprehensio naturalis requi-  
ritur in inventore.
- 70 Lex i. recopilationis in quo  
casu loquatur.
- 71 Toledus impugnat Azevedū.
- 72 Thesaurus de jure Hispano  
in quocumque loco iuvenia-  
tur spectat ad Regem data  
quarta parte inventori.
- 73 Vbicunque Thesaurus inve-  
natur.
- 74 Consuetudo totius Hispaniae,  
non adversatur l.i. recopil.
- 75 Lex obscura dici non potest,  
cujus sensus consuetudo ma-  
nifesta proponit.
- 76 De jure Hispaniae quis potest  
Thesaurum in conscientia  
retinere; donec exigatur.
- 77 Dare dimidiam partem Re-  
gi, non est tributum solvere.
- 78 Leges jubentes, ut totus The-  
saurus sit Regis, reservata  
quarta parte inventori, obli-  
gant in conscientia ante  
sententiam Judicis.
- 79 Mineralia querere apud In-  
dos absque licentia Regis  
vetitum est.

Gutierrez de la Huerta

Thesaurus de jure nostro  
Hispano inventus in  
loco proprio, sive alieno,  
publico, Sacro, vel  
Religioso Cæsaris, vel  
Civitatis ad quem per-  
tineat?

C A P. XII.

**H**abemus de jure nostro, i  
circa Thesaurorum in-  
ventionem l.45. tit.28. part.3.  
qua circa Thesauros cavetur,  
ferè idem, quod de jure com-  
munitarum est in l. unic. C:  
de Thes. &c in s. Thesauros. In-  
stitut. de Rer. divis. Verba legis  
nostræ sunt hæc. Thesoros fal-  
lan los omes à las vegadas en  
sus casas, e en sus heredades por  
aventura obuscado los. E por-  
que podria acaecer dubda cuyo  
deve ser, dezimos, que si el The-  
soro es tal, que ningund ome  
non pueda saber quien lo y me-  
tio, nin cuyo es, gana el senno-  
rio dello: e que deve ser todo de  
aquei que lo falla, en su ca-  
sa, o en su heredad. Fue-  
ras ende si lo fallasse por encan-  
tamiento. Caestonce todo deve  
ser del Rey. Mas si por aventure  
alo oviesse y alguno escondido  
e pudiesse provar, ò averiguar,  
que es suyo: estonce non gana-  
ria el Señorio dello el que lo fal-  
lasse

lasse en su heredad. E si acaeciese , qua alguno lo fallasse en casa, ò en heredamiento ageno labrando y, ò en otra manera qualquier , si lo fallasse por aventura no lo buscando el sabiendo : estonce deve ser la meada suyo , e la otra meada del Señor de la casa, o de la heredad de lo fallo: mas si lo fallasse buscando lo el estudiósamente, e non por acaescimiento de ventura: estonce deve ser todo del Señor de la heredad , e non ha en ello el que lo assifalla ninguna cosa : Eso mismo dezimos que seria , si el Thesoro fuese fallado en casa, o en heredamiento que pertenesciesse al Rey , ò al comun de algun consejo.

**2** Ad est quoque alia Joannis Primi Regis Hispaniæ constitutio, qua refertur in l. i. tit. 13. lib. 6. nova recopilat. In qua datur inventori Thesauri , quartas tantummodò par. p. m. & reliquum cedit beneficio Regis, legis verba hæc sunt , Ordenarios , y mandamos que qual quiera que supiere, ò oyere de, zir, que en la Ciudad, Villa ò lugar donde morare , ò en su termino ovicere Tesoro; o otros bienes algunos, ò otras cosas, que pertenezcan à Nos que nos lo vengan à hazer saber luogo por ante escrivano publico a la justicia que oviere jurisdicion en à quel lugar, y el que

lo hiziere assi saber, si fuereulado, que fue assi verdad lo que hizo hazer saber , que aya por galardon la quarta parte de lo que la justicia del lugar ò termino donde esto acaeciere, que luego que tal cosa le fuere hecho saber en qualquier manera , que de su officio sepan la verdad de hecho, ò por pesquisa, y por quantas partes pudieren; y todo lo que sobre tal cosa allaren, en tal hecho que lo em bien ante nos cerrado , y signando de Escrivano publico , porque nos veamos , y mandamos sobre ello lo que Nuestra merced fuere, y bellaremos por derecho , y si lo assi no hizieren, que por el mismo hecho pierdan el officio.

Ex quibus verbis clarè lucescit de jure nostræ Hispaniæ, quod si Thesaurus inveniatur ut quocunque loco tam publico, quam privato Cæsarisi , vel Fisci, seu Religioso, vel Sacro, aut communitatis Civitatis, vel Religionis; in his enim locis quotiescumque reperitur Thesaurus pertinet ad Regem, data quartæ parte inventori, ut est communissima omniū Doctorum opinio , ut sequuntur, Gregorius Lopez in d. l. 45. Glos. al Rey, tit. 28. par. 3. Larrrea dec. 44. num. 37. Barbos. in l. Divortio. §. Si fundum. n. 25 ff. Solut matr. Pichard. in §. Thesauros. num. 3. Institut. de Rer. divi.

- 438      Don Leonardī Gutierrez de la Huerta
- Toledo in *l. unic.* num. 7. *C. de Thesauris Lagunez de Fruct.*  
*cap. 11. part. 52. Solorzānus lib.*  
*5. de Jur. indiar. cap 1. n. 36. Covarr. in cap. Peccatum. §. 2. num.*  
*4. in princip. Gutierrez lib. 4.*  
*Practic. quest. 36. num. 51. Aze-*  
*vedo in l. 1. num. 4. tit. 13. lib. 6.*  
*Nov. recopilat. Castill. lib. 6. de*  
*Tertiis cap. 41. num. 113. Valē-*  
*zuela Pescador in l. unic. n. 69.*  
*Amaya num. 49. Cod. de The-*  
*saur. Caramuel. lib. 2. Theolog.*  
*moral. art. 2. num. 305. Verde*  
*in §. Thesauros num. 188. ex*  
*Soto, Salonio, & Oñate Arni-*  
*sæus de Jure Majestatis lib. 3.*  
*cap 6. num. 23. Vander Graef.*  
*Syntagm. juris public. cap. 47.*  
*Idem decernitur per l. 7. lib. 6.*  
*ordinam. regal.*
- 4 Sed indagandum est : an prædicta *l. 1. tit. 13. lib. 6. Nova*  
*recopil. corrigat jus commune,*  
*& dispositionem *l. 45. tit. 28.**  
*par. 3. taliter in quocumque lo-*  
*co inveniatur Thesaurus ser-*  
*vetur dispositio dictæ legis pri-*  
*mæ vel Jus commune, & præ-*  
*dictæ legis partitæ distinguen-*  
*tis.*
- 5 In qua ambiguitate perpen-
- dendum est, quod cum corre-
- ctio legum in dubio sit evitan-
- dà, & cum ipsa expressè non
- inducatur per hanc nostram
- legem proculdubio videtur
- dicendum per eam non corrige-
- ri d. *l. 45. nec jus commune ci-*  
*vile antiquius præsertim cum*
- nostra lege Regia dicat O o-
- tras cosas, que pertenezcan a
- Nos. Sicque loqui videatur in
- Thesauris, & aliis rebus ad Re-
- gem pertinētibus & ita in ter-
- minis tenet Gregor. Lopez in
- l. 45. in glos. al Rey. Afferens vi-*  
*deri, dicendum, quod nostra*  
*l. ordinamenti non corrigat il-*  
*lam; sed quod habeat locum*  
*in eo, quod est Regis, juxta te-*  
*norem; dictæ l. partitæ veluti,*  
*si Thesaurus reperiatur per ar-*  
*tem magicam, vel sive ea in lo-*  
*co Regis ad hoc data opera, vel*  
*in parte quæ fieret Regis non*  
*alias, & Avendañus lib. 1. cap.*  
*4. Prætor. numer. 33. in 7. con-*  
*clus. in princip. Et clariūs in*  
*versic. Item d. l. 7. ubi quod no-*  
*stra l. Regia ordinamenti non*  
*loquitur in Thesauris Regi*  
*non pertinentibus, ut probant*  
*illa verba A nos pertinacientes*  
*& non exigere l. 45. nec jus cō-*  
*mune tradit Amaya in l. unic.*  
*num. 46. ff. de Thesaur. lib. 10.*
- 8 Atque secundum illum ubi
- cumque ratione fundi ubi in-
- venitur Thesaurus, vel ex alia
- causa non pertinet ad Regem,
- in eo casu nostra l. Regia locū
- non habet ut ejus serie apertis-
- simè inquit Avendañ. petere in
- verbis supra relatis Idem etiā
- voluit Anton Gomez in l. 45.
- Tauri num. 51. in fin. & clarius.
- Covarr. in d. Regul. peccatum 3.
- part. §. 2. num. 4. & Barbos in §.
- Si fundum num. 50. ff. Solut. ma-
- trim.

trim. ubi advertit quod nostra  
 1. per omnia est conformis l. i:  
 tit. 18. lib. 10. C. Theodosia. Idem  
 9. quod tantum præcipit, denun-  
 ciationem Thesauri inventi in  
 scriptis redigi; & ad Principem  
 mitti, ut declaret, cui Thesau-  
 rus inventus sit concedendus,  
 & quod illud videtur innova-  
 re, quod jure communi denun-  
 ciatio inventi Thesauri non  
 debebat fieri: nisi , quod cer-  
 tum erat partem Thesauri ad  
 Fiscum pertinere, ut in l. 3. §.  
 fin. ff. de Jur. fisc. glof. fin. §. The-  
 sauros Instic. de Rer. divis. Et  
 tamen, quod nostra lex indi-  
 stinctè jubet prædictam denú-  
 ciationem fieri ; sed si fidem  
 exhibeamus auctoribus modò  
 10 proximè citatis, ea lex tantùm  
 loquitur in Thesauris ad Re-  
 gem pertinentibus , ut patet  
 ex illius verbis *Que pertenez-  
 can à Nos*, & sic nihil innovat  
 etiam in hoc , denuntiacione  
 facienda: ●

11 Rursus sunt , qui teneant  
 contrariam sententiam; imo,  
 quod cum nostra i. Regia No-  
 væ collectionis Regiæ genera-  
 diter disponat ; quod inventori  
 Thesauri in Civitate, vel Villa,  
 aut loco ubi moratur , vel in  
 suo termino detur quarta pars  
 corrigat indistinctè jus civile,  
 & d.l. 45. & in terminis ita te-  
 net Toledo in l. unic. num. 7. C.  
 de Thesaur. Castill. lib. 6. de Ter-  
 riis cap. q. n. 113. Trullench.

lib. 7. Decal. cap. 6. dub. 8. Salon.  
 de Just. & jur. q. 6. art. 5. & su-  
 per D. Thomā col. 1305. in vers.  
*Ad argumenta, & col seqq. &*  
 Molin. Theolog. de Just. & jur.  
 1. part. disput. 56. col. 371. paulò  
 ante finib; Æquè lex dispositio-  
 nis juris civilis communis de-  
 rogaverit, & nuncupatim Aze-  
 vedus in hac nostra l. i. num. 5. 12  
 & 6. ubi relata prima supe-  
 riore sententia inquit: *Ego ta-  
 mens alia eorum pace crede-  
 rem i. nostram esse correctioriā*  
 d.l. 45. & similiū, ex eo, quod  
 lex nostra generalis est, & ge-  
 neraliter est intelligenda , &  
 processit ad assignandam par-  
 tem inventori Thesauri, & sic  
 generaliter est servanda : &  
 non alias quocumque in loco  
*Thesaurus inveniatur sive*  
 proprio, sive alieno, sive publi-  
 co, sive Regis, & Ecclesie, vel  
 religionis, sive data opera. Mo-  
 derat statim ibi hic auctor n. 5.  
 hanc suam sententiam, ut pro- 13:  
 cedat quo ad partem dandam  
 inventori ; quoad partes verò  
 dandas domino fundi, & Regi,  
 censet jura antiqua, & præser-  
 tim d.l. 45. Partitæ in suo rema-  
 nere robore, credens hunc in-  
 tellectum nostræ i. esse consen-  
 taneum summario ejus compi-  
 latorem super eo positum , &  
 quod tunc quo ad alias partes  
 domino fundi, & Regi dandas  
 servabitur. d.l. 45. & id quod de  
 jure civili non refragetur illi.

Kkk Sed

14 Sed Gutierrez lib.4.practic,  
quæst.36.num.54.credit, verior  
rem esse priorem sententiam,  
nempè, ut non corrigat jus cō-  
mune civile, nec d.l. 45.Parti-  
tæ; sed loquatur in Thesauris  
ad Regem pertinentibus , ut  
patet ex illis verbis, *Que per-  
tenez can à nos . Itaque verba*  
15 generalia præcedentia ejusdē  
l.ibi: *Qualquiera que supiere  
o oyere de xir; que en la Ciutad.  
ò Villa, o lugar donde morare, ò  
en su termino ovriere tesoro , ò  
otros bienes algunos,o otras co-  
sas: declarerunt per verba sta-  
tim sequentia scilicet, que per-  
tenez can à nos . ut ordo literæ  
exposcit: hæc enim verba ad  
omnia præcedentia referri de-  
bent cum sint sub eadem ra-  
tione , atque dispositione , &  
clausula: suspensus namque  
est sensus usque ad verba sta-  
tim sequentia *Que Nos lo-ven-  
gan à hazer saber luego* 55c.  
16 Et habemus de jure regula,  
quod Clausula in fine posita re-  
fertur ad omnia præcedentia  
text.in l.Talis scriptura s.fin,  
ff.de Legat.i.Capit.Inquisitioni  
in fin.de Appellat:l.3. s. Filius.  
ff.de Liber.55 postum. & tradit  
Gabriel.lib.3:Common.opinion.  
tit.de Clauulis concl.9. in prin-  
cip. præcipue quando clausulæ  
præcedentes nō habet clarā, &  
determinatam dispositionē, se-  
cūs alias, ut ibi per eum num.8  
limitat.4:& ac hanc inductio-*

nem nostræ l.pro hac parte re-  
nentes contrariam minimè re-  
spondere dicit eidem Gutier-  
rez.Ex his etiam corruere mo-  
dificationem Azeved. afferit  
prædicti, atque ipsius distin-  
ctio.

Nihilominus tamen ferè i7  
totius Orbis consuetudine in-  
troductionum est, quod Thesau-  
rus ad Reges, & Fiscum perti-  
neat, ut affirmat Covarr. ubi  
supra num.4. auctoritate Pa-  
lud.in 4.sentent.distrin.5.quest.  
3.artic.5.conclus.i.& D.Anto-  
nin.in sua Summ. 2.part. tit.1.  
cap 15.5.2.affirmantium The-  
saurum de consuetudine ubi-  
cumque reperiatur esse Prin-  
cipis, & quod justè sanxerit,  
quartam partem Thesauri in-  
ventori tribuendam nulla de  
domino agri facta mentione:  
& quod ideo ei in Hispania ni-  
hil debeatur tenet, probat, at-i8  
que defendit cum Covarruvias  
ubi supra, ceterisque præcita-  
tis Melina Theolog.d.conclus.  
56.col.371.vers.Paludanus cu-  
jus consuetudinis etiam memi-  
nit Azevedus in d.l.i.num.6. &  
opinionem Paludani ubi supra  
sequitur, & probat Aragon.de  
Just.55 jur. quest.66. artic. 5.  
vers.De illis autem. & altissi-  
mè comprobat Salon. de Just.  
55 jur. dict. quest.66. artic. 5.  
conclus.6. ubi citat eam tenen-  
tes Paludanum D.Antoninum,  
& Covarr. ubi supra, Castrum  
de

*de l. Penal.lib. 2, corolla 3. & in-*  
*quit, quod eam tenent omnes*  
*ferè recentiores, & quod est*  
*jam usus apud ferè omnes Na-*  
*tiones, Thesauros inventos in*  
*proprio, vel illius privati fun-*  
*do, cum primum id Rex novit,*  
**19** *illos sibi applicare, data inven-*  
*tori, vel Domino fundi quin-*  
*ta parte: & quod licet in aliqui-*  
*bis partibus non sit talis con-*  
*suetudo, ut per Sotum, at in*  
*Regnis Hispaniæ illa reperi-*  
*tur; imò est condita de eo lex*  
*nempè nostra de qua agimus,*  
*quam ibi citat, qua habetur, ut*  
*omnes Thesauri sicut Regis da-*  
*ta inventori quarta parte,*  
*quod servandum est vigore*  
*prædictæ consuetudinis gene-*  
*ralis, quæ ita nostram l.i.tit.13.*  
*De los Tesoros, interpretatur.*

**20** Tametsi prædictam consue-  
tudinem damnet, esseque in-  
validam probet Sylvester in  
*Summa verb. Inventum n.13.*  
*Tabiena verbo Restitutio n.27*  
*ad fin. & Sotus lib.5. de Iust. &*  
*jur quest.3 art.3. vers. Secundū*  
*argumentum, & Connan.lib.3.*  
*Commentar. cap.4. ad fin. Bar-*  
*bos. in d.S. Si fundum. sub num.*

**21** 49: ea præsertim ratione, quia  
prædicta cōsuetudo magis per  
violentiam, quam moribus  
utentium fuerit inducta, &  
ideò non debeat habere vim  
legis juxta notata *in fin. de Con-*  
*suet. Et quia cum Thesaurus,*  
*ratione, siue æquitate naturali*

*inventori concedatur in dict. s.*  
*Thesauros. Institut. de Rer. di-*  
*vis. non debet facile admitti*  
*consuetudo, quæ repugnet na-*  
*turali rationi.*

Hæc namque Sylvestri, & 22  
sequacium opinio falsa est, &  
non tenenda justèque induci  
potuit prædicta consuetudo,  
ut censent prædicti primi au-  
tores, & Cajetan. Covarruvias  
ubi supra allegatus dum eam  
referunt minimè improbantes,  
ut observat idem Covarruvias.  
Neque ratio Sylvestri, & sequa- 23  
cium sufficiens est: licet enim  
ratione naturali ea, quæ in nul-  
lius bonis sunt, occupantis effi-  
cientur; non tamen ex hoc tol-  
litur potestas Principibus, qui-  
bus administratio Reipublicæ  
comissa est, quin possint ea,  
quæ in nullius bonis sunt, pri-  
vato domino applicare, post  
quam applicationem, qui ea  
occupaverit, non occupat, quæ  
nullius sunt; sed quæ jure hu-  
mano dominium habent, tra-  
dit Conradus *de Contract.* 1.  
part. quest. 8. & 9. & 10. Ergo  
Thesaurus priusquam invenia- 24  
tur poterit per leges humanas  
alicui applicari, vel insolidum,  
vel quoad partem, sicque ap-  
plicatus dari debet his quibus  
lex humana jussit, & statui-  
dandum esse.

Præterea, quia si ratio Syl- 25  
vestri vera esset, eadem profe-  
cto fateri deberet ipse, iniquā  
K k k 2 esse

esse legem quæ Thesaurum inventum in fundo alieno pro parte dimidia statuit ad dominum agri pertinere, non ad inventorem totum; & tamen nemus unquam eam legem sive leges hoc statuentes damnavit. Sed immo D. Thomas, & cæteri Theologi de hoc agentes, eas, uti justas probarunt, & admiserunt, lege verò naturali nulla pars Thesauri domino feudi debetur, non magis quam si quis rem propriam in agro alieno derelictam dimittat: illa namque res non pertinebit ad agri dominum; sed ad eum, qui primo illam occupaverit. Ergo quem admodum lex potuit dividiam Thesauri partem domino fundi adjicere, ita etiam poterit eandem partem, vel totum Thesaurum Fisco, vel Regi ad onera publica sustinenda, solvendum esse statucre, ut rectè argumentatur Covarruv. ubi supra usque *ad fin. cap.* *Nec his rationibus.* Sufficienter responderet Barhosa ubi supra *num. 49.* ut videre licet. Re maneat ergo fundamenta Covarruviae soluta, & suam nostramque hanc sententiam urgenter probantia, ut etiam docuerunt latè Salon. & Molina Theologus ubi supra, affirmans, quod meritò Covarr. contrariam sententiā Sotii impugnat, quod fundamentum adversus Sylvestrum, & sequa-

ces melius est, quam traditum à Barbosa.

Fit igitur ex supradictis, 30 quod lex Regia, & consuetudo Hispaniæ eam interpretans justè, ac validè potuerit inducere Thesaurum ubicumque inventum, esse Regis, atque ipsius Fisci, data quarta parte inventori, illum statim prodenti, atque manifestanti, ut rectè conclusit Salon ubi supra *concluſ. 6.* dicens: quod Rex, vel 31 Respublica potest constitutere legem Sanctam, & justam, qua statuatur, ut Thesaurus quoque inventus in proprio, & peculiari agro, vel domo aliqui privati Civis sit totus Regis; servata aliqua parte inventori, vel domino loci, in quo inveniretur. Sayrus lib. 9. Clau. Reg. cap. 9. num. 18. Caramuel. lib. 2. Theolog. part. 2. nu. 289:

Hæcque lex, sive consuetudo, cum sit justa, & non poenalis obligabit quoque inventorem in conscientia ad denunciandum Fisco, & restituendum ipsi Thesaurum ubilibet inventum, minus quarta parte, quæ sibi ab eadem lege, & consuetudine defertur; idque nuncupatim constat ex Covarr. ubi supr. d. n. 4. in vers. Sed ejus. & Molin. ubi supra d. disput. 56. in fin. ubi quod tenet Novarr. & cæteri Doctores affirmant in foro conscientiæ circa Thesaur. legibus civilibus

bus cuiuslibet loci esse standū, quod sane secundū Molinam nō affirmaret nisi existimaret potestatem esse in Republica ad Thesaurorum dominium, iustis de causis, quibus placeret applicandum.

- 33 Idem probat Aragon. ubi supra, dicens sibi tutum videri in hac re, quod in acquisitione Thesaurorum unusquisque suæ Provinciæ leges sequatur; nisi manifestam contineant inquitatem, quidquid Soto ubi supra contrarium teneat, dicēs quod Rex non posset justo titulo quartam, vel quintam partem ab inventore exigere, & sic in Hispania hoc non esse in usu, nec ubi esset existimat cōscientias obligare; sed posse inventorē secundū jus cōmune, tutā conscientia totū Thesaurū possidere; sed aliis, & multo probabilius placet, istam I. Regiam actu præcipere, ut sit Regis, & de facto applicari Regi, & sic remanet prædicta obligatio in conscientia. ut prædimimus, ut etiam dixit, & probat Salon. ubi supra vers. Sed cum tales adversus Soto, ubi supra cum Covarr. & Castillo, & tandem inquit, quod ita est sentiendum.

- 35 Deducitur etiā ex eisdē minimè posse procedere, quod existimavit Avendañ. ubi supr. dict. cap. 4. num. 33. in 7. concl. part. cap. Prætor. nemp̄e, quod

dispositio nostræ l. Regiæ. i. tit. 13. lib. 6. *Nova collect.* Regiæ non habet locum in eo, qui jam invenit Thesaurum, & apprehendit in dicto fundo Regio, quia tunc dimidiā partem habebit dicti Thesauri, sed lo- 36 quitur in eo, qui denuntiat tantummodo esse Thesaurum, ut à judicibus apprehendatur, & detur Regi, & sic loquitur ante realem apprehensionem, & actualē, hoc est in casu, quo tantum sit scientia loci, & Thesauri ibi reconditi: si autem jam apprehendisset Thesaurū, deberetur dimidia pars inven- tori:

Hæc namque opinio, & in- 37 telligentia Ayendani falsa omnino est, tum quia lex nostra serio dixit, *Qualquiera que supiere, o oyere dezir*, ut in primis illis verbis *supiere* de certa Scientia, & intelligentia procedat, & intelligatur, sive ex inventione tantum, vel inventione, & apprehensione, quæ est certior Scientia, & in verbis sequentibus: ibi, *o oyere dezir*, ut auditum tantum significaret, tum etiam quia juxta communem, & generalem consuetudinem Hispaniæ, quæ valida est, & obligat etiam in conscientia, ut præmisimus, & quæ sic interpretatur nostram 38 l. Regiam inventori Thesauri, illum manifestanti, statim tantū debetur quarta pars The-

Theſſauri inventi: Fisco ve-  
rò reliquæ tres quartæ partes,  
& ita meritò Avendañum in  
hoc reprobat toto ore Azeve-  
dos *in d.l. 1. num. 3.*

39 Rectius autem idem Aven-  
dañ. ubi supr. *in 7. conclus. vers.*  
*Item d.l. docet l. nostram pro-*

*cedere in prodente, & mani-  
festante Thesaurum in termi-  
nis loci, ubi ipſe moratur, non  
verò extra eos, vel illius Ter-  
ritorium non enim licet fode-  
re terram ad inquirendū The-  
ſauros, ubi quis non moratur,*

40 *ut patet ex d.l. 45. tit. 28. part.*

3. Et l. 3. Et 4. cap. 2. *bujus tit. 13.*  
permittente, ubique fodere  
terram loquuntur, non quoad  
inveniendum Thesaurum; sed  
41 mineras auri vel alterius me-  
talli, quod jure probat Chaffan.  
& cum eo Azeved. *hic num. 4.*  
qui ex verbis nostræ legis. *Don*  
*de morare, ò en su termino orie-  
re Tesoro, probat, & veram*  
esse censem opinionem hanc  
Avendañi Gutierrez ubi su-  
pra.

42 Castillus loco citato existi-  
mat expremam esse novam cō-  
stitutionem *d.l. 1. tit. 13. lib. 6.* &  
ad derogationem juris cuiusq[ue]; tām communis, quām par-  
titarum, præcisam, ut post eam  
conditam ambigi, aut dubitari  
nullo pacto, nulloque modo  
potuerit, cui jure Hispano, The-  
ſaurus quocumque loco inven-  
tus acquiratur; verè namque,

id lex ipsa decidere voluit, at- 43  
que intendit, ut quocumque  
loco inventus fuerit Thesaurus,  
quarta ejusdem tantum, inven-  
tori præstetur, & consequen-  
ter ea parte excepta, totum re-  
siduum Regibus nostris acqui-  
ritur.

Imò quinta tantum pars præ 44  
stari debet, si standum est anti-  
quis exemplaribus manu scrip-  
tis, quibus quinta cum taxat  
pars invenienti Thesaurum  
deferebatur; sicuti ex Covar-  
ruias quem hallucinatū fuis-  
se hac in re dixit Caramuel lib.  
2. *Theolog. art. 2. num. 305.* tra-  
diderunt Azeved. *in l. 1. tit. 13.*  
*lib. 6. Recopil. Toledo in l. unic.*  
*num. 7. C. de Thejaur. Anton.*  
Pichard. *in d. 5. Thesauros in*  
*fine. Gutierrez lib. 4. d. quæst. 36.*  
*num. 51.* qui tamen advertis  
standum esse literæ ejusdem l:  
*Reg. 1.* quia posita est in nova  
collectione legum Hispaniæ, &  
expresse dicit que aya por ga-  
lardon la quarta parte Et lex, 45  
quæ ita expressè quartam inue-  
nienti tribuit, & reliquum Re-  
gibus adjudicavit, satis apertè ju-  
ra omnia, aliud quocumque,  
sive contrarium disponentia  
corrigit: nec enim simul stare  
possunt jura ipsa communia &  
*leg. 45. tit. 28. part. 3. conclusio-*  
nes supra deducta; quæ aliter  
Thesauros inventos divide-  
bant, & legis ipsius primæ de-  
cisiō, quāsam dum saxas assi-  
gnas-

gnavit: nec lex eadem restrin-  
 46 gipotest ad casus illos consi-  
 deratos ab Authoribus prædi-  
 ctis, ut scilicet loqui videatur  
 in Thesauris, & alijs rebus ad  
 Regem pertinentibus & sic  
 in eo, quod est Regis, veluti  
 si Thesaurus inveniatur per ar-  
 tem magicam; vel sine ea in-  
 loco Regis, ad hoc data opera  
 vel in parte quæ fieret Regis:  
 generalitas enim ejus legis ul-  
 48 iam restrictionem non admit-  
 tit, nec possunt retorqueri ver-  
 bæ, que pertenezcan à nos cum  
 alio, & contrario pretextu op-  
 posita sint, ut significant sci-  
 licet ad Reges pertinere; non  
 enim dicit loca, aut fundos,  
 aut partem, in quibus inventus  
 sit Thesaurus, Regis esse debe-  
 49 re, nec id excogitavit, sed aliud  
 longè diversum, scilicet, que  
 qualquicra, que supiere, ò oyere  
 dezir, que en la Ciudad, ò Vil-  
 ta, ò lugar, donde morare, ò en-  
 su termino, oviere Tesoro, o o-  
 tros bienes, que pertenezcan à  
 Nos. Supponit ergo, atque ut  
 certum quodammodo præ-  
 mittit, quod omnes Thesauri,  
 50 qui in quocumque loco, aut  
 parte inventi fuerint, ad Regem  
 pertineant pleno jure, & quar-  
 tam partem, invenienti præ-  
 standum esse, quod verissimum  
 & certissimum est, & ad majorem  
 cognitionem atque explicatio-  
 nem jurium communium res  
 hæc ad examen, & disputatio-

nem reducitur, quæ tamén, at-  
 tento usu forensi; & praxi non  
 esset necessaria, cum ferè to-  
 tius Orbis consuetudine recep-  
 tum, atque inductum sit, quod  
 Thesauri, ad Reges, & Fiscum  
 pertineant, sicuti firmavit Van-  
 der Graef. *Syntagmat. jur. cap.*  
 47. Covarr. *in dicta Regula pec-  
 catum tertia parte, §. 2. num. 4.  
 in principio;* eamque consue-  
 tudinem jure ipso subsistere 52  
 firmitatemque capere, eruditè  
 consideravit, atque ostendit  
 Covarr. ibidem, ubi videri po-  
 test; & de eadem consuetudi-  
 ne cum aliis auctoribus testa-  
 tur Mastrill. *de Magistr. l. 3. c.  
 10. num. 316.* Gutierrez *d. cap.  
 36. num. 56.* ubi etiam defendit  
 atque justificat dictam consue-  
 tudinem; quod firmiter pro-  
 bamus ob easdem rationes ab  
 ipsis consideratas.

Et quando Thesaurus, quo-53  
 cumque in loco in Hispania in-  
 veniretur, nec pars quarta,  
 aut quinta, præcisè daretur in-  
 venienti, si magnæ existimatio-  
 nis, & valoris Thesaurus invé-  
 tus esset; sed pro qualitate, re-  
 rum & personarum, justum  
 dumtaxat assignaretur præ-  
 mium, pro ut ex bono, & recto  
 arbitrio videretur; atque ita  
 expressè consideravit Bobadill;  
*in Polit. lib. 4. cap. 5. num. 61. di-  
 cens, quod d. lex Regia. I. tit.  
 13. lib. 6. non procedat, quando  
 la quarta parte tan grande,*  
*que*

*no cayesse, en la consideracion del legislator porque entonces non se le avia dedar toda entera sino con moderacion: quod aliis similibus ibi comprobat, & refert Gutierrez ubi supra num. 52.*

54 Nec est amplectendus intellectus traditus à Gregorio Lopez in l. 45. tit. 28. part. 3. nimirum l. 1. tit. 13. lib. 6. recopilat. non esse correctoriam prædictæ legis 45. Quippe existimavit intelligendā, quando Thesaurus invenitur in loco Regis secus verò alias, quoniam tunc locum habere d. l. 45. ut censuit Avendañus in cap. 12. Prætor n. 33. conclus. 7. lib. 1. versic. item dicta lex.

55 Sed rectius contrariam sententiā amplectitur Azevedo, cui quoque adheresco d. l. 1. tit. 13. lib. 6. recopil. n. 5. scilicet l. 1. esse correctoriam dictæ legis 45. siquidē lex illa generalis est, & generaliter est intelligenda, & processit ad assignandā partem inventori Thesauri, & sic Generaliter est servāda, cum ferè totius Orbis consuetudine inducatur esse testantur Toledus in l. unic. in fine C. de Thesaur. Palud. & alii relati per Covarr. in dict. num. 4. contra Sylvestru

56 quod Thesaurus ad Reges, & Fiscum pertineat, & cum hoc sit de consuetudine, leges omnes ante à partes applicantes inventoribus cessabunt, & lex

prima novissimè partem assignans inventoribus est, & non alia servanda, quocumque in loco Thesaurus inveniatur, sive proprio, sive alieno, sive publico, sive Regis, vel Ecclesie, vel Religionis, sive casu, sive data opera; & hoc quo ad partem dandam inventori. Quoad partes verò dandas Domino fundi, & Regi jura antiqua, & præsertim dicta l. 45. partæ in suo remaneant robore, & hic est verus l. 1. tit. 13. lib. 6. intellectus, & est consentaneus summario ejus per Compilatorem super eo opposito, & tunc quo ad alias partes Domino fundi, & Regi dandas servabitur dict. l. 45. & id, quod de jure civili non est illi contrarium, quod succinctè sub unica conclusione reassumpsit Covarruv. in d. §. 2. num. 2. & latius Avendañ. d. cap. 12. prætorum num. 33. per totum, & per Gomez l. 45. Taur. num. 51. cum sequentibus:

Hanc eandem sententiam pro correctione juris veteris partitarum sequitur Toledo in l. unic. num. 7. Cod. de Thesaur. quò asseverat dict. l. 1. tit. 13. lib. 6. recopilat. corrigere l. 45. tit. 28. part. 3. ac tit. C. de Thesaur. Quippe cum ea in l. 1. decernatur, quod Thesaurus in quocumque loco inveniatur, Regi acquiratur data inventori quarta parte, juxta veriorem ex:

expositionem, quanquam in vulgatis codicibus quartæ fiat mentio, ut advertit Covarruv. in Regul. peccatum, 3. part. §. 2. n. 4. ut quoque ex Salonio sequitur Trullench. lib. 7. Decalog. dub. 8. num. 11. qua difficultate oppressus Lopez in d. l. 45. partite verbo *Al Rey*, conatus est hoc modo eam dissolvere dicens, quod præfata lex novæ recopilationis non corrigat dictam legē i. partitæ; sed quod lex illa novissima procedat in Thesauro, qui vel in totum, vel pro parte sit ipsius Regis juxta tenore, ac decisionē ipsius legis 45. lib. 3. cap. 3. ut puta si per artem magicanam inventus sit.

62 Thesaurus, etiam in loco proprio, vel sine tali arte inventus sit, in loco Regis, data ad hoc opera, &c. non forte fortunæ vel loquatur, in ea parte, quæ tantum ipsius Regis sit, quem intellectus etiam sentit Covarruv. supra. Sed errare asseruit.

63 Toleduſ int. l. 1. cap. de Ther. secur. ex eo, quod, præallegata lex novissima Regia, non loquitur in Thesauro invento, & apprehenso; sed sumptuas in eo, quem quis scit, vel audit, in loco Principis, esse reconditum;

64 tunc enim, si talē Thesaurū denūtiet, ac in Fiscū deferat, quin tā ejus partē nomine præemii habebit, qui alioquin totus pertineret ad Principem, si Principis nomine quæsitus, & in-

ventus esset, ut per Avendañ. in cap. Prator cap. 4. num. 25. versic. Septima conclusio, & hoc est, quod expressim indicant expressa illius l. i. verba ibi: que qualquiera que supiere, o oyere &c.

Igitur nec de Thesauris inventis in privatis locis artemagica, nec de inventis sine tali arte in locis Regis, data tamen opera loquitur lex illa; hujusmodi enim Thesauri toti ad ipsum, Regem pertinebunt, vel si in alieno loco privato, arte magica, sint inventi, pro dimidia parte ad dominum loci pertinebunt. Rursus si in loco Civitatis, aut municipii inventi fuerint ad ipsum municipium spectabunt; vel in totum, vel pro parte. Itaque solum loquitur lex illa in Thesauro, quem quis denunciat se scire, aut audivisse, quod sit reconditus in loco abdito Principis, ut indicat ibi: *Quæ perteneat can à Nostis*. Atque ita intelligitur, quod si quis denunciat alicui privato, vel Civitati, aut municipio se scire, vel audivisse, quod in loco, seu fundo privatæ personæ, vel Civitatis, aut municipii, Thesaurus reconditus sit, quam talis denunciatio vera, atque sollemnis sit; tamen, nec 67 Rex ipse poterit in tali casu privatum ipsum, aut Civitatem, seu municipium, proprio Thesauro privare, quem si privatus

ipse, aut Civitas aut municipiū, data opera, quæ sierint, & invenerint totum efficient suū, ex d.l.unic.in fin.eod. & juribus similibus, & ex d.l.45.tit.28.  
 68 p.3.nec is , qui detulit poterit prætendere jus aliquod, ob talem delationem: nam cum in hoc casu is , qui sic detulit non invenerit, nec apprehenderit Thesaurum, nullum in eo jus habebit; requiritur enim  
 69 in inventore apprehensio naturalis, actualisque occupatio, ut tradidit Bitschius in appendic.ad opusc.de Thesaur.§.100. sed neque quiam tam Thesauri partem poterit prætendere, ex d.l.Regia.tit.13.nova recopilar. cuius dissimiles sunt termini, siquidem solum loquitur ea,  
 70 constitutio in casu , quo talis nuntiatio cadit supra Thesaurum , qui reconditus sit in loco Regis , in cæteris namque manet l.unica. Cod. de Thesaur. incorrecta , quemadmodum  
 71 etiam illibata manere reliqua jura consimilia, & d.l.45.tit.28, part.3.adversus Azevedū tueretur To edus in d.l.unic. Cod. de Thesaur. Sed mihi magis pro veteris veris correctione arredit opinio. Azevedi in dict.l.1 tit.13.lib.6.recopilar.

72 Remaneat ergo firma conclusio , quod de jure Hispano Thesauros inventus in quocunque loco spectat ad Regem, data quarta parte inventori, juxta

dispositionem l.1.tit.13.lib.6: recopil. quæ corrigit jus commune, jusque vetus partitarum in l.45.tit.28.part.3. non quinta, ut ex Covarruvias , quem præter alios confutat Caramucl , plures ex nostratribus asseruere , & ex exteris scribit Vander.Graef.Synagmat. jur. public.cap.47.Arniſæus lib.3.de jur.Majestat.cap.6.num.23. & non est philosophandum, an de Thesauris in fundis Regiis, aut  
 73 publicis inventis , an vero de repertis in agris civiuu. Licet pro priori parte militet Sotus, & Covart.Castrus,Salon.& alii de omnibus Thesauris ubicunque repertis verba legis intellegunt; & addunt hanc esse eō-  
 74 suetudinem totius Hispaniæ, quæ quidem consuetudo non est dicenda contra legem recopilationis militare, quia si lege statuitur, ut omnes Thesauri veteres pertineant ad Rēgem, qui Thesaurum in tua domo invenit, Thesaurum quidem invenit ad Regem pertinērem.

Sed potest obici: adversus eum, qui potuit legem dicere apertius, est interpretatio facie da. Ergo contra Regem in hoc casu: Consequentia est legitima, & antecedens text in l.57: ff.de Reg.jur.desumitur.

Respondetur mores populi,  
 75 esse legibus luci , adeoque nō posse dici obscuram legem il lam

lām, cuius sensum consuetudo manifesta proponit; docemur enim regula XLV. convertere oculos ad consuetudinem, & inspicere in ambiguis; & obscuris legum litteris, quid soleat fieri.

76 Et per jus nostrū Hispanū qui Thesaurum reperit potest tutta conscientia totum sibi retinere quoisque exigatur. Ita Bañez concl. 7. & Molina fol. 768. Pater quia illa lex imponit tributum, & consuetudine receptum est, ut hæc non solvantur nisi exigantur; sed displicet, quod subjungunt; nimirum si invenias Thesaurum in fundo Regis, debere illi statim dare medium partem, quia id non est tributum. Sed quo id jure? an communi, decernente medium partem domino fundi dandā esse? l. un. C. de Thes. §. Thesauros. Instruc. de Ror. divis. & si communi; nonne vident Bañez, & Medina hanc juris communis legem jure Hispano revocatam? lex, quæ tres quadrantes Regi, unum Inventori, nihil domino fundi designant, consistere non potest cum illa, quæ duos domino fundi, duos adsignabant Inventori nihil Regi. Ergo tenet limitatio.

78 Pro hujus capitinis comple-  
mento annexendum est, leges præcipientes, ut totus Thesaurus sit Regis, reservata tamen quarta parte inventori, obli-

gare in conscientia ante sententiā Judicis, ut tradunt Salon.

2. 2. quæst. 66. artic. 5. conclus. 6. Coyarruvias in Cap. Peccatum part. 2. §. 2. num. 4. Villalob. to: 2 tract: 10. diff. 20. nu. 8. Bitschius de Thesaur. cap. 8. §. 268. part. 2. quāmquam contrarium se-  
tentur Sylvestr. in Summa verb. Inventum n. 13. Sotus lib. 5 de Iust. jur. q. 3. art. 3. ad 2. Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 17. n. 66. Qui bus videtur adhærere Trullench. lib. 7. Decalog. dub. 8 cap. 3. num 11. & ideo inventorem non teneri ad quartā, vel quinta partem restituendā prius quam ab eo exigatur retulit Lopez part. 2. Instruct. cap. 2.

Quibus ex omnibus infert 79 Trullench. ubi supr. n. 12. vetitum esse Hispanis existentibus apud Indos ibi querere minera, vel Thesauros absque licentia Principis. Nisi habeant animum ibi commorandi, non tenerentur ad. restitutionem (loquitur de Indis non subditis Regi Hispaniæ) nisi inveniant in alieno fundo, aut alio loco, jam Civitati, vel oppido designato.

## SUMMARIUM.

1 Plures constitutiones de Thesauris in Regno Neapolitanolata.

2 Constitutione Guilielmi Mali, quid cavebatur.

- 3 *Caroli Primi constitutio.*
- 4 *Carolus Secundus jus commune quoad Thesauros in Regno servari jussit.*
- 5 *Referuntur verba cap. Quia non decet.*
- 6 *Per leges Guilielmi Primi, & Friderici Secundi Thesauri applicabantur Fisco.*
- 7 *Leges municipales de Thesauris non habent vim, quoad Thesauros; sed in Regno jus commune servatur.*
- 8 *Renati Choppini testimonium.*
- 9 *Thesaurus quid sit juxta Casiodorum:*
- 10 *Alexander severus Thesauros repertoribus reliquit.*
- 11 *Robertus Guiscardus Apulia potitus fuit.*
- 12 *Sarracenus tempore Roberti, magica artis peritus, Thesaurum invenit, quem Robertus in proprios usus convertit.*
- 13 *Duplex in Regno de Thesauris constitutio.*
- 14 *Hodie Thesaurus in Regno Fisco vindicatur, data aliqua parte inventorii.*

*Thesaurus inventus in quocumque loco. de jure Regni Neapolitanici cui acquiratur?*

**Q**uamplures, variorum temporum spatiis, circa Thesauros in Regno Neapolis, sub diversis Principibus constitutiones latè fuerunt. Adeò cōstitutio Regis Guglielmi Primi cognomēto Mali incipiēs *Dohana de secretis*, qua cavitur Thesauros inventos Fisco applicandos esse. Idem præcipitur per constitutionem, Incipien pecuniam, editam ab eodem Rege Guglielmo. Et Carolus I. in cap. *Predicti Magistrorum Procuratores*, ubi datur oratione procedendi adversus Thesaurorum inventores: & his omnibus constitutionibus (ac capitulis Regni Thesaurus totus applicabatur Fisco):

Quod cum Regi Carolo II. minus æquum, jurique naturæ reluctans cerneretur, ut Thesaurus, quem favente nomine, vel ducente fortuna invenit fortuito inventor iniquum videbatur, ut ambitiosè ei eriperetur à Fisco. Quo circa religiosissimus Carolus II. in cap. *quin non decet*, circa Thesauros jus commune servari jussit. Cuius pulcra, ac memoranda verba hic referre non tñdeat: Verba autem sunt hæc. *Quia non decet, Principes in cupiditatis baratum sic immergi, ut beneficium donumque fortuna subditis proveniens auferat: quod expedit esse diminutionis extraneum, & cuiuslibet calumniosè*

nisi malitia penitus alienum  
fanciendo edicimus, Thesaurū  
inventum commodis invento-  
ris in solo proprio reperientis  
illum accrescere: cuius media-  
tas Fisco nostrō, quando in lo-  
co publico, vel Fiscali, & do-  
mino loci, quando in alieno nō  
suo quis Thesaurum invenerit  
absque sceleratis puniēdis ma-  
gicis artibus, juxta dispositio-  
nem juris veteris applicetur.  
Nulla inventori ob id per Curiā  
nostram ingerenda calumnia,  
nulla subditis inferatur affli-  
ctio, sicut consuevit hactenus  
per abusum. Nō sāmen auri ar-  
gēti, ceterorumque metallorum  
fodinas, aut salinas, & jus quod  
in eisdem fodinis, salinisque  
Curiā nostra competit, & ab  
antiquo competit annumerari  
volumus Thesauri vocabulo;  
nec putāmus quae sicut in no-  
mine discrepant, non partici-  
pant in effectu.

6 Et ideo hujusmodi constitu-  
tiones applicantes Thesau-  
rum Fisco Regio, legem sum-  
mæ iniquitatis postularunt Si-  
culi Guglielmi Primi, & Feder-  
ici II. quia Thesauros non  
inventoris, sed Regis esse sta-  
tuebāt, ut ex Summonte lib. 2. hi-  
stor. Neap. cap. 3. adnotavit Ar-  
noldus lib. 3. de Jur. majest. cap.  
6. num. 23. unde cum postea à  
constitutione incliti Caroli Se-  
cundi Regis, priores constitu-  
tiones oblitteratæ fuerint; nunc

circa Thesauri materiam de-  
jure Regni nihil per leges mu-  
nicipales statuitur: sed servatur  
jus commune, ut omnes Do-  
ctores Regnicolæ asseve-  
rant, præcipue Ponte de Pote-  
stat. Pro reg. tit. 10. & ibi Tho-  
rus, Moles Decis. Reg. Cam. §.  
18. & ibi Ageta num. 9. Mon-  
tanus de Regal. vers. Et dimi-  
dium Thesauri. num. 3. Muccius  
ad Sanfelic. lib. 1. decis. 38. nu. 22.  
& 23: Tassonius de Antefat.  
vers. 5. observ. 3. num. 25. Tapia  
de Jur. Regn. Neap. lib. 6. tit. 8.  
vers. Quo verò ad secundū est  
correcta. Pisanus ad Goffredū  
in Rit. Reg. (am. num. 88. Pere-  
grin. lib. 4. de Jur. Fisc. tit. 2. Bar-  
ra controv. 10. nu. 9. Riccia dec.  
1080. & 331.

Et harum Regni Neapolitani  
constitutionum circa Thesau-  
ros meminit eruditissimus  
Choppin. lib. 2. de Domani.  
Franc. tit. 5. n. 11. ad idque exem-  
plum ait trahitur l. i. Cod. de  
Jur. Emphyt. Prisca quidem tē-  
pestate omne gen's Thesauri  
cogebatur in Fisçum Principis  
à Theodorico Ostrogotho Ita-  
liæ Rege, qui Thesauros de  
positivas pecunias vocabat'; ex  
longa vetustate Domini caré-  
tes, auctore Cassiodoro Variar.  
lib. 6. & latè Gothofred Comm.  
ad l. i. C. Theodos. de Thesaur.  
Moderatius utique fuit in  
Thesauris Cœsarianum jus ex  
Callistrati lege 3. 5. Si in fisca-  
libus

*libus ff de Jure fiscil un C de  
Thesaur lib 10 imo & The-  
sauros ipso Alexander Seve-*

*rus Repertori donavit, & si  
multi essent addidit his eos,  
quos in his habebat officiis, ut  
Lampridius memoria prodidit  
& notavit eruditè Amaya in l.  
unic, C. de Thesaur. Prosequi-  
tur idem Choppinus ubi su-  
pra asseverans quomodo Ro-  
bertus Guiscardus deducta è  
Galliis Apulia Normadorū Co-  
lonia statuam naētus fuit isthic  
circa caput æneum Circulum  
habentem, cui insculptæ erāt  
hæ litteræ: *Calendis Maii oriē-  
te sole aureum caput habebo: At  
Sarracenus, qui dam magicis  
peritus cum à Roberto illo  
captus esset, notavit umbræ  
terminum statuæ ipsius Calen-  
dis Maii Oriente Sole, & ita ef-  
foso loco Thesaurum appre-  
hendit; quem quidem pro-  
prios in usus contulit, ex eoque  
Robertis se vinculis liberavit:  
tametsi artium hominis non  
ignari temporum vaquā pro-  
gressu duplex successit ejusdē  
Apulia Regni constitutio, Pri-  
or ad Fiscum Regiū Thesauros  
pertinere, seu publico, seu pri-  
vato in solo repertos, posterior  
ex Carolo II. Rege, qua dimi-  
diū Principis dimidiū fit inven-  
toris Neap. Const. de Offic. Secret.  
& ibi Matth. de Affl. & facit  
quoque mentionem harum  
constitutionum Regni Neapo-**

*lis noster Lagunez in suo tra-  
ctatu de Fructibus cap. 11. part. 1  
num. 59.*

Tempore Regentis Tapiæ, 14  
ut ipsem refert. lib 6. de Jur.  
Regn. in annot. ad constit. Pecu-  
niæ. in fin. tit. 8. dabatur Fisco  
pars Thesauri inventi à reper-  
tore conventa, quæ regulariter  
erat quinta, vel tertia pars: &  
ita vidiſſe in Regia Camera  
practicari fatetur. Ast hodie  
ut superius retuli totus Thesau-  
rus Fisco vindicatur, data ali-  
qua parte inventorii, si consul-  
to Fisco quæſivit.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Secreti habebant olim curam  
inquirendi super Thesauris  
inventis.*
- 2 *Portulani postea debebant de  
Thesauris rationem princi-  
pi reddere.*
- 3 *Regia Camera summarie ho-  
die cognoscit de delictis in-  
ventionis Thesaurorum.*
- 4 *Inventores Thesaurorum  
priusquam fadiant, debent  
cum Regio Fisco ad concor-  
diam venire.*
- 5 *Fiscum Regium, Regiamque  
Cameram certiorare tene-  
tur, et quare.*
- 6 *Hoc procedit quando de in-  
dustria invenitur.*
- 7 *Inventores si fortuitò The-  
saurum inveniant, debent  
Regiam Cameram certiora-  
re.*

8. Oc-

- 8 *Occultans Thesaurum puni-  
tur pœna dupli.*  
 9 *Thesauri inventi pretextu  
sape homines molestari so-  
lent..*

Cognitio super Thesau-  
ris inventis, an spectet  
ad Regium Cameram  
Summariaz.

C A P. XIV.

- 1 *Q*uondam de jure Regni, per dispositionem constitutionis incipientis *Dohana de Secretis*, spectabat ad secretos de Thesauris inquirere, & ad ipsorum officium pertinebat indagare res, quæ ad Fiscū Regium deferebantur: quod postea ad officium Magistri Portulani secreti illud onus ad junctum fuit, ut deinceps debet inter alia inquirere de Thesauris, ut asseverat Moles in *Decis Reg. Cam. S. 18. num. 13.*  
 2 Sed id jam hodie inolevit, & cognitio delicti inventionis Thesauri spectat ad Regiam Cameram Summariaz, & ut ex Isernia in Constitutione Regni incipien. *Dohana de Secretis. col. 2. tradidit Broya Prax. crim. cap. 5. num. 44.* *Tapia lib. 6. de Jur. Regn. in constitut. pecuniam in fine. Pisanus in Addition, ad Goffred. de Gaeta in Rit. R. C.*

*S. rubr. 20. de Jure salis num.  
88. Montanus de Regalib. vers.  
Et dimidium Thesauri num. 4.  
Ageta ad Moles num. 9. & 10.  
S. 18. Ponte de Potest. Proreg.  
tit. 10. de Thesauris, num. 1. 4  
data opera, & ex industria inve-  
niatur Thesauri, inventores de-  
bent cū Regio Fisco venire ad  
cōcordiā antequam in suppo-  
sito loco fodere incipient, &  
renentur certiorare Regiam  
Cameram Summariaz, Regiū-  
que Fisci Patronum, adhoc ut  
ejus nomine eligat personam  
adhoc ut interveniat teste Ta-  
pia lib. 6. de Jur. Regn. tit. 8. in  
constitut. pecuniam in fine, &  
hoc juxta Relatum Pisaniū lo-  
co citato, ut inventores possint  
aliquo fructu Thesauri inventi  
frui, ac latè gaudere, secundū  
concordias interdum factas cū  
Regio Fisco, elucescit ex arre-  
stis recollectis à Marinis Ar-  
rest. Reg. Cam. 609. & 644, ut  
post Pisaniū notavit Ageta ad  
Moles dicto S. 18. num. 10. Hoc 6  
procedit quando de industria  
invenitur Thesaurus.*

Quando verò fortuitò inve-  
niuntur: tunc exemplo inven-  
tores debent denūcare Regiæ  
Cameræ Tribunal, illiusque  
Fisci Patrono, totum Thesau-  
rum inventum. Quippe si oc-  
cultaverint, & postea ad invē-  
ti Thesauri restitutionem com-  
pellantur, non solum amittunt,  
quod à Regio Fisco in præmisū  
con-

consequi possent, Tapiæ ubi su-  
8 pra sed quoque dupli poena  
plectuntur text. in l. 3. §. defer-  
re. ff. de Jur. Fisc. ut refert Pisa.  
9 nus ubi supra. Et interdum lo-  
gissimis vexationibus, ac cavil-  
lationibus persequuntur, cum  
per solam tantum unius denū-  
ciationem detruduntur in car-  
ceribus, absque probationibus  
sufficientibus, præter impensas  
factas ad hoc ut à tali molestia  
liberentur, quod ferè iniquum  
est.

## SV M. MAR IV. M.

- 1 Regia Camera habet authori-  
tatem Praefecti Pratorii.
- 2 In Regno raro Thesauri in-  
veniuntur.
- 3 Inventores Thesauri quid for-  
esse debent molestatuntur à  
Regia Camera ad illos quod  
4 Inventores Thesauri per Re-  
giæ Camera torturari ac  
carcerari.
- 5 Contra inventores Thesauri  
rum posse procedi, et ad  
torturam devenir.
- 6 Furtum committit, qui dene-  
get partem Thesauri alii  
debitam.
- 7 Ratio Tapiæ parvi momenti.
- 8 Suspectus de inventione The-  
sauri carcerari potest.
- 9 Regia Camera hodie rigorosè  
procedit contra Thesaurorum  
inventores.
- 10 Tortura subiiciuntur ad e-

- ruendum veritatem.
- 11 Poena arbitaria coercendos  
nonnulli affirmant.
- 12 Judices possunt extendere  
poenam ultra relegationem.
- 13 Torquere possunt Judices, con-  
currencibus indiciis, inven-  
tores Thesaurorum.
- 14 Prout furti criminis indica-  
tos.
- 15 Etiam si certa quantitas ve-  
rificanda sit.
- 16 Velsi sit de perjurio suspectus.
- 17 Olim adversus inventores ad  
torturam per Magistros  
Portulanos procedebatur.
- 18 Caroli Primi constitutio quid  
principiebat.
- 19 Tortura inventori Thesauri  
absque speciali Regis man-  
dati obtinuisse non li-  
cet.
- 20 Magistri Procuratores ad  
quid tenabantur.
- 21 Delatores Thesauri non au-  
diebantur nisi præstato ju-  
ramento, quod malitiosè nō  
degerint.
- 22 Garcerari nequeunt de facto  
Thesaurorum inventores.
- 23 Denunciations Thesaurorum,  
ut plurimum sunt cavilla-  
tiones.
- 24 Thesaurus sagaci inventori  
est donum Dei.
- 25 Molestia, qua inventoribus  
Thesaurorum inferuntur.
- 26 Consilium Napodani:
- 27 Abhorret aquitati inventores  
Thesaurorum inquietare.
- 28 Re-

- 28 Regia Camera quomodo procedere debeat contra suppositos Thesaurorum inventores.
- 29 Caroli Primi constitutio sublata fuit per Carolum Secundum.
- 30 Praxis carcerandi inquisitos de Thesauris ubi fundetur;
- 31 Fiscus quid debeat inquirere.
- 32 Thesaurus inquisitione pendente ponitur in loco tuto, et arrestatur inventor.
- 33 Prudentis judicis arbitrio relinquitur, quando debeat inferre torturam.
- 34 Suspecti de perjurio possunt subiici tortura.
- 35 Fiscales nequeunt carcerare nec torquere inquisitos de Thesauris.
- 36 Carcer, et tortura, quando infligi non debeat.
- 37 Delictum in genere inventoris Thesauri quomodo fiat.
- 38 Delictum in specie inventoris Thesauri quomodo probetur.

Inventores Thesaurorum, an possint torqueri, & de delicto in genere inventionis Thesauri?

### C A P. XV.

**R**egia Camera Summariae quæ dicitur Supremum

Tribunal, habetque authoritatem Præfecti Prætorii, adversus Thesaurorum inventores magno cum rigore procedere refert Tapia lib. 6. de Jur. Regn. tit. 8. in constitut. Pecuniam in fine.

Verū licet fiscales adversus hujsmodi inventores rigorissimè agant, ut refert Montan. de Regal. vers. Et dimidiū Thesauri tamē nunquam, vel raro Thesauri inveniuntur; ut facetur Ponte de Potestat. Pro reg. tit. 10. in fine. nisi de paucis Thesauris inventis in Regno, de quibus testantur Moles decif. Reg. Camer. § 18. num. 4. Tapia lib. 6. de Iur. Regn. tit. 8. in constit. Pecuniam in fin. Ageta ad Moles § 18. num. 11.

Temporibus verò nostris, est quædam via inferendi molestiam alicui, ut si quis asserat aliquem invenisse Thesaurum, ut à Regia Camera molestetur, ut passim experimur. Unde ad hujsmodi vexationem vitandam, debet Regiam Cameram adire, & se cum Regio Fisco concordare Arrest. Reg. Cam. 609. & 644 hoc est quoties de industria Thesaurus quæritur: Si verò fortuitò inveniatur, Regio Fisco inventores denunciare tenentur: Nā aliàs præsumptio contra inventores oritur, ut vel malis artibus fuerit inventus Thesaurus, vel in loco ad Regem pertinente.

M m m te

re; & ideò Tapia *in Constitut. pecuniam* asseruit audivisse, ac vidisse inventores Thesauri carceribus mancipari, & tormentis subiici per R. C. Summariæ, ut tradidit Capycius *in invest. verb.* Cum *inventionibus, & Thesauris.* Quocirca potest contra inventores procedi, & ad torturam devenir ut fatetur Farinac. part. 3. *Prax crimin. quæst. 104. in fine.* & ibi Vulpinus Tapia *in Constitut. pecuniam, versic.* Et licet. Carrera *Prax. crimin. de indiciis & tortur. num. 23.* Montan. *de Regal. versic.* Et dimidium *Thesauri, num. 10. in fine.* Berlich. part. 2. *conclus. 66. num. 34.* Moller. *ad Constitut. Saxon. 53. n. 9. & lib. 2. Semestr. cap. 27. num. final.* Heigius part. 1. *quæst. 13. num. 57.* Peregrin. *lib. 4. de fur, Fisc. tit. 2. num. 9.* Farinac. *de Indiciis, & tortura, quæst. 42. limit. 6. num. 42.*

Hujus praxis ratio est, juxta Tapiam, ubi supra, quoniam furtum patrat inventor Thesauri in alieno, medietatem Fisco, Ecclesiæ, aut aliis debitam denegans, ut retulit quoque Menochius *lib. 5. præsum. 30. n. 5.* Aliā etiam affert rationem, sed levis momenti, ipse Tapia, videlicet, quoniam cum abscondentes pecuniam, vel aurum id facere soeant in papyro, vel in lamina, plumbi, & ibi suam exponere voluntatē,

Gutierrez de la Huerta

& in vocatorum defectum Fiscum vocare; Et cum id absque Curiæ interventu fiat, adversus eum quædam insurgit suspicio.

Si quis enim sit suspectus de inventione Thesauri, absque mandato Regio capi potest, & si captus fuerit, non posse procedi ad torturam scribit Nigris *in cap. Quia non decet in fine.* & licet Thesaurum inveniat: sed id non servari probat Tapia ubi supra, dicens hodie Regiam Cameram Summariæ adversus hujusmodi inventores summo cum rigore procedere, & Thorus ad Pontem *de Potestate. Pro reg. tit. de Thesaur. 10.* tradidit subiici semper tormentis à Fiscalibus inventores Thesaurorum ad eruendam veritatem, utrum in loco publico malis artibus repererint, ut quoque ex Capicio *in investitur. Feudal. rubr. feudal. claus. verb.* Cum *inventoribus, in fine.* Ursill. *ad Afflict. decis. 221. num. 7.* sequitur Mucius ad Sanfelic. *lib. 1. dilucidat. 38. num. 24. in fine:*

Nonnulli existimant, hujusmodi Thesaurorum inventores, nequaquam torquendos esse; sed poena arbitria cohereri, ut voluerunt Carpzovius *part. 2. Prax. crimin. quæst. 86.* & i[n] definit. fori Elector: *part. 3. constit. 53. defin. 7. num. 5. tom. 1.* Struvius *Syntagm. juris civilis exerc.*

*exerc. 41. num. 54.* quod extendunt, ut quoque judices possint extendere pœnam, ultra relægationem.

13 Sed verius est, ut ad pleniorum hujus criminis comprobationem, concurrentibus tamen indiciis legitimis possint Judices inventores Thesaurorum torquere: sic Salernitanus *decis.*  
*57.n.3.Tapia in Conf. pecunia.*  
*& in const. Dohana de Secretis.*

14 tanquam furti criminis inditatos, ac supprimentes partem Thesauri Fisco per leges debitam: dummodo non sit accusatus ab inimicis, causa ei inferendi molestiam, ut sæpè continet; sed concurrentibus omnibus indiciis ad torturam. Quod  
 15 procedit etiam si certa quantitas inventa sit verificanda, & de qua non possit stari juramento inventoris de perjurio suspe  
 16 cti, ut asseverant Carpzovius: ubi supra *quaest. 86. num. 21.* &  
*constit. 53. definit. 8. num. 3.* &  
 ita practicatum in Regno testatur Pisanus ad Gaetā in *Rit. Reg. Cam. rubr. 20. de Jur. foliis*  
*num. 87.*

17 Olim in Regno ferè ex abrupto contra inventores Thesaurorum per magistros Portulanos, ad quos spectabat cognitio Thesaurorum, ad torturam procedebatur. Quapropter  
 18 ter Carolus Primus in *cap. præd. Magistri Procuratores.* præcepit, quod ad captionem Perso-

narum; quæ dicebantur Thesaurum invenisse, sine speciali mandato ipsius Regis non procederetur; nisi de Thesauro invento liqueceret, vel verisimilibus indiciis appareret, quo in casu talem inventorem capiendum jussit. At decrevit 19 nequaquam ad tormenta, vel ad aliud contra eum procedi; nisi de speciali Regis mandato. Tenebantur prædicti Magistri Procuratores Regi totum processum exhibere, & quidquid inde inventū esset; ita ut infra triduum ad tardius faceret descendere nuacium suum, super præmissis assignandis Regi, significatur ei omnes præsumptiones cum toto processu; & 21 delatores Thesauri non audiabantur: nisi præstito Sacramento, quod malitiosè non eggerint. Unde ex dicto Capitulo prædicti Magistri Procuratores, nitescit Carolum Primū 22 præcepisse contra hujusmodi inuentores non procedi de facto ad eorum carcerationem; nisi priùs de invetione fuerint convicti, vel legitimè indiciati: ita ut ad torturam non deveniatur, nisi Regis præcedente rescripto, dicto capitulo prædicti Magistri Procuratoris. Quod Summa nititur æquitate, cum isthec denūciations Thesaurorum, ut plurimum sint Cavillationes, quæ à malevolētibus imponuntur, ad hoc

ut prætensi delinquentes vexationibus, ac persecutionibus à Regio Fisco afficiantur, ut quoque agnovit Pisanus ad Gaetā in R̄is. Regia Camera rubr. 20. de Iure salis. num. 88.

24 Hūc respexit Napodanus in cap. *Quia non decet.* ubi existimat Thesaurum esse donum Dei, quoties inventor est sagax & scit occultare Thesaurum; sed si donum illud propalat, ut temporibus suis s̄apē vidisse retulit, tunc Thesauri inventio non donum Dei, sed infortunium inventoris dici potest; quia per Fiscales Regiæ Came- ræ accusantur, incarcerantur,

25 & torquentur, & post confra-  
cta ossa Thesaurum si forsan invenerint, restituere cogun-  
tur, & quod magis est oportet, ut à carceribus liberentur, &  
ad redimendam vexationem, Thesaurum simul cum pro-  
26prio patrimonio amittere. Ideo consilium nobis ipse Napoda-  
nus reliquit si casus Thesaurū inveniendi contingerit: *Esto sapiens.* Et ex eodem quoque

27 Napodano referunt Montanus de Regalibus versic. *Et dimidium Thesauri,* num. 3. in fine, Muccius ad Sanfelic. lib. 1. di-  
lucid. 38. num. 24. Ageta ad de-  
cis. Moles §. 18. num. 10. ubi ab-  
horrere à tempore nostro fate-  
tur eos, qui suadente numine,  
vel ducente fortuna Thesaurū repererint inquietari, ut veti-

tum fuit ab Imperatoribus Va-  
lentiniano, Theodosio, & Ar-  
cadio in l. Eas qui Cod. Theo-  
dos. de Thesaur.

Debet enim procedi multū 28  
cautè contra suppositos inven-  
tores Thesaurorum: ita ut Re-  
gia Camera mitiori modo pro-  
cedat in hac materia, non per  
carcerationem; nec torturam;  
nisi habitis plenissimè proba-  
tis indicis requisitis eam: quippe  
procedendi forma adver-  
sus Thesaurorum inventores  
proposita in capite *predicti Magistri Procuratores.* viguit  
tempore, quo ad Fiscum The-  
sauri attinebant, ex constitutio-  
ne *Dohana de Secretis.*

Siquidem Carolus Primus 29  
Andegavensis tulit cap. *Pra-  
dicti Magistri Procuratores,*  
cujus dispositione sublata per  
mitissimum Regem Carolum.  
Secundum in cap. *Quia non  
decet.* non deberent inventores  
Thesaurorū tanto rigore mo-  
lestari. Praxis fortè carcerandi 30  
nititur juribus Fisci in casibus,  
quibus Thesaurus, vel ejus pars  
debetur Fisco: quo in casu  
juxta Montanum Fiscus scire  
cupit utrum fodinæ auri, & ar-  
genti, an verò Thesaurus pecu-  
niæ cussæ, aut auri, & argenti  
purgati sit, quia si sunt Fodinæ  
dicuntur Fisci, ut latè compro-  
bat Lagunez de Fructibus cap.  
30.

*Sin autem sit Thesaurus auri, 31  
&*

& argenti purgati; tunc Fiscus inquirit num arte magica, an puniendis, ac sceleratis Sacrificiis invenerit, quod prohibetur per l.unic.C.de Thesaur.& per s.Thesauros. Institut. de Rer. divis. Deinceps sciendū est, an in Fiscali loco, vel publico inventus sit Thesaurus, quo in casu subintrat dispositio text.in l.3 s.Si in locis. ff. de Jur. Fisci. Thesaurus autem.

32 inquisitione pendente ponitur in loco tuto, & arrestatur inventor, ut super informatione capienda interrogetur. Et hoc modo praxis Fiscalium incacerandi suspectos de inventione Thesauri, defendi potest, secundum sensum Montani. secus verò in torquendo: nisi Fisci interesse concurrat, si ad sint super inventione Thesauri indicia si ad inventus arte magica, vel sceleratis sacrificiis, vel quia Thesaurus in loco Fisci, vel publico repertus sit.

33 Quibus in casibus tantummodo Montanus concedit prudenti iudici, rimatis tamen, ac ponderatis indiciis, ut inventores Thesaurorum torturæ tormentis possit subijcere, quod etiam amplexatus fuit Peregrinus lib. 4. de Iur. Fisc. 34 tit. 2. num. 9. & quando Thesauri inventores sunt homines levis famæ, & de metu perjurii suspecti, possunt etiam tor-

turæ subijci, ut inventum Thesaurum manifestent, ut tenent, Berlich. part. 2. conclus. 66, nū: 34. Carpzovius part. 2. const. 53. definit. 5. & 8. & part. 2: Prax. criminal. quest 86. num. 25. Heigius part. 1. quest. 13. num. 57. Moller. ad Constat. Saxon. 53. num. 9. & lib. 2. Se- mestr. cap. 27. num. final.

Unde nisi omnia, quæ su-35, pra diximus concurrant, nequeunt Fiscales, nec carcere, nec torquere Thesaurorum inventores: & ratio est, quia inventire Thesaurum, etiam data opera, dummodò absit ars magica, & scelerata sacrificia, nō est delictum, ut appareat ex legi unica. Cod. de Thesauris: ubi quāquam prohibeatur querere Thesaurum in alieno loco; nō per hoc si inveniatur Thesaurus, inventor poena corporali coeretur; sed solummodo privatur commoditate inventi. Hinc est, ut concludit Montan. de Regalibus vers. Et dimidium Thesauri. num. 4, in 36 fine. si absit corporalis poena, vel interesse Fisci, carcer, nec tortura Thesaurorum inventoribus infligi non debeant, ut habetur in cap. Regni, incip: Tormenta. Quod intelligi debet, quando verè Thesaurus inventus fuerit; sed rectius erit hujusmodi denūciations Thesaurorum tamquam cavillofas, ac vanas, ficticiasque, ut ipsa ex-

experientia docet, spernere  
ac repellere:

- 17 Delictum in genere in in-  
ventione Thesauri sit per reco-  
gnitionem loci ubi supponitur  
Thesaurum inventum fuisse.  
Debet enim inspici an adsit  
fovea, vel signa aliqua, ex qui-  
bus possit credi inventionē verā  
fuisse: Videlicet si aliquod vas,  
seu arca marmorea, velolla  
fracta remanserit; seu aliquod  
quodlibet instrumentum ad  
Thesaurum aſſervandum ido-  
neum. Debet quoque haberi  
vas in dicto loco repertū, & ab  
eo extractum, aut ipsius pars  
ad hoc ut ab aurificibus reco-  
gnoscatur, si in eo aurea inspi-  
ciatur erugo, aut argentea, vel  
aliud signum per quod ibi The-  
saurum fuisse cognoscatur, ut  
tradidit Broya in practic. de  
Modo actitandi in criminali-  
bus cap. num. 44. ubi afferuit  
prò hoc delicto in specie debe-  
re examinari Testes super illis  
indiciis, quæ haberi queunt,  
vel per conjecturas; aut per fa-  
mam publicam, vel quia sup-  
positus inventor inopia labo-  
rabat, nec aliquo fungebatur  
officio, cuius occasione dite-  
ſceret; & post exortam famam  
inventionis Thesauri ex tem-  
plo dives ev. sit, stabilia bona  
emendo, & mobilia; seu an-  
nuos census, seu negotiando,  
vel mutuando eximias, ac in-  
gentes pecuniarum quantita-

res juxta facti veritatem, ut  
idem Broya loco citato atte-  
statur:

### SV M M A R I V M.

- 1 Indi Thesauros suos cum ca-  
daveribus in sepulchris cō-  
debant.
- 2 Thesauri olim cum cadave-  
ribus veteres Jepolisebani.
- 3 Indorum Thesauri quedam  
absque violatione quari in  
sepulchris.
- 4 Cessante violatione, ac Reli-  
gionis injuria possunt The-  
sauri quari.
- 5 Fisco debetur quinta pars,  
reliquum inventori debetur
- 6 Hoc est de Thesauris inven-  
tis in Adoratoriis antiquis.
- 7 Ex quibas Fisco quinta pars,  
altera quinta pro metallis  
conflandis applicatur.
- 8 Verba cujusdam Regalis  
ſchedulæ referuntur.
- 9 De permisso Regio licet The-  
sauros quarere in Indiis.
- 10 Ex inventis datur quinta  
pars Fisco, ceterum inven-  
toribus.

Theſaurus de jure India-  
rum, an pertineat ad  
Regem.

### C A P. XVI.

**M**Os quidam olim apud In-  
dos viguit cum cadave-  
ribus

ribus in sepulchris, ac advocatois condendi Thesauros, & omnia quæ habebant prætiosa ut narravit Herrea in *Historia Indianorum decad. 1.* & *decad. 2.* & *decad. 4.* Torre quemada in *Manarch. Indian. lib. 2. 13. cap. 38.* sicuti, & quoque apud diversas alias nationes obtinuit, ut referunt Alexand. ab Alexandro *lib. 3. dier. genial. cap. 2.* Revard *tom. 1. Conjen. etan Julius Labor. Variar. lucubrat. tit. 2. cap. 4.* Joseph. *lib. 7. de Antipuit. Jud. cap. 16.* & *lib. 13. cap. 15.* Del Rio. *in Adag. sacr. tom. 2.*

3 Credebant enim Indii Cadavera Thesauris egere in alia vita. De qua Indorum superstitiosa consuetudine, & quomodo Thesauros Indorum possint, semota injuria, & cadaverum mortuorum violatione quærere, & quomodo liceat eos eruire tractant Boterus *lib. 2. Relat. part. 4.* Herrera in *Histor. gener. Indian. decad. 5. lib. 5. cap. 8.* & *decad. 1.* Acosta de *Hist. Indian. lib. 5. cap. 5.* Solorzan. *lib. 5. de Iur. Indian. cap. 1. n. 41.* quo in

4 loco concludit cessante cadaverum injuria, religionisque violatione, licere Thesauros sepultos in sepulchris; sive adoratoriis Indorum, vel in aliis quibuslibet locis quærere, & æruere, & Regis commodo, vel publicis sumptibus applicare.

5 Quod autem ad supra pro-

positum dubium attinet, conclusio venit firmanda; quod si inveniatur Thesaurus, quinta pars applicatur Fisco; cæterum cedit inventoriū cōmodis. Hoc est de Thesauris inventis in aliquis adoratoriis, vel in sepulchris Indorum, quæ in Regno Peruvano teste Solorzano nuncupantur *Vilcas*, & *Huacas*. Ex quibus ratione inventionis 7 quinta pars spectat ad Fiscum, & alia quinta pro metallis, quæ conflari debent ex solvenda est, ut apparet ex Mattienzo *in tractas. de Moderat. Regn. Per. part. 1. num. 39.* Solorzano *lib. 5. de Jur. Indian. cap. 1. num. 37.* & *in polis. Indian. lib. 6. cap. 5. vers. Testo. Lagunez de Fructibus cap. 1. 1. num. 65.* Escalonja *in Gallofilac. part. 1. pag. 8.* & *part. 2. pag. 126.* & Solorzanus loco citato adducit verba cuiusdam regalis schedulæ in qua præcipitur de Thesauris inventis in Adoratoriis, seu sepulchris Indorum quintam partem Fisco Regio applicari, hisce verbis que cobren lo que perteneñiere à Su Magestad. de lo que se allare en estos entehramientos se pultruras o butacas y templos de los indos, super quo plures extare schedulas reales testatur Lagunez loco supra citato, quibus hujusmodi Thesauros quærere permittitur, & eis respectis quintam portionem tantum Fisco Regio applicandam:

eol.

462 Don Leonardi  
reliquum verò apud eosdem  
iaventores remanere debet, ut  
ex Mattienzo, Escalona, Solor-  
zano relatis locis amplectitur  
Lagunez de Fructibus cap. 11.  
num. 65.

### S V M M A R I V M .

- 1 *De iure Gallico nil de Thesauris cautum est.*
- 2 *Diclus Ludovicus juxta aliquos Thesauros Fisco Regio applicavit.*
- 3 *Aurei Thesauri de jure Regio ad Fiscum attinent.*
- 4 *Aurum Fabrefactum est Regis.*
- 5 *Tamberlanis casus proponitur.*
- 6 *Procurator Regius pro toto Thesauro contendit.*
- 7 *Thesaurus interdum inter Fiscum & repertorem dividitur.*
- 8 *Habens dominium loci ubi Thesaurus reperitur, eum quoque consequitur.*
- 9 *Divisio Thesauri in tres partes, quomodo facta fuerit.*
- 10 *Arresto Curia Parisiensis quid decernatur.*
- 11 *Proponitur casus cuiusdam ciuis Ambianensis, qui Thesaurum reficiens domum inventit.*
- 12 *Procuratoris Regii instantia.*
- 13 *Decisio Curia.*
- 14 *De jure Gallie dimidia pars Thesauri ad Regem, dimidia*

### Gutierrez de la Huerta

- ad inventorem spectat.*
- 15 *Decisio Curia Parisiensis.*
- 16 *Arrestū Paponii unde desumptum fuit.*
- 17 *Arrestum distribuens Thesaurum in tres partes.*
- 18 *Diversa Principum constitutions.*
- 19 *Referuntur verba Bacquetti.*
- 20 *Ex Charonda, & Choppino.*
- 21 *Divisio Thesauri sepe.*
- 22 *In Gallia circa Thesaurum variè judicatum.*
- 23 *Habens merum Imperium de jure Mechiniensi, & Brabantia, Thesaurum in sua jurisdictione inventum cum Rege dividit.*
- 24 *Fiscus Galliae vindicat omnes Thesauros.*

### De iure Galliarum ad quem pertineat Thesaurus.

### C A P . XVII .

**N**ulla de jure Gallico constitutio reperitur, quæ quidquid circa Thesauros caveat. Sed juxta Principum placitum, Fiscum Thesauros vindicasse legimus; quamquam Sancti Ludovici Regis Galliarum constitutionem, Fisco Regio Thesauros applicantem extare fateantur Gotofredus in l. Eos qui suadente numine 3. Cod. Theodos: de Thesaur. & Greg.

Greg.Tholofan.lib.3.Syntagm.  
jur.cap.11.num.6.quam cæteri  
in dubium revocare attestatur  
Beacquetus *des droits de Judic.*  
*cap.32.num.15.*

- 3 Ast Thesauros si sint auri ad  
Fiscum Regium hodie in Gal-  
lia attinere voluerunt Gutier-  
rez lib.4. Practic.quast.36.n.55  
in fine Grænevegen. de Legib.  
avrog.in §. Thesauros.num.1.de  
Rer.divis. Perez Super Codic.  
tit.de Thesaur.num.16. Arnol-  
dus Winnius in §. Thesauros  
num 9.Instit.de Rer.divis.Bac-  
quetus *des Droits de Lust.* cap.  
32.num.2. & 3. Gotofred. in d.  
l.Eos qui suadente numene. C.  
Theodos. de Thesaur. ubi ex  
4 aliis censet , aurum fabrefa-  
ctum præcipuè specie Impera-  
toria, vel Regia , ad Regem  
pertinere ex Bretio decis.4.ad-  
5 ducens Tamberlanis casum.  
cui cum per Syriam iter facie-  
ti , rusticus quidam Thesaurū  
offerret præcepit monetam in-  
spici; an suam, vel suorum ma-  
jorum imaginem ferret, & qui  
inspexerant referentibus, Ro-  
manorum Imperatorum Ima-  
ginem ferre: Relinquamus di-  
xit aratori eam pecuniam, qua  
mea non fuit; sed quam Deus  
ad ipsum detulit:quod factum,  
ex Cosimo Bartoli decis.36. Lo-  
nicero lib.1.Histor.Turcic.Ga-  
merar. lib.1. Oper. Succissivar.  
cap.36 retulit Arnisæus lib. 3.  
Jur.majestat.cap.6.num:22. Et

in Gallia Procuratorem Regiū 6  
pro integro Regi Thesauro ad-  
judicando concludit teste Vā-  
dergraef.Syntagmat.juris pub.  
cap.47.in fin.

Medium quandoquidē cir- 7.  
ca Thesaurorum acquisitionē  
jurisprudentiam insequuti fue-  
re nonnulli Principes Gal-  
liæ; statuente Senatu partien-  
dum à Principe Thesaurum  
cum ipsius repertore civi Ambi-  
anensi num. 1389. uti apud  
Gallum relatum est,quast.193.  
& meminit Tholofan.lib.3.Syn-  
tagmat.jur.cap.11.num.6.sed &  
hoc ita accipiendum : nisi alias  
meri Imperii fasces habuerit, 8  
eo in Territorio ubi Thesaurus  
invenietur.Tunc enim is,exclu-  
so Principe, Thesaurum conse-  
quetur Dominus sublimis jurif- 9  
ctionis,sic Regius actor peti-  
tione summotus esse attestatur  
Renatus Choppin.lib.7.de Do-  
man.Frācia tit.5.Thesauro au-  
ri trifariā distributo,tertia par-  
te repotori alia fundi proprie-  
tario, postrema Domino juridi-  
co adjudicata Arresto Curiæ la- 10  
to 4.Cal.Sextil. anno 1570. te-  
ste Tholofano lib 3: Syntagmat.  
jur.cap.11.num.6.inter Ducem  
Montmorencium Argentolii  
Prioratus,Præfectum,Joh.Fon-  
teneum, & Petrum Brissartum  
litigatores.

Quidam Ambianensis Civis 11  
propriam reficiens domum,  
Thesaurum invenit, quem ex

Nan tem

templo Procurator Regius capessivit. Ex adverso inventor opponebat hujusmodi Thesauros ad Dominum fundi pertinere, & nihil Fisco Regio adjudicari assertebat, secundum dispositionem text. in l. unic. C. de Thesaur. & S. Thesauros, Instit. de Rer. division. Procurator verò Regius integrum Thesaurum Fisco deberi exclamabat. Unde Ballivius Ambianensis rectum Thesaurum Regi adjudicavit, à cuius sententia cum ad Curiam appellaretur, quæ approbata Thesauri divisione, dimidiā partem Regi tribuendam, alteram verò dimidiā appellanti cōcedendam statuit, teste Papponio lib. 13. tit. 7. arrest. 1. defumptum ex Gallo decis. 193.

Ex quo arresto Christinæus Decis. Belgic. lib. 10. tit. 15: decis. 17. num. 1. vol. 5. concludit de jure Galliarum, dimidiū Thesauri esse Regis, alterum verò dimidium fieri inventoris. Si quis merum habeut imperium, quo attinet ad Thesauros in jurisdictione sua inventos pari jure cum Rege utitur; Et ita judicatum fuisse refert idem Papponius ubi supra arrest. 2. in Curia Parisensi pro Religiosis S. Germani merum imperium habentibus cuiusdam Pagi, & domus, ubi opera Giliberti Clisæi Physici milie nummi aurei, tam Anglico-

Gutierrez de la Huerta rum, quam aliorum inventi fuere.

Quod arrestum Papponii de- 16 sumptum quoque fuit à Gallo decis. 163. ut referuntur Choppinus lib. 2. de doman. Francia tit. 5. artic. 11. Charond. lib. 3. Respons cap. 20. Christinæus Decis. Belgic. 17. tit. 15. nu. 2. vol. 5. Choppinus, & Charondas ubi supra, quoddam afferunt arrestum, quo Thesaurus pro parte tertia divisus fuit inter inventorem proprietarium fundi, & Dominum merum imperium habentem.

Diversimodè hac de re 18 Principes decreverunt, teste Cujacio lib. 9. Observ. cap. 37. & Choppino ad Consuetud. Andegavens. lib. 1. cap. 61. secundum ea in scripturam redacti fuere: tum, cum Parisiensis Consuetudo repetito prælegeretur articuli jura jurisdictionis supremæ, mediæ, & infimæ comprehendentes, quaternione contenti, quem Bacquetus tractat. de Juribus Iustitiae artic. 10. præmisit hisce verbis: Thesaurus tempore vetustiori, & immemoriali absconditus, distribuendus erit, putà ei, qui eum in fundo suo inveniet, dimidia pars dabitur, domino merum imperium habenti, altera dimidia; is verò, qui eum in alterius fundo inveniet, tertiam partem habebit, tertiam proprietarius, & tertiam Domi- nus

- nus merum imperium habens.*
- 20 *Qui articulus totus desumptus est ex Arrestis relatibus à Choppino, & Caronda, locis supra dictis. Idem circa Thesauri divisionem ex Perez super Cod. ist. de Thesaur. num. 16. Caronda lib. 3. respons. 20. Christinæo decis. 17. n. 7. tradidit Lagunez de Fructibus cap. II. num. 62.*
- 22 *Unde in Gallia circa Thesauros variè judicatum reperitur, ut ex Choppino, Papponio, Gallo, Bergeronio, Tillerio, Chanutio, & Faxo, attestatur Christinæus decis. 17. num. 11 vol. 5.*
- 23 *In supremo Mechliniensis, ac Brabantiae Consilio Dominus merum habens imperium, in Thesauro invento in sua jurisdictione pari jure cum Rege utitur, teste Christinæo decis. 17. num. 7. vol. 1. Arismino Tempato in suo Compend. decis. tit. 545. Arnoldo de Reyger in Thesauro juris verb. Thesaurus. Bacqueto in suo tract. des Justices cap. 33. num. 6. & 7. Gudelino lib. 1. de Jure novissimo cap. 3. vers. sextum locum.*
- 24 *Et Thesauros tam argenti, quam auri repertos, Fiscum vindicare assuerunt Cujacius lib. 9. obseruat. cap. 37. Connanus lib. 3. Comment. jur. civil. cap. 4. Arniseus lib. 3. de Jur. Majestatis cap. 6. num. 23. Gregor. Tholosanus lib. 3. Syntagma. juris cap. 11. in fin. Vandergraef de Jure publico cap. 47. in fine.*

- 1 *De jure Lusitano nil circa Thesauros constitutum est.*
- 2 *Regis Dionysii lex, Thesauro Fisco applicabat.*
- 3 *Qua lex nec typis data, nec usu recepta fuit.*
- 4 *Praxis à Regis Dionysii Veteri lege, jureque communis aberrans.*
- 5 *Lex antiqua Regis Dionysii, qua præcipiebat.*
- 6 *Thesaurus repertus in loco alieno quomodo dividebatur.*
- 7 *Barbosæ intelligentia.*
- 8 *Consuetudo introducta per violentiam non obligat.*
- 9 *Lex naturalis concedit Thesaurum inventori.*
- 10 *Thesauri de totius Orbis consuetudine applicantur Regi.*
- 11 *De jure Portugallie nihil est statutum, ideo servatur jus commune circa Thesauros.*

**Thesaurus de Jure Lusitano, an acquiratur Fisco,**

### C A P. XVIII.

**I**N Regno Lusitanæ nihil circa Thesauri acquisitionem statutum esse attestatur Antunez par. 3. de donat. cap. 13. n. 19: licet vetustissimam Thesaurorum, Fisco Regio

N n q z p a:

applicationem ex antiqua lege Regis Dionysij, Buris Communis derogatoria extare fateatur Lagunez de *Fructibus par.*  
 3 1. cap. 11. n. 63. Ubi subjungit prædictam Regis Dionysij legem, haudquaquam Typis traditam fuisse; nec usu receperat; & ideo de consuetudine in illo Regno seryatur jus cōmune, ut docent Barbosa in *l. divortio* §. Si fundum n. ult. ff. Solut. matrim. Molin de *Justit.*  
 4 Et *jur. tom. I. tract. 2. disput. 56.* Interdum fuit adjudicatum di- midium Thesauri inventi Regi, & hanc esse præxim illius Regni aberrantem à lege ve- teri Regis Dionysij manuscrip- ta, de qua agit Barbosa in *d. l. divortio* §. Si fundum n. 15 ff. So- lut. matrim. & refert Frago- sus *lib. 3. de regimin. Christ.* Reip. part. 1. disput. 5. § 2 n. 19. vers. nec obstat leges Lusitanas. Gutierrez *lib. 4. pract. q. 36. nu.* 55. *in fin.*

Lex illa Regis Dionysij statue- bat, quod Thesauri inventi in proprio Agro duæ partes con- cederentur Inventori, & tertia applicaretur fisco; econverso si Thesaurus reperiebatur in lo- co Reali, seù publico inventori dabantur una tantum pars, duæ verò competebant Fisco, quod si Thesaurus erat in loco alieno, solebat partiri æqualiter inter dominū agri, & Fiscum, & inventorem: Attamen cum

lex illa non fuerit pronunciata à Rege; nec lex Lusitana ex- pressè loquatur *lib. 2. tit. 26. dos direitos reaes de Thesauro:* Idem Barbosa loco citato, in- clinat cum Molina de *Justit. som. I. disp. 56. Colum. penult. in principio*, in Lusitania The- sauros ad Regem pertinere. Verum cum ea cōsuetudo non sit adeo certa, ait non audere condemnare inventorem, si Fi- sco non reddat, cum Thesauri non videantur sub bonorum vacantium appellatione con- tineri. Pro qua re confirman- da accedunt Sotus de *Justit. lib. 5. quest. 3. artic. 3.* & Tabien: *verbo restitutio, num. 27. ad fi- nem*, dicentes eam consuetudi- nem esse invalidam: nec obli- gare, cum fuerit inducta per violentiam, & à Vassallis non sponte admissa: quæ requirun- tur, ut consuetudo obtineat rationem legis, secundum quod deducitur *ex cap. final. de Confuetudin.* Contra quam ex adverso stat ratio naturalis, concedens inventori Thesau- rum. §. *Thesauros, institut. de rer. divij.* Ergo non est admit- 10 tenda consuetudo naturali ra- tioni obvia. Sed hæc conse- quentia nequit attendi, quia hodie de generali totius Euro- pæ consuetudine Thesauri de- bentur Principibus, ut ex plu- ribus Lagunez de *Fruct. cap. II. n. 64.*

Ex

11. Ex quibus omnibus colligendum est, quod cum de jure municipali Regni Portugalliae nulla adsit dispositio particularis, standum est dispositioni juris communis, ut in terminis, *Fragosus par. 1. de regimin. Christ. Reipubl. lib. 3. disp. 5. nu. 19. vers. nec obstat.* Lagunez de *Fructib. cap. 11. n. 63.* Rebelius de *Iustit. 65 jur. p. 2. lib. 9. quast. 5. nu. 1.* Barbos. in *I. diuortium §. Si fundum, final. ff. solut. matrim. Antunez de Donat. par. 3. cap. 13. num 91.* Cabe-  
dus. *decis. 56. arrest. 3.*

## SUMMARY M.

- 1 *De jure Angliae Thesauri Fisco applicantur; id est de generali Orbis consuetudine.*
- 2 *In Anglia Thesauri applicantur Fisco.*
- 3 *Riccardus Secundus Rex Anglia, nobilem abnegantem illi dare Thesaurum occidit.*
- 4 *Thesaurus in fundo ignobili repertus, de iure Anglico cui acquiratur.*
- 5 *Thesauri reperti Fisco debentur.*

**Thesaurus de Iure Bri-  
tannico, an fiat Regis?**

**D**e jure Anglico, seu potius de generali Orbis consuetudine, Thesauros inventos Fisco Regio applicari referunt Perez *super C. tit. de Thesauris n. 16.* Lagunez de *Fructibus cap. 11. n. 62.*, Arnoldus Uvinnius in §. *Thesauros institut. de rer. divis. in fine,* quod de Angliae moribus ex Renato, Choppino lib. 2. de doman. *Franc. tit. 5. n. 18.* refert Arniseus lib. 3. de jur. Majest. cap. 6. n. 25. Et propriè de Jure Anglico testatur Gréneugen. *de legib. abrogat. in §. Thesauros n. 1. instit. de rer. divis.,* Quocirca Ricchardus Secundus Angliae Rex, nobilem quemdam sibi Subditum armis infecutus fuit, eò quia Thesaurum in proprio fundo repertum Regi tradere deneraret, quem cum in Oppido Lemuoico Chaluno, ubi cum Thesauro profugerat, ob sideret, sagitta venenata percussus, interiit, ut narrat Gyraldus lib. 9. *Histor. Franc.* In Philip. August. & notarunt Vandergraef. *Syntagmat. jur. public cap. 47. in fin., Arniseus lib. 3. de jure majestat. cap. 6. n. 23.*

Etiam moribus Anglorum si Thesaurus in prædio Emphyteutico ignobili repertus sit, eum partim ad Dominū, partim ad Emphyteutam, partim ad inventorem pervenire attestantur Eguinarius Baro. in

*Commentario ad Institutio-  
num tit. de rer. divis. part. 2., &  
ex eo retulit Bitschius in Opus.  
de Thesauris cap. 8. §. 154. par. 2.*

5 Idcirco apparet ex eis, quæ  
supra retulimus quoque de ju-  
re Angliæ Thesauros repertos  
ad Fiscum pertinere, ut dixit  
*Lagunez de Fructibus cap. 11:  
part. 1. n. 62.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Poloni aequalem Thesauri  
divisionem servarunt.*
- 2 *Thesaurus invensus in Op-  
pido Plosensi aequè divisus  
filio Regis Ladislai.*

De iure Poloniæ The-  
saurus cui debeatur?

### C A P. XX:

- 1 *A* Qualem partium divi-  
sionem Thesaurorum  
quondam servarunt Proceres  
Sarmaticæ Europæ, quam Po-  
loniam appellamus, ut attestat-  
tur Renatus Choppinus lib. 2.  
*de doman. Franc. tit. 2. n. 11.*
- 2 Cum enim Sbigueus alter  
è Ladislai Regis filijs totum sibi  
Thesaurum repertum in  
Oppido Plosensi, quod sibi de-  
stinatum erat, reconditum  
vindicaret: ac Boleslaus frater  
natu grandior cumdem sibi  
arrogare yellet: Jure Regio-

cōvenit denique illis aliorum  
interpositione, Aequas por-  
tiones Thesauri illius utrum-  
que capessere anno Domini  
1101. ut narrat Chromerus  
*de Rebus Poloniae*, & ejus au-  
thoritate suffultus Renatus  
Choppinus lib. 2. *de doman.*  
*Franc. sit. 2. n. 11.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Jus Saxonum Thesau-  
rum diversum est à catera-  
rum regionum jure.*
- 2 *Thesauri vomeris victu pro-  
fundiores ad habentem me-  
rum Imperium attinent.*
- 3 *De Iure Saxonico, qui The-  
sauri Fisco debeantur.*
- 4 *Varia interpretationes tex-  
tus Saxonici.*
- 5 *Quidam id speciale credunt  
in Thesauro invento in loco  
publico.*
- 6 *Communis intellectus arti-  
culi Saxonici.*
- 7 *Interpretatio Zobellii.*
- 8 *Intelligentia Tomingii:*
- 9 *Jus Saxonum ad jus com-  
mune revocatum.*

Thesaurus de jure Saxonico, ad quem spectet.

### C A P. XXI.

**I** Us enim Thesaurorum de  
jure Saxonæ longè diver-  
sum

sum est ab aliarum regionum legibus. Siquidem omnes Thesauri subterranei, Vomeris i<sup>c</sup>tu 2 profundiores existentes, ad merum, & mixtum Imperium, vel potius ad Regalia in illo Ducatu habentem spectare ex jure municipali illius Ducatus attestantur Klochius lib. 2. de Erario cap. 116. n. 25., Colerius decisi. 100. n. 2. Gæden. cons. 2., & 3. Lagunez de Fructibus part. 1. cap. 11. n. 60. Oynotomus: in §. Thesauros n. 9. in fin. instit. de rer. divis., Arnisæus lib. 3. de jure Majestatis cap. 6. n. 23., Heigius lib. 1. quæst 13. n. 65.

3 Textus enim Saxonicus est in artic. 35. lib. 3., quò cavetur omnes Thesauros profundius in terram defossos, quā inter arandum Vomier ingreditur, Fisco deberi, hoc est ad Fiscū, vel Superiorē Dominum pertinere. Ideoque apud Saxones omnes sub terra pedem altius defossi Thesauri, regalibus annumerantur.

4 Sed hujus Textus interpretes, ut ad æquabilitatem eum redigerent, varias addiderunt Glossas. Quippe non nulli textum eum intelligunt, & restringunt, ut locum sibi asciscat, iuxta juris communis dispositionem: nimirum quando est inventus in loco publico, seu Imperatoris; vel si arte magica reperiatur; aliter vero dicendum foret, si fuerit in lo-

co privato inventus, ut ex glōsa illius Textus, & additione concludit Oynotomus in dicto §. Thesauros, in fine,

Quidam speciale esse de jure Saxonico asseverant in Thesauro in loco publico invento, ut voluit Collerius decis. German. 100. num 2. Videlicet, ut Thesaurus hujusmodi quamquam meatu aratri existat profundius, pertineat ad Cameram Imperialem, vel ad eos, qui habent Regalia, quod probat authoritate Textus German. lib. 1. art. 35. ubi habetur omnes subterraneos Thesauros profundius meatu aratri existentes ad habentem merū, & mixtum Imperium, vel potius Regalia pertinere. Et hunc esse communem intelle. Etum dicti articuli ex Glossa additā margini, ad Glof. German. dicto lib. 1. artic. 35., attestatur idem Collerius dicta decis. 100. nu. 2. ubi scribit sic obtinuisse Henningum Gæden.

Zobellus textum hunc interpretatus fuit de Thesauris magica arte adjuventis: ita ut Textus Saxonicus de illis tantum intelligatur. Henningus de Thesauris in loco Cæsaris repertis tantummodo loqui auguratur. Thomyngius vero, & plerique Consult. Constitut. 8 Saxon. p. 5. cas. 10. Elector. Augustus in novell. constitut. tit. 1. 53. vers. deputati, & ibi Moller.

in

*in Comun. n. 1.* Heigius lib. 1.  
quæst. 13. n. 65., textum illum.  
de fodiis, quæ & ipsæ quoque  
sunt subterranei Thesauri in-  
telligendum suspicantur. Sed  
Augustus *in dicta novell. con-  
stit. tit. 53.* jus Saxonum ex  
suorum jurisconsultorū auco-  
ritate ad juris communis dispo-  
sitionem revocavit, ut fatetur  
Arnisæus lib. 3. de jur. Majesta-  
tis cap. 6. num. 23.

## SUMMARIUM.

- 1 *De Jure Germania, & Da-  
nia omnes Thesauri deben-  
tur Camera Imperiali.*
- 2 *Auctoritate Vinnii compro-  
batur.*
- 3 *Thesaurus data opera inven-  
tus dimidia cedit principis  
beneficio, caterū inventoris.*
- 4 *Dummodo arte magica in-  
ventus non sit:*
- 5 *Et in hoc constitutio Germa-  
nia cōcordat cum jure com-  
muni.*

*De iure Germaniæ, &  
de iure Daniæ Th-  
saurus ad quem per-  
tineat.*

- C A P. XXII.
- 1 *C* ommunis consuetudo  
tām in Germania, quam  
in Dania viget, ut Thesauri

Gutierrez de la Huerta

omnes inventi acquirantur Fi-  
sco, seu Cameræ Imperiali,  
ut observant Hugus Grotius  
lib. 2. de jure belli cap. 8. n. 7. Le-  
bret. lib. 3. de la Sovranete cap  
6. Christin. vol. 1. decis. 16. Pere-  
grin. lib. 4. de jure Fisci, & tra-  
didit Grenevegen de Legib. ab-  
rogat. in §. Thesauros, n. 1. instit.  
de rer. divis. ex quibus omnibus

Arnoldus Uvinnius in §. Thes.  
in fin. de instit. de rer. divis., at-  
testatur moribus Germanorū,  
& Danorum introductum, ut  
Thesauri omnes Fisco Regio  
acquirantur, & applicentur.  
Id ipsum elicitur quoque ex  
nostro Lagunez part. 1. de Fru.  
etsb. cap. II. n. 64.

Si verò Thesaurus data ad  
hoc opera inventus sit, dimi-  
dia pars cedit Principis benefi-  
cio, & alia medietas invento-  
ris commodo, ut docet addit.  
*Glos. German. artic. 35.*, quò  
habetur hujusmodi opinionē  
consuetudine Germanica cō-  
probari: dummodò Thesaurus  
arte magica inventus non fue-  
rit: siquidem in illo casu The-  
saurus Universus applicatur  
Cameræ Imperiali, ut testatur  
Collerius *decis. 100. n. 4.* & in-  
sequuntur quoque Raynard.  
*part. 6. diff. 13. Zobel. part. 2. diff  
62. Henningus Gæden. conf.*

*2., & 3. per totum. Quæ Ger-  
manica consuetudo, quo ad  
hanc postremam partem con-  
cordat cum dispositione juris  
com.*

communis in l. unic. Cod. de  
Thesauris, & in §. Thesauros  
Institut. de rer. divis.

## SUMMARIUM.

- 1 Jus Thesaurorum apud Batavos incertum est.
- 2 Fisci Patroni contendunt pro toto Thesauro.
- 3 Jus Romanum juxta Vinnium servatur.
- 4 Legibus Hollandiae nil de Thesauris causatum est.
- 5 In dubio adversus Fiscum judicandum.
- 6 Quid servetur in Hollandia.
- 7 In judicando in Batavia jus civile sequendum.
- 8 Fiscus nullum justum titulum de Thesauris exhibere potest.

## Thesaurus de iure Batavo, cui vindicetur.

## C A P. XXIII.

- 1 Thesaurorum jus apud Batavos incertum esse attestatur Arnoldus Uuinnius in §. Thesauros n.9.in fin. Institut. de Rer. divis., quippe Fisci Patroni Hollandiae contendunt, Thesauros in quovis loco reperitos ad Fiscum spectare, teste quoq. Grænevvegen. de Legib. abrogat. in §. Thesauros num. 2: Instit. de Rer. divis. Quidam contrarium sectantur, ut adno-

mat Grotius lib. 2. introduct. p. 4. nu. 36. in quorum opinionum varietate, ac incertitudine, circa Thesaurorum acquisitionem à Batavis jus Romanum, seu juris communis dispositio- nem amplectendam scribit idē Arnoldus Uuinnius ubi supra. Cujus rationem affert; quoniam municipalibus Hollandiae legibus nil quicquam de Thesauris caustum est: neque afferendum juris communis vigorem amississe: nec apud Batavos, nec de suetudine: nec usu contrario enervatum ut tradidit Huq. Grotius lib. 2. manuduct. ad Jurisprudent. Battau. c. 4. Quocirca hoc in dubio adversus Fiscum respondendum putat idem Arnoldus, argumento textus in l. non puto 10 ff. de Ju- re fisci: nisus autoritate Græ- nevvegen de legib. abrogat. in dict. §. Thesauros nu. 3. de Rer. divis., & autoritate addit. Grozneuu. de Legibus abroga- tis.

Camera verò Rationalis & Bataviæ, jus istuc inviolatum in hunc usque diem sustinet, ut si Thesaurus inveniatur, prestito laboratoribus inventori- bus, libellum supplicem offe- rentibus, ratione paupertatis, felicitatis suæ justa remunera- tione, ut contingit anno 1636. in Thesauro Aagæ Comitis re- perito, ut retulit Vander Graef. Syntagma. juris publici cap. 47. in fin.

